Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

Thiel. a. Guinst. sculp.

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, diſpoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum inpreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

Inscriptus Catalogo Bibliothecae Fide Commissarii Rivingiana



ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,
JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,
PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;
SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;
UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;
AB HOSTE, A SUIS, A COELO.
FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,
CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.
JUDAEUS, UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,
PARUM DIFERT
VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,
NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,
SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,
NON PRO SUO NITENTEM MERITO.
PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,
INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.
QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,
SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,
UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,
GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,
QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORII REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,

QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

LE

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tàm longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inſeri principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

 ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n. 128. fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* ν *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσει, καὶ τὰ ἀρχαίας ἀποκαταστήσει δαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παρορμήσας γὰρ τὸν κύρον ψυχικῶ, ἐπέτρεψεν αὐτὸν γράψαι καθ' πᾶσαν τὴν οἰκίαν. Ὅτι κύρος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μεγιστος τὰ οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τῶν ἐναγῶν ὃν τὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἔθνος ἐστὶ καὶ γὰρ τοὔνομα ἀφ' τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτῷ ἐν ἱερουσαλήμοις ἐν τῇ ἰουδαίας χώρας. ταῦτα δ' ἔγνω κύρος ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τὰ αὐτῷ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατέλι-

τέλιπε σὺ ἐτῶν διακοσίων καὶ δέκα. ἔτ' γὰρ ἐν ἀπορρήτοις εἶπε ταῦτα λέγειν τ̃ θεόν. Οπ βέλομαι κῦρον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλεία. πέμψαί μι τ̃ λαὸν εἰς τὴν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μι τ̃ ναὸν.

Ταῦτα πάσαις σελεφήτευσεν ἔμπροσθεν, ἢ καταςκαφῆναι τ̃ ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντηκοντα. Ταῦτ' ἂν ἀναγνόντα τ̃ κῦρον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁρμή τις ελα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Στάσεως τῆς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀνπόχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in 4to minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Rapotenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

*otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe, * Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphaniæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis) † quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

**

fe-

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum reſpondentem, redarguentes, novam, vel ſaltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iſte Vir doctiſſimus præ feſtinatione aut oſcitantia ſenſum Authoris non rite fuiſſet aſſecutus, importune & pene ingeſtis convitiis deſiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excreſcentium copia acriter queſti ſunt. Quod & ipſe primo inſpectis perlectiſque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, ſchedis, objectum iri facile præſenticbam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curioſitate, annotandis, inque cenſum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & reſtitui poteſt, exceptis, & cum cura ſeligendis: exemplo Viri præſtantiſſimi, & in hiſce literis tractandis ſummo cum judicio exercitatiſſimi, Henrici Valeſii, quod imitandum propoſui: verſionibus Rufini Aquilejenſis & Epiphanii Scholaſtici ſæpenumero ab illo conſultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis tranſcribentes, voces ſæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipſis lubebat: unde pro numero exemplarium, ſi plura ſuppetiiſſent, feracior ejuſmodi lectionum ſeges, non cujuſpiam bonæ frugis, & plane reſecandæ, continuo excreſceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diverſa ratio laborioſa exploratione melius indigeret, pariter dicendum eſt: ſæpe enim pompæ quaſi cauſa & ad oſtentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari ſolent. Maxime vero diſplicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Diſſertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut juſto volumine ſeorſim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Cenſores, neceſſitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ ſimultates, deinde mutua diſplicentia, & apertæ lites, utriſque, pro diverſa, quam ſecuti ſunt, ſententia, argumentis ultro citroque agitatis tenaciſſime inhærentibus. Hoc uſſit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipſe ſtatuiſſet, ſibi juberi ineundam. Ceſſant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schiſmaticiſque rempublicam literariam, pariter ac civilem & eccleſiaſticam, turbantibus, præſertim poſt D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Joſepho ſumptibus Univerſitatis erat cogitatum. Poſt ſex ſeptemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxonienſium precibus victus, opus illud domuo in manus ſumpſit, jam contractiori forma ad modulum novi ſpeciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix eſſent, paucis ſchedis impreſſis, jam ſuæ temeritatis ſatis convicti, & ipſi quoque deſiterunt. Ita de Joſepho ejuſque Chronologia reſtituta conclamatum eſt: cujus triſti fato comites & aſſeclæ, Ariſteas, Joſephus Gorionides, & Hegeſippus de excidio urbis Hieroſolymorum, *proſtrati, tantiſque ſub ruinis ſepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhiſtora & Criticum, quanta ſubtilitate ingenii, quam ſolerti pollentem judicio, quam in intricatiſſimis temporum ſupputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum ſacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & diſſertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Joſephi, & partem quinti, (in his enim ſolis illius ſudavit induſtria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) ſe præſtiterit, ſupervacanei erit laboris hic pluribus oſtendere: cum id jam omnes, diſtractis exemplaribus, norint, & ubivis ſit teſtatiſſimum. Dolebunt mecum harum literarum ſtudioſi & amantes, hiſce, ſive æquis ſive iniquis, interpellationibus, grave iſtud damnum, quod vix ſeculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigiſſe.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipſe edidit, ſuis locis adpoſuimus, excerpſerat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, *in* Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum *locum* adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter *Originales*, *aliosque a priore manu*, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſiéra la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servatorem

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniance Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, ~~Doctorum Virorum~~ lucubrationibus, ~~quæ~~ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſupréma dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) visum & ostensum, apparuit, licet etiam nomine Magistratus inquisitio per Domesticos esset habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis superstes ita se habuisse adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipse aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigesimam nonam integri *Josephi* partem pertinerent; scriptas in schedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuissemus, si nostri arbitrii ea res fuisset; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctissimæ illæ ad Decreta Romana & Asiatica Observationes, quas suo loco inseri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuisse prætermissum patere potest ex Notulis postumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipsæ non ultra primum istum Librum progrediuntur, & tamen legi possunt post eundem pag. 60. & nobiscum ultro communicatæ fuerunt a praestantissimo *Joanne Doitsma*, Hornanæ Scholæ prudentissimo Moderatore.

Et hæc quidem sunt, quæ ad *Flavii Josephi* contextum illustrandum summa cum cura a nobis requisita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par est) habetur, suppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Posterior mole sua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel serius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Josephicam tamen scriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctissimi Viri *J. Wasse* Specimen Examinis V. L. *Hudsonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clarissimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Josepho*, sed plurimum ab auctore, qui pro sua humanitate id ad nos transmisit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Basileënsi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque simul subsequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatissima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Josephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in postrema Editione *Josephi* Germanica exstat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipse testatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo superius pag. 76.) congesta; qua continentur *Aristeas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Josepho* tributum περὶ παθῶν, & alia quædam, quæ inveniri ibidem possunt usque pag. 156. interpositis dein quibusdam V. L. habes Excerptum de *Josepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Institutionibus Antiq. & Histor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus asseritur *Josepho* ut legitimum Testimonium illud vexatissimum de *Jesu Christo*, usque pag. 232. quibus ob argumenti similitudinem adjunximus xxx. *Epistolas Philologicas & Historicas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Christophori Arnoldi*, Eruditorum usui minus patebant, & procedunt usque pag. 285. Testimonium illud de Jesu exstat in Editione nostra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum versaremur, de peculiari Dissertatiuncula super illud cogitatio animum subiit, cum alia, quæ Numismata, *Josepho* illustrando sculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam sequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici possunt, dicta sunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum sequuntur, omnino *Josepho*, ita

ut ſegitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis adiniſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* II. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. UT JUDÆORUM GENTEM *Ethnicis commendet,*

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum.* pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

**** Et

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe ς'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex à novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπισκοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *cis Iſtrum.* repone *trans Iſtrum.* Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet.* Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβωνῖτιν ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *ineſcantes illorum fidem.* ut & §. 5. *audaciores--è medio--formidandos autem carcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κίσιον Γάμον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κίσιον Γάμον. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Betoren* repone *Bethera.*


1.
Æ.
2.
Æ.
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΟΛΙΣ ΝΕΩΚΟΡΑ
ΠΑΦΙΑ


3.
Æ.
4.
Æ.
5.
Æ.
ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑ ΝΟΥ ΑΝ ΤΙΟΧΩ Ν ΣΤΙΖ Ρ
MOKA


6.
Æ.
7.
Æ.
8.
Æ.


9.
Æ.
10
Æ.
11.
Æ.
12.
Æ.
13.
Æ.
14.
Æ.
15.
Æ.
16.
Æ.
17.
Æ.
18.
Æ.
19.
Æ.
20.
Æ.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

Tab. I.

Num. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareënſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. & 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea acculat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΟΧΟΣ *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *munifice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite* (*ut ſolet*) *explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32 *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo* (*qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit*) *innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ὡς ἐσήκεζαν ἢ τ θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΤΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo* (*quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi*) *eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. SER. GALBA IMP. CAES. AUG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΥ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* 1. *pag.* 266.

Num 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* I. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrita capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 & 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque; *ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Λυκαβάντος *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cælen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potentesque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl.* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poematum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* I. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ *lineolam in medio, ut* Α. *ficret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novas in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus afflato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Riſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Arctæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, riſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemus, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino *&* Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII. *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q. NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit*, *ejus enim partibus*, *patris judicium in* Cneo *contra* Cæſarem *ſequendo ſecutus*, *adhæſit*, Cnei Pompeji Magni *expreſſit vultum*, *in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoſcitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora
Cæſaries.

Sive κόμης ἀναξολὴ, *ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum*, *& delphinus in imo*, *maris denotant imperium*, *adeoque* Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris*, *ſeu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Joſephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium*, *accepiſſe ex* Judæa *literas*, *quæ* Pheroræ *obitum*, *malum ipſi omen*, *annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis*, *&* Lacedæmoniorum *olim coloniæ exſtant Numiſmata*; *in quibus fere omnibus conditores ejus atque inſtauratores* Taras *&* Phalanthus *exhibentur*; *cujus generis & hæc duo ſunt Numiſmata ex Muſæo noſtro*, *quæ in quibuſdam minutiis ab hactenus editis diſcrepant*, *ſed de quibus nunc quidem agere ſuperſedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Joſephum, *ſed præcipue memorabilis eſt everſio regii ibidem nominis*, *quod immerito* Romani, *fiſco ſuo ſtudentes*, *ſub ampliatore ejus* Veſpaſiano, *abſtulerunt* Antiocho *ultimo*, *qui*, *ſi quis alius*, *una cum ſobole ſua*, *optime de iſtis Orbis domitoribus*, *atque de ipſo Imperatore*, *fuerat meritus. Fatum miſerandi iſtius Regis*, *qui ex ſummis opibus*, *ſenili ætate*, *nullo ſuo merito*, *ad privatam recidit fortunam*, *copioſe deſcripſit Hiſtoricus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus*, *aliorumque* Commagenes *Regum quum reſidua Numiſmata ſculpta invenerim Volumine* I. *Theſauri* Britannici *pag.* 108. *& ſeq. non ingratum Lectori meo fore ſpectaculum judicavi*, *ſi ſingula apponerem*, *ſunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus*, *ſub quo* Seleucidarum *nota*, *Anchora*, *conſpicitur*, *cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere creduut.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum*, *ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum ſolita inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Muſæo*, *tam pulchrum integrumque*, *ut vix unquam ſimilem viderim. Putat autem* Jo. Maſſonus Antiocho III. *qui ſub* Tiberio *deceſſit*, *eſſe aſſignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decuſſatim poſitæ*, *& inſcriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis*; *ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inſcriptione* ΑΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum*; *ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio*, *cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miſeri regis* Antiochi *ultimi ſenile caput*, *ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & ſolita inſcriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæſaris, *cum inſcriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujuſdam caput eſt*, *quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujuſdam* Commagenes *eſſe*, *& quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas*, *quæ ſub mento regii capitis viſuntur ſe non capere aſſerit. Dolendum certe eſt circa oras non integriorem eſſe nummum*, *quæ videntur literas habuiſſe nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero teſtantur Scriptores*, Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuiſſe non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris*, *hic vero nummus in rei teſtimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum ſua non tantum*, *ſed & Imperatoris* Romani *effigie percuſſus ſit*, *ita in eodem vocare ſe* Commagenes *&* Ciliciæ *Regem potuit*; *ut literæ* IA. *quæ adhuc ſuperſunt*, *reliquæ ſint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *deſignaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum*, *quod impreſſas ad collum & mentum duas habet notas ſeu marcas* (*quales creberrimæ in Græcorum nummis*) *quibus inpreſſum eſt Cornucopiæ decuſſatum*, *quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus*, *&* Seleucidarum *inſigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem*, *de quo modo*, Antiochum, IV. *videlicet*, *a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΑΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *ſolitum Scorpionis & Laureæ habet ſymbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. *Regii juvenes equis inſidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea*, *ſubtus Anchora eſt*, *deſuper vero Stella*, *cum inſcriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii ſunt infeliciſſimi iſtius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis*, Epiphanes *&* Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni ſpes deſcribit* Joſephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *ſicuti & mirabilem audaciam majoris*, *ſive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *ſua phalange vaſtiſſima* Hieroſolymæ *mœnia vi ſuperare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput mulebre. Ab altera parte caput juvenile eſt cum literis non ſatis cognitis.*

Longiorem vero de hiſce omnibus ſermonem inſtituerem, *niſi doctiſſimi viri* Jo. Maſſoni *diligentia*, *iſto me onere levaſſet. Exſtat enim ejus Diſſertatiuncula ſuper hoſce Nummos ipſoſque Commagenes Reges*, Antiochos *omnes dictos*, *Tomo Primo Theſauri ſui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Francisco Haymio *inſertus. At quoniam is liber rarior in hiſce terris eſt*, *& non niſi magno parari poteſt*, *ipſa Clariſſimi viri verba prout exſtant ſubjiciam. Ita vero ſe habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis ſuperioribus aliiſque Nummis, qui diverſos etiam vultus ferre videntur; ſi brevem & accuratiorem præmiſerimus notitiam Principum, qui Regionem illam ſub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum *Seleucidarum* regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.

I. Qui primus in hac ſerie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diſerte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem poſt *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* eſt. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, poſtea *Pompeji* contra *Mithridatem* geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum, *ſuperato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intuliſſe*, *donec & ille in amicitiam receptus eſt.* Deinde conſtitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* ſi Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno ſcil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U.C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U.C.* 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii*; quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U.C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, eum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U.C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U.C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

Ad

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro Τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαχηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab anticâ vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuisse *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes*, *quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello cóntra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens*, *& inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Pæto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Trachęam Ciliciam*, *& Commagenem*, *ditionis Regiæ uſque ad id tempus*, *in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Trachęæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδ& regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat*, *cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ*, *ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem*, *ut & regnum Commagenæ*, *Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

(a) *Joſeph* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗΟΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Signa* (c) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui cum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pœti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit*, *toto regno*, *in quo erat ſtatu*, *relicto*, *cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pœtus autem in Samoſatam*, *qui eam capeſſerent*, *mittit*, *& per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis*, *vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus*, *non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ*, *inſignem demonſtrarant fortitudinem*, *&c.* deinde narrat fu-

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 120. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cum decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hîc omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7 .Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit, &* Lesidis, Ἡσιόδῳ, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro,* TIGRANIS, *regis Armeniæ,* FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2° *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar-"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti-*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa-"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren-"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιόδῳ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῳ, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, *& urbe*,

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξωρὶς.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. - 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Amplissi D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* l. XV. c. 4.
(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Histor. Idum p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p 135. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isiados*, &c in aliis Ὑσιάδος, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Eleusa*, dein *Sebaste* dicta; Attamen mihi persuadere nequeo, eam emendationem facile posse ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid sit, haud integrum dare possumus assensum interpretationi, quam Cl. *Wildius* suo assignavit nummo (a), qui nostro similis, licet haud ita sit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo insculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam esse, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam &c. scilicet haud satis caute suo Nummo eandem adaptat descriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebastenis* cuso, quam vero pluribus *Norisius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores supersunt nummi hîc exponendi; verum id paucis absolvemus; siquidem nihil certi de his affirmare valemus, nisi eos æque inter se differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. assignavimus. Addam tantum forte priore repræsentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non nisi *senex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, senilis itidem, vultus forsan fuerit *Antiochi* III. sub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit esse. Sed de his conjecturas ulterius prosequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide nostras excipiant stricturas, quas auctiores & forsan emendatiores aliquando dabimus, si quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cusos exhibere poterimus, si nos supremum Numen juverit.

Num. 30. *Numisma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conspicuum; ex purissimo autem est auro, pendetque unciam & monadas* 74. *Exstat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Musæo nostro nescio quid plus vigoris animi ex visu spirat; præterea id quod* Apollo *sedens dextra tenet, nullo modo sagitta in meo est, ut in reliquis, sed bacillus potius, nisi regium sit sceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte crassescit. Pertinet vero insigne hoc numisma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illam, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epistolas itidem in illorum gratiam scriptas, luculenter commemorat* Josephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& seqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, seu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuisse; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium possideo Numisma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cusum est, verum multo magis propter Augustæ cujus vultum refert, suspiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Faustinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem sibi adscivit, cujusque mulieris nummos rarissimos esse norunt harum rerum periti. Adscribitur* ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more istorum temporum luna crescens conspicitur; quasi ut inter nymphas Diana, sic inter* Romanas *nurus Augusta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ est symbolum, verubus suis innixæ, ante quam habitu muliebri stans figura cernitur, dextra hastam tenens, læva vestem ad latus convolutam sustinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ CTP. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius ærâ* ΑΟC. *sub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Est vero pulcherrimum & integerrimum Numisma, quod omnino ab omni* κοβείας *suspicione longissime abesse a quovis inspiciente deprehendi potest; fallituraque idcirco* Virginius Valsechus, *qui in Dissertatione Historico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Potestate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochensem, *annum* CCLXXI. *designat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipse simillem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis testes, nihil valent.*

Num 32. ΔΡΟΥCΟC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC ΚΑΙCΑΡΕC ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus & Germanicus Cæsaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter simpulum, alter lituum manu gestat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑCΙΑC. Communitatis Asiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑCΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟC ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. sub Cajo Asinio Pollione Proconsule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero desumtus est ex Morellii specimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Josephus *Lib.* XII. *Antiq Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuisset decoratum, consecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipsis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex concessit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *seu* ΔΙΟC ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum insignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numismaticam pag.* 343. *Passim juvenili facie, lauru & nonnunquam spicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini insistens cernitur, cui ad latus Astrum adest. Ratio picturæ ejus est, quod a* Jove *& benigno ejus sidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoscebant.*

Num. 34. Rhodi *insulæ* Rhodiorum*que plus semel mentionem apud* Josephum *fieri invenias, fuitque semper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliisve casibus afflicta maximos Reges certatim beneficos sibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine singulari,* Ægyptiis *regibus aliisque* Rhodi *cultoribus æquiparari sese voluit, dum urbem* Rhodum, Cassiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempestatem, facta quoque oneris jactura, illuc appulisset, fovit tamen atque ultra vires etiam suas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro sua opulentia Græcarumque artium fama, semper urbs hæc pulcherrimos, frequentesque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis passim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis istius colossi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque insulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Thes.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conspicitur caput virile diadematum, a posteriori Floris solita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi est initialis, atque nomine* ΑΡΙCΤΑΚΟC. *Docet ibidem literas* ΑΚΟC *recenti manu refectos fuisse, priores vero* ΑΡΙCΤ. *vetustas esse & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exstiterint literarum. Unde ipse suspicatur legi debere* ΑΡΙCΤΟΚΡΑΤΗC. *Caput itaque refert ad* Aristocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exspectationem ad principatum a civibus fuisse evectum, sed opinioni de se conceptæ minime respondisse. Plura contra hanc sententiam proferre possem, sed meam simpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙCΤ. *sive* Aristacum, *sive* Aristocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. seqq.

cratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert* (*nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt*) *in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimit. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis* (*non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere*) *in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæi*que in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671. *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam* (*cujus inferius nummum proferemus*) *nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* *Cap.* XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paulo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag.* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *&* *denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num. 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ CTPA. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob* Æſculapii *gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** ***

mi-

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestienſibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochenſium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* PΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Pontici *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*



21.
Æs.


22.
Æs.

23.
Æs.


24.
Æs.


25.
Æs.

26.
Æs.


27.
Æs.

28.
Æs.

29.
Æs.


30.
Æ.


31.
Æs.

32.
Æs.

33.
Æs.

34.
Æs.

35.
Æs.


36.
Æs.

37.
Æs.

38.
Æ.


39.
Æs.


40.
Æs.


41.
Æ.

†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO

JACOBO BRUGES

DUCI de CHANDOS

MARCHIONI & COMITI

DE CARNARVON,

ET

BARONI CHANDOS

DE SUDELEY.

CUM poſt multorum annorum laborem improbum, & magnos ſumptus Joſepho impenſos, pæne languerem, Tu ſolus, Vir illuſtriſſime, benignitate Tua me labantem excitaſti, & munificentia Tua effeciſti, ut Operi tam difficili & laborioſo par eſſem perficiundo. quapropter ſi quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Reſpublica Literaria (capiet autem, uti ſpero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Joſephum igitur meum Patrocinio Tuo demiſſe & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & obſervantiæ in Te meæ Teſtem perpetuum & monumentum futurum. Quod ſupereſt, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobiliſſime, Literis & Literatis præſidium certiſſimum, diutiſſime ſervet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studioſiſſimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI *mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo vilioribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit; nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat à nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in* [2] *Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio.*

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit; rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem. annui libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eße litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eße reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] *Uſſerius ſe uſum fuiße profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.*

Inter Schedas J. A. * *Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad* [4] *veterem Joſephi In-*

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, poſt *Teſtimonia* dedimus recuſum.

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magistellis istis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudsonus, ab ipso profectum, infra excusum exhibebimus.*

*Textum Josephi diligentissime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepserant, studiose sustulit; nonnullos tamen aut ipse reliquit, aut fortasse etiam admisit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Josephus Scaliger, recentiorum doctissimus, veterem Flavii Interpretem imperitissimum appellat; neque Sigismundus Gelenius, vir alioquin laude sua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Josephi refingere veterem illam Versionem conatus est, hac in parte, Eruditis satisfecit. Hinc novus Hudsono labor surgebat; nova Versione ab ipso donandus erat Josephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur.

Neque dubium esse potest, quin multi amicorum multa illi subsidia ad Josephum illustrandum subministrarent. Copiam Editionis Basileensis, manu Is. Casauboni passim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctissimo; Observationes quasdam egregias viro eruditissimo Richardo Ibbetsono, discipulo olim suo, cujus conjecturas semper exosculatus est; Annotata illustris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus est Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintoniensis dignissimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortasse aliis.

De Josepho sic fere censuit Hudsonus: Scriptorem fuisse eloquentissimum, & veri studiosissimum; sectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptistæ, ac proinde Testimonia de Iesu Christo *& Jacobo Justo genuina esse; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius esse quam ipsius Josephi; non esse Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Universo, qui sub ejus nomine etiamnum alicubi exstat.*

Quid autem censendum sit de ipso Hudsono, Ego quam potero brevissime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *missus, in Collegio Reginensi sub Tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Litteratorum semper feracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem* [5] *susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adolescentes ad Philosophiam & bonas litteras instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *sufficitur. quem quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium sui sæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionysium Halicarnassæum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticistam, &* [14] *Æsopum. Lactantium prelo paratum habuit; sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis scio. Alia minutiora sciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, post diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus est. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Christiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione sublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. mense Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & postea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Versione, & magna Fabularum accessione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienus; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Friderieus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui inpræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE-

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Vespasiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Josephus*, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.

II. *Justinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Paris.*

Επι ὃ καὶ σοφώτατοι, Φίλων τε καὶ Ιώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ιουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίας καὶ παλαιᾶς τῶν Ιουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. ὁ μὲν γὰρ Ιώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς τῶν βιβλίων σημαῖνα βυλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ἅτω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Αρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & sapientissimi illi Philo & *Josephus*, qui res Judaïcas scripserunt, ut admodum vetusti & antiqui Judæorum principis Moysis faciunt mentionem. Ipse certe *Josephus*, vetustatem rerum per ipsorum librorum inscriptionem significare volens, historiam exorsus ita scripsit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetustatem historiæ Antiquitatum nomine designans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οἱ ἔξωθεν τὴν ἡμετέρας θεοσεβείας καὶ τὴν ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστοριῶντες γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τὴν Αἰγυπτίων παιδεύσεως μεταχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς υἱοῦ ὠνεισθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν προειρημένην προφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ ἐξ ἡβης ἀξίωμα ἀναγράψασθαι προαιρούμενοι, Φίλων τε καὶ Ιώσηπος. ὅτι μὲν, τὰς Ιουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ἀπὸ μὲν τῶν Χαλδαίων ἡβης τὸν Μωϋσέα γεγονέναι φασί· τὸν δὲ προγόνων αὐτοῦ διὰ λιμοῦ προφασιν ἀπὸ τῆς Φοινίκης εἰς τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα πεπεῖχθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὐθὲν, καὶ πρύτανιν καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ γένους ἠξίωσεν, ὁπλίσας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc sunt, viri Græci, quæ de Mosis vetustate externi & à religione nostra alieni homines, historias scribentes, tradiderunt: omnia ista se ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse professi; apud quos non natus solum, sed etiam qui omni Ægyptiorum disciplina imbueretur, dignus habitus est, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem causam magno est eductus studio, quemadmodum in literas retulerunt sapientissimi historiographi, qui de vita ejus & rebus gestis generisque splendore scribendi provinciam sibi sumpsere, Philon & *Josephus*. Hi siquidem, Judæorum res gestas memoriæ mandantes, à Chaldæis Mosen originem traxisse scribunt. Majores quippe ejus per famis causam è Phœnicia in Ægyptum transiisse, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præstantem ipsius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti suæ præposuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem suam reverti, justum & æquum esse duxit.

IV. *Idem rursus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσεων ἐν τῇ Φάρῳ ἐωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ οἰκούντων τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόαμεν, ταῦτα ἐπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν τοῦτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ιωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam, renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere potestis, & potissimum ex eis qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Philone & *Josepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem*

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim exstitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγγώμλω ἡ ἀκόσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἀπὸ τ γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ιουδαῖοι, τ χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πολιορκῶν καὶ ἀνυπερβλήτων δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ Αλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ιώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ιώσηπος φησιν, ὅτι, ἰώντα ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς κ̄ τ Αἰθιόπων, κ̄ νικήσας, ἠγάγετο τ θ βασιλέως ἐκείνε θυγατέρα· ἐπίπερ πιθῶ τῷ σχεῖν αὐτὴν παραδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τ καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μέναδρος ὁ Εφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ιώσιππος, ὁ ἀναγράψας τ Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τ γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἔτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαύιος δὲ Ιώσηπος, ὁ Ιουδαῖος, ὁ τὰς Ιουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλογὰν τὰς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίγνεσθαι φησί· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Οὐεσπασιανοῦ δὶς πέντε ἔτους, [ἔτη] ἑξῆς. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Αντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη οζ. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ἕως τὸ δέκατον ἔτος Αντωνίνου πάντα ἔτη ,αωλγ'.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov.* *Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transcamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentarjis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Επὶ τοσοῦτον δὲ διέλαμψεν ἔτος ὁ Ιάκωβος ἐν τῷ λαῷ δὶτὴν δικαιοσύνην, ὡς Φλάβιον Ιώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τ Ιουδαϊκὴν Αρχαιολογίαν, τ αἰτίαν ἀποφήνασθαι βουλόμενον δι' τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τ λαὸν, ὡς κ̄ τ ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, κ̄ μᾶλλον Θεοῦ τούτοις αὐτοῖς ἀπηνιπκέναι, [c] λέγ τὰ εἰς Ιάκωβον, τ ἀδελφὸν Ιησοῦ, τ λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν πεπολεμημένα. κ̄ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τ Ιησοῦν ἡμῶν [d] ὁμολογοῦντα εἶναι Χριστὸν, [e] ὅθεν ἦττον Ιακώβου δικαιοσύνῃ ἐμαρτύρησε τοσούτῳ· λέγ δ' ὅτι κ̄ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε λέγ τ Ιάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν δὲ τ βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίῳ Ιωσήπῳ περὶ τ τ Ιουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρ μαρτυρούντων τῇ Ιουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suidæ Codd.* Μάνεθος. al. Μανεθών.
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit δ συντάξαντος τὴν τ Μακκαβαϊκῶν ἱστορίαν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.
c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.
e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.
f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν δὲ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιστῇ γεγωνημένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ιησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τὴν αἰτίαν τῆς Ιεροσολύμων πλώσεως, καὶ τὴν τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ τοῦ Ιησοῦ βουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καθάπερ ἄκων ἀπὸ μακρᾶς τῆς ἀληθείας χωρούμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιουδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τῶν δὲ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἧς ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ιεροσόλυμα· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει περὶ Ἰακώβου τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὡς ἂν ἀληθῆ παρίστησι περὶ Ιησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora, cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem; ut *Joſepho* videtur propter Jacobum juſtum, qui vocabatur frater Ieſu Chriſti, ut vero res ipſa clamat, propter Ieſum Chriſtum Dei filium.

XVI. *Idem rurſus, p. 167.*

Καὶ ὁ βουλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ τοῦ Φλαβίου Ιωσήπου περὶ τῆς Ιουδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τῶν χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμῶν καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoſcere, legat *Flavii Joſephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut ſciat Moſem longe ætate ſuperiorem fuiſſe iſtis, qui juxta temporum viciſſitudines diluvia in mundo fieri & exuſtiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abſtinentia, lib. 4.*

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτο ἐπιοῦσι τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τῶν πεπραγματευμένων ἀνέγραψεν. καὶ δὴ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἐπῶν βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Αρχαιολογίας, ἣν εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοί-
"νυν οἱ Εσσαῖοι, Ιουδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat, ut ſæpius *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro *Judaïcæ Hiſtoriæ*, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris compoſuit; & in ſecundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Eſſæi,
"Judæi quidem natione ſunt, &c.

SÆCULO IV.

XVIII. *Euſebius Cæſarienſis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Pariſ.*

Τῶν δὲ οἰκείων οἱ φιλοφανέστατοι καὶ μνήμης ἀληθοῦς τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium ſuorum clariſſimi, *Joſephus* & Philo, aliique complures, eoſdem memoriæ poſteritatis ſempiternæ, ſuis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euſeb. Demonſtr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Pariſ.*

——— αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε τυγχάνειν φωτὶ τῷ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν δ' οἶον τε ἐκ περισσοῦ καὶ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ιησοῦς σοφὸς
"ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ πα-
"ραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων
"τὰληθῆ ἡδόμενων. καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιουδαίου
"πολλοὺς δὲ καὶ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗ-
"τος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν-
"των σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ-
"σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐ-
"τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

——— ego licet talium hominum de Salvatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſatisfacere debeat, tamen nihil me præter propoſitum facturum arbitror, ſi quaſi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Joſephi* teſtimonio utar; qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in hiſtoriam ſuam referens, de Salvatore noſtro mentionem facit, his verbis:

"Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, ſi
"modo virum eum dicere oportet, quippe qui
"earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi-
"dem ſuperant. Docebat porro hic homines,
"ſi quos veritatis ſtudioſos reperiebat: ergo mul-
"tos ſibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio-
"nis adjunxit. Chriſtus plane hic fuit: ſiquidem
"cum magiſtratibus noſtris accuſantibus, illum
"crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſtite-
"runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit
"enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo-
"dum

[g] Vide Cl. *Spencerî* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi ſupra.
[h] Eadem fere habet *Euſebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Pariſ.* Vide Epiſt. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.
[i] Legendum potius, ἄνδρωπον.
[k] Al. ἀναγινώσκω.
[l] Deeſſe videtur πρότερον, aut ſimile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν τοιούτων τι καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰκότι νυνὶ ὀπὸ τῶδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ
"ἐπέλιπε τὸ φύλον.

XX. *Idem l.* 6. *c.* 11. *p.* 291.

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] δόσεις ἀκριβώσας ἀπηκριβωκώς, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l.* 8. *p.* 397.

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ καθ' τοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "πλὴν ἡ βασιλείαν, κ. τ.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l.* 1. *c.* 4. *p.* 17. *Edit. Valeſii.* 1659.

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

Ταυτὴν ἡ τὴ καθ' Κυρήνιον ἀπογραφὴν καὶ ὁ παρ' Ἑβραίοις ἐπιφανέστατος ἱστορικῶν Φλάβιος Ἰώσηπος μνημονεύει, καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τὴ Γαλιλαίων καθ' τὰς αὐτὰς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως.

XXIII. *Idem iterum*, *l. eod. c.* 6. *p.* 20.

Ἀνεγνώσθη Φλαβίου Ἰωσήππου Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας ἐν λόγοις κ'. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσέως κοσμογονίας, τὰ πολλὰ συναίδων. ἔστι δὲ ἔνθα ἀλλοιότροπον συγχαράττων. κάτεισι δὲ μέχρι τῆς δεκάτης [πολυτάγμ] πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου ——. ἔστι δὲ Ἰωσήππου, γένους μὲν Ἰουδαίου, ἱερεὺς, καὶ ἐξ ἱερέων τὸ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγόμενος, καὶ οὐ βασιλείου φυλῆς ἀπὸ τῆς μητρὸς, τῆς γὰρ Ἀσαμωναίου παίδων, οἳ δὴ μακρότατον τῶν ὁμοφύλων ἱερατεύσαντες τε καὶ ἐβασίλευσαν, ἡ γεννησαμένη ἀπόγονος. γέγονε δὴ οὖν ἐξ αὐτῆς καὶ Ματθίου κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς Γαΐου Ῥωμαίων ἡγεμονίας Ἰωσήππου. οὐκ νέας μὲν φιλολογῶν· πρὸς δὲ τὸ ἐκκαιδέκατον ἔτος γεγονὼς ἐπέβαλε καὶ τῶν τότε Ἰουδαίοις αἱρέσεσι· τρεῖς δέ εἰσι· καὶ πάσας εὐτόνως μετῆλθε, ὡσπερ γε πασῶν πεῖραν εἰληφότα ἐλέσθαι τὴν ἀμείνω. εἰσὶ δ' αἱ αἱρέσεις, Φαρισαῖοι, Σαδδυκαῖοι, καὶ Ἐσσηνοί. ἀς διελθὼν ἔξεισιν ὅτι τὴν ἔρημον, κἀκεῖ συνδιατρίβει ἀνδρὶ τινὶ, τὰ ἐρημικὰ ἀσκοῦντι βίου, ὅτι ἔτη τρία· ᾧ δὲ τῷ ἀνδρὶ ἐσθὴς μὲν δένδρων, καὶ τροφὴ τὰ αὐτοφυῆ αἱ βοτάναι, καὶ ψυχρὸν ὕδατος λουτρὸν πολλάκις, καὶ τὰ ἡμέρας καὶ τὰ νυκτὸς, πρὸς ἁγνείαν. ἐκεῖθεν δὲ τὸ ἑνδεκαιδέκατον ἔτος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν, τὴν Φαρισαίων αἵρεσιν σέργων, ᾗ καὶ τῇ παρ' Ἕλλησι Φασὶν ἐοικέναι ὀνομαζομένῃ Στωϊκῇ. εἶτα περὶ τὸ λ'· ἔτος πέμπεται μὲν παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ πρωτοπαίμενος. ἤρχετο γὰρ παραχῆς ἐδέχετο τὰ Ἰουδαίων, πολλαῖς ἀταξίαις ἤδη σφαλλομένων. εἶτα καὶ στρατηγὸς τῶν περὶ τὴν Γαλιλαίαν χειροτονηθεὶς, εὖτε πρόσθεν δὲ ἔθνος, καὶ μυρίας καὶ ποικιλωτάτας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ὑπεβάλλετο, πάσας ἐξέφυγε· καὶ μετρίως τοῖς ἐχθροῖς ἔχων, ὑπεξουσίοις πολλάκις ἐχρήσατο. καὶ τὰ πρὸς Ῥωμαίοις πόλεμον ἄκων ἀναδεξάμενος, καὶ ἀνδρείως διενεχθὼν ἐν Ἰωταπάτοις, ὅμως ζωγρίας Οὐεσπασιανῷ, Ῥωμαίων τότε στρατηγοῦντι, ἁλίσκεται· εἶτα τυχάνῃ λίαν εὐμενὴς, αὐτός τε τότε καὶ ὑπατεύων Ῥωμαίων ἄρξας. οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος,

Legimus *Flavii Josephi* libros XX. *Judaïcæ Antiquitatis.* A mundi creatione juxta Mosem initium ducit, magna ex parte cum eo concinens. Est vero ubi & ab eo diversus abit. Pergit autem ad bellum ultimum Judæorum cum Romanis ——. Est quidem *Josephus* genere Judæus, sacerdos ipse, patrisque stirpem à sacerdotibus ducens: mater enim ejus regii sanguinis fuit ex Asamonæorum illa sobole, quæ diutissime inter contribules sacerdotio potita summo & regno. Natus ergo *Josephus* ex illa matre & Matthia, anno primo Caji Romanorum Imperatoris. Jam inde à teneris unguiculis Philosophiæ studiis sese dedidit: annum deinde attingens sextum decimum, animum quoque ad Judæorum sectas appulit (tres autem numerantur) omnesque magno animi studio persecutus est; ut, omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ fere sectæ illæ; Pharisæi, Sadducæi, & Esseni. Quas cum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique viro tres annos utitur, qui solitariam erat vitam austere pridem complexus; cui vestimentum arborum folia, alimentum vero herbæ sponte natæ præbebant; & frigida insuper sæpius interdiu noctuque lavabat, puritatis continentiæque gratia. Hinc ad undevicesimum ætatis annum urbem repetiit, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei fere similem faciunt, quæ apud gentes Stoïca est appellata. Annum agens postea tricesimum, ab Hierosolymitanis ad Galilæam procurandam mittitur. Jam enim turbari res cœperant Judæorum, multisque ipsi agitari tumultibus. Dein, Galilæorum ductor creatus, Rempublicam bene gessit, & multas variasque æmulorum in Republica administranda insidias evitavit: cum inimicis etiam moderatius agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod adversus Romanos invitus suscepit, fortiter Iotapatis sustinuit; vivus tamen in Vespasiani, Romanorum copiis præfecti, potestatem venit: quem in se humanum sensit, ac perbenignum jam tum, & vero amplius postquam Ro-

q Vide Varia Sacra *Stephani Le Moine*, & Cl. *Cavei* Histor. Literar. Vol. p. 169.

Romanum obtinuit imperium. Neque ſolum illum talem expertus eſt, ſed etiam liberos ejus Titum ac Domitianum, qui parentis imperium ordine exceperunt, ut & Romana ſit civitate donatus, multiſque opibus auctus. Abſoluta ab eo hiſtoria LVI. ætatis anno, imperii vero Domitiani XIII.

ἀλλὰ καὶ τὸν παῖδων, Τίτου καὶ Δομιτιανοῦ, καὶ ἀξιοζήλωτον βεβασιλευκότων· ὡς καὶ τὸ Ρωμαικῆς τυχεῖν πολιτείας, καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ καταζῆναι. ἀπηριθμη ἢ ἡ ἱστορία νϛ'. ἄγοντι ἐνιαυτὸν, Ρωμαίων Δομιτιανοῦ ἔτους τὸ ἐκχῆς ἔχοντος τρισκαιδέκατον.

LXXXVI. *Idem in Epiſt. 247. Edit. Lond.*

Vides hîc Philippenſes titulo ſe Romanos venditantes. Et poſt ea tempora *Joſephus*, à Judaïca propagine genuina genitus, & patriam ſortitus Hieruſalem, è ſacerdotum ſtirpe ſacerdos ipſe, tamen more Romano *Flavius* dicebatur. Quem illi honoris titulum Veſpaſiani prænomen dedit, cum illis communem, qui conſanguinitate cum Romanis efferebantur. Nec tamen *Joſepho*, qui Romanum & Flavium ſemet indigitabat, dicam aliqui ξενίας inſcripſere; quamvis ex invidia illi plures adverſarentur: nec quidem rapiebatur κατ' ἔνδειξιν ad judicii tribunal.

Ορᾶς ὅτως οἱ Φιλιππήσιοι τῇ Ρωμαίων ἑαυτὸς ὀλιγεμνύζι κλήσι· ὥσπερ ἦ πάλιν, τότων ὕστερον, Ἰώσηπος Ἑβραίων τε γνησίας ἀποφᾶς ἐκβλαζήσας, καὶ αὐτὸ πατρῴδα τὸ Ἱεροσόλυμα κεκληρωμένος, ἐξ ἱερέων τε καὶ ἱερεὺς, αὐτὸ τοῦτο χρηματίσας, ὅλῳ ὡς τῇ Ρωμαίων κλήσι, καὶ τῷ Φλαβίου ἐπεγράφετο ὡσηγορίαν. ὁ γέρας ἡ ἐξ Οὐεσπασιανοῦ ἐπωνυμία τοῖς Ρωμαικῷ αὐχεῖζιν τῷ συγγένειαν ἐδίδυ· καὶ ὐ μόνον Ρωμαῖον αὐτὸν καὶ Φλάβιον ἀναγράφων ὐδαμοῦ ξενίας ὁ Ἰώσηπος ἐάλω, καίτοι πολλῶν τῷ φθόνῳ κατ' αὐτὸ βαλλόντων, ἀλλ' ὐδ' ἔνδειξιν εἰσήχθη.

SÆCULO X.

LXXXVII. *Simeon Metaphraſtes in Commentario rerum Sancti Jacobi, ex Auctario Noviſſ. Bibl. Gr. Patrum per Combefiſium, parte prima, p. 520. & p. 526.*

Quinam non eos ſolum luiſſe pœnas, qui Juſto necem intulerunt, ſed & civitatem, in qua ſcelus iſtud perpetratum eſt, magnam accepiſſe cladem affirmarunt: ejuſque rei teſtis locupletiſſimus *Joſephus*, libro XX. *Antiquitatum* viri geſta, referens ——. Cæterum, poſt Jacobi necem, mala extrema Judæis obvenerunt: eorumque teſtis *Joſephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

Καὶ ἐνίοις μὴ μόνον δίκας ἐκτίσαι φάναι τοὺς ἀνελόντας τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πολλῇ τὴν πόλιν χρήσασθαι συμφορᾷ, καθ' ἣν τὸ μῦσος ἐκεῖνο συμβέβηκε· μαρτυρεῖ τε τῷ λόγῳ Ἰώσηπος, ἐν γε τῷ εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας συγγράμματι τὰ κατ' αὐτὸν ἀνδρα διεξιών .... τὰ μέντοι κακῶν ἔχοντα μετὰ τὸν Ἰακώβου πλοῦτον Ἰουδαίοις κατέπληξε· καὶ μάρτυς τούτων Ἰώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποκρυψάμενος.

LXXXVIII. *Suidas in Lexico voce* Ἰώσηπος.

Joſephus, Judæus, veritatis amans, de Præcurſore, & de Domino noſtro & Deo & Servatore Jeſu Chriſto loquitur. Fuit autem Matthæi ſacerdotis Hieroſolymitani filius; & *Antiquitates Judaicas* libris XX deſcripſit &c. Hic à Veſpaſiano & Tito ejus filio captus, uſque ad Hieroſolymorum expugnationem apud ipſos manſit; & cum ipſis Romam profectus, Libros ſeptem de Excidio Hieroſolymitano Imperatoribus obtulit, qui in Bibliotheca Publica ſunt repoſiti; & ob illius ſcripti celebritatem ſtatua donatus eſt. Scripſit etiam *Antiquitatum Judaïcarum* libros XX, ab exordio mundi uſque ad XIV annum Domitiani Cæſaris. Item duos alios Antiquitatum libros contra Apionem, Grammaticum Alexandrinum, qui ſub Caligula à parte Gentilium legatus miſſus eſt, ut oratione quadam Philonem accuſaret, quæ Gentis Judaïcæ criminationem continet. Eſt & alius ejus Liber, omnino præclarus, *de Principatu Rationis*, in quo martyrii Maccabæorum meminit. Hic Libro decimo octavo *Antiquitatum* aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum Chriſtum à Judæis interfectum fuiſſe; & Joannem Baptiſtam vere fuiſſe Prophetam; & propter cædem Jacobi Apoſtoli Hieroſolyma vaſtata fuiſſe. Sic autem de Domino noſtro Jeſu Chriſto ſcribit: "Eo-"dem tempore exſtitit Jeſus", &c. Hæc *Joſephus* lib. XVIII. de Chriſto dicit.

Ἰώσηπος, Ἰουδαῖος, Φιλαλήθης, λέγων περὶ μὲν Προδρόμου, καὶ περὶ μὲν Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ματθαίου ἀνδρὸς ἱερέως ἐξ Ἱεροσολύμων· γεγράψας τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις κ'. ἔτος ἄλλως περὶ Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου μὲν ὑὸς αὐτοῦ, ὅτι τῇ τῶν Ἱεροσολύμων ἁλώσει καταλείφθη, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἐπεὶ λόγους τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως τοῖς βασιλεῦσι συνέγραψεν, οἵ τινες τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς συγγραφῆς ἀνδριάντος ἠξιώθη, ἔγραφε δὲ καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας λόγους κ'. ἀπὸ τῆς μὲν κόσμου ἀρχῆς, ἕως πεντεσκαιδεκάτου ἔτους Δομιτιανοῦ Καίσαρος· καὶ β'. βίβλους ἑπτὰ περὶ ἀρχαιότητος, καὶ Ἀπίωνος Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ Καλιγόλα πρεσβεύτης ἀπεστάλη πρὸς μέρους τῶν Ἑλλήνων κατηγορήσων Φίλωνος διὰ λόγου τινὸς, κατάγνωσιν περιέχοντος μὲν Ἰουδαίων ἐθνους. ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐνάρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ μὲν πάθους τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. ἔτος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας βίβλῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι πρὸς Ἰουδαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγονέναι προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου μὲν Ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. γράφει δὲ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμῶν ὕτως· "Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον" ——. τοσαῦτα Ἰώσηπος περὶ Χριστοῦ ἐν τῷ ιη'. λόγῳ φησὶν.

LXXXIX. *Idem iterum voce* Ἰώσηπος.

Joſephus, Judæus, hiſtoriographus. Hunc Veſpaſianus cuſtodiri juſſit, ut eum Neroni mitteret. *Joſephus*, hoc audito, dixit, ſe cum ipſo ſolo velle

Ἰώσηπος, Ἰουδαίος, ἱστοριογράφος. τοῦτον φυλαττεῖσθαι κελεύει Οὐεσπασιανὸς, ὡς ἀναπέμψων αὐτὸν Νέρωνι. τοῦτο ἀκούσας Ἰώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν

[r] Hic locus, quo nullus eſt in toto *Joſepho* illuſtrior & celebrior, doctorum virorum ingenia non parum exercuit, aliis eum παρεμπέλκυσον & ſpurium, aliis vero ab ipſo *Joſepho* ſcriptum eſſe contendentibus. De hoc argumento plures diſſertationes in utramque partem editæ ſunt, & in omnium manibus verſantur; quæ ratio eſt, quare plura hîc non addam. *Kuſterus.*

[s] Re-

λειν ἔλεγλν αὐτῷ. μεταςησαμένυ ἢ ἐκείνυ πάντας, πλὴν ἕ παιδὸς Τίτυ καὶ δυεῖν φίλων, "Σὺ μὲν, "ἔφη, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις [s] ——. ὁ ἢ Οὐεσπασιανὸς ὥσθ' ὅλως μὲν ἀπιςεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐδόκει πανουργεῖν· ἀτρεκῆ δὲ τὸν Ἰώσηπον εὑρήκεις, ἐδωρεῖτο ἐσθῆτι καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις.

aliqua de re agere. Cum igitur ille omnes, præter filium Titum & duos amicos, ſummoviſſet, "Tu quidem, inquit, Veſpaſiane, putas &c. —— Veſpaſianus autem principio quidem nullam fidem his verbis adhibere videbatur, quod *Joſephum* aſtute hæc comminiſci putaret: ſed cum poſtea, quæ dixiſſet, vera eſſe cognoviſſet, veſtimentis & aliis pretioſis muneribus eum donavit.

XC. *Idem voce* φλέγων.

Τἐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος καὶ δεδοικότι ἔοικε καὶ εὐλαβυμένῳ, ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

Contra vero *Joſephum* videri & timere & cavere, ne Græcos offendat.

SÆCULO XI.

XCI. *Georgius Cedrenus in Hiſtoriarum Compendio, p. 225. Edit. Pariſ.*

Ἰώσηπος Ἰουδαῖος, Φιλαλήθης ὢν, ἱερεῖ τε περὶ τὰ τότε, τῶτε πολέμῳ καὶ τῇ ἁλώσει ἐκείνῃ ἐντυχών.

Joſephus Judæus, veritatis obſervantiſſimus, qui & bello & excidio urbis interfuit, hiſtoriam ejus rei deſcripſit.

XCII. *Idem paulo infra, p. 231.*

Αὐτὸν παρέξομεν τ Ἰώσηπον μάρτυρα, τὰ τὰ ἐκείνων φρονοῦντες. —— [t] σὺ δέ μοι σκόπει τὸ Φιλαλήθες ἕ ἀνδρὸς, ὃς, εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν.

Joſephum ipſum, hominem ab ipſorum partibus, citare licet. —— Ac mihi veritatis ſtudium in eo viro conſidera, qui, Judæus quamvis erat, Judaïcam tamen contendendi & mentiendi libidinem imitari noluit.

XCIII. *Joannes Xiphilinus in Epitome Dionis, in Veſpaſiano, p. 317. Edit. Francof.*

Ἰώσηπος ἢ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθεὶς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς, ἐγέλασε καὶ ἔφη· "νῦν μέν με "δήσεις, μετ' ὀλίγον δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενό-"μενος.

At *Joſephus* natione Judæus, ante ab eo captus conſtrictuſque vinculis, ridens ait; "Nunc qui-"dem me vincies: poſt annum autem ſolves, cum "fueris Imperator factus.

XCIV. *Theophylactus Archiepiſc. Bulgariæ in Comment. in Matthæum, cap. 22. p. 219. Edit. Pariſ.*

Ἀπέςειλε ἢ ὁ βασιλεὺς τὰ ςρατεύματα αὐτοῦ, τυτέςι τὰ Ῥωμαϊκὰ, καὶ τὰς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ἀπώλεσε, καὶ τὴν πολιν αὐτῶν ἐνέπρησε τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς καὶ ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος λέγει.

Miſit autem rex exercitus ſuos, hoc eſt Romanos, qui inobedientes Judæos perdiderunt, & civitatem illorum Hieruſalem ſuccenderunt, ut teſtatur etiam *Joſephus* [v] veritatis ſtudioſus.

XCV. *Idem in Comment. in Joannem, p. 762.*

Ἡ πόλις αὐτῶν ἑάλω, καὶ ἡ θεήλατος ὀργὴ κατ' αὐτῶν ἐφέρετο· ὡς καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, διὰ τ θάνατον τῦ [x] Ἰησῦ πῶπε αὐτοῖς ἠμέθη.

Civitas ipſorum capta eſt, & ira divinitus immiſſa undique in eos venit, ſicut & *Joſephus* teſtatur, propter mortem Ieſu hæc eis eveniſſe.

XCVI. *Nicetas in Comment. in Gregor. Nazianz. Orat. de Macc.*

Τίνες οὖν ἦσι, καὶ διὰ τί ἦτω τετίμηνται, δηλώσει σαφῶς ἡ βίβλος Ἰωσήπυ· ἥτις φιλοσόφως ἀποδείκνυσιν, ὅτι αὐτοκράτωρ τ παθῶν ὁ λογισμὸς, καὶ κύριος τῦ ῥέπειν εἰς ἀμφότερα, ποτὲ μὲν εἰς ἀρετὴν, ποτὲ ἢ εἰς κακίαν. αὕτη γὰρ ἡ βίβλος, τὸ αὐτεξούσιον κατασκευάζυσα, πολλαῖς μαρτυρίαις εἰς τῦτο ἐχρήσατο, ἔ μὴ τ ἄλλων ἔ τῆς τῶν Μακκαβαίων ἀθλήσεως.

Hi igitur quinam ſint, & qua de cauſa tanto ſint in honore, *Joſephi* liber perſpicue docebit: qui philoſophice demonſtrat rationem perturbationum eſſe magiſtram, dominamque propenſionis ad alterutram partem, modo ſcilicet ad virtutem, modo ad vitium. Nam liber iſte libertatem voluntatis aſtruens, multis eam ad rem confirmandam teſtimoniis adhibitis, Maccabæorum quoque inter alia profert in medium certamina.

SÆCULO XII.

XCVII. *Baldricus Archiepiſc. Dolenſis in Hiſtoria Hieroſolym. l. 1. p. 85. Edit. Hanov.*

Quod (ſc. excidium) quomodo acciderit, legenti geſta Titi & Veſpaſiani patebit, quam lectionem vir eloquentiſſimus *Joſephus* ſtilo celebri conſecravit.

XCVIII.

[s] Reliqua videſis in lib. 3. de *Bello Jud.*

[t] Certe hæc habuit ex *Chryſoſtomo*, cujus verba pagina abhinc ſexta attulimus.

[v] Interpretationem ſupplevi: in qua deerat quod voci φιλαλήθης reſpondeat. Si è *Societate Jeſu* fuerit Interpres, non miror. Nam *Loiola* diſcipuli *Joſephi* noſtri auctoritatem plerumque elevant.

[x] Forſan legendum Ἰακώβυ. Hæc enim mala eis accidiſſe propter mortem *Jacobi*, alii *Joſephi* teſtimonio nixi aſſerunt.

TESTIMONIA.

XCVIII. *Joannes Zonaras in Præfatione ad Annales.*

Quia & hic perſtringantur quæ de Servatore noſtro Ieſu Chriſto, deque Joanne Baptiſta ſcripſerit *Joſephus*.

Αλλὰ καὶ ἐνταῦθα σωτέτμηνται ὅσα περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ὁ Ιώσηπος συνεγράψατο, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ιωάννου.

XCIX. *Idem in Annalibus, p. 267. Edit. Pariſ.*

Hoc tempore Dominus quoque noſter & Deus Ieſus Chriſtus in Judæa viſus eſt: de quo hæc verba habemus in *Joſephi Antiquitatum* libro decimo octavo: "Fuit hoc tempore Ieſus vir ſa-"piens &c. ——— In oratione vero ſua *ad Græcos*, quæ & contra Platonem inſcribitur, *de cauſa Univerſitatis*, cujus etiam S. Joannes Damaſcenus in Parallelis ſuis meminit, hæc dicit: "Omnes juſti & injuſti ad Dei Verbum ad-"ducentur; illi enim pater omne judicium de-"dit, &c.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ιησοῦς Χριστὸς ἐν Ιουδαίᾳ ἐφάνη· περὶ οὗ ταῦτα καὶ λέγειν φησὶν ὁ Ιώσηπος ἐν τῷ ιη λόγῳ τῆς Αρχαιολογίας· "γίνεται "δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ιησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ ------. ἐν δὲ τῷ πρὸς Ελληνας αὐτοῦ λόγῳ ὃς καὶ Πλάτωνος ἀπηγόρευται περὶ τοῦ παντὸς αἰτίας, ὃν καὶ ὁ ἅγιος Ιωάννης Δαμασκηνὸς μνήμην πεποίηται ἐν τῇ πεμπτῃ αὐτοῦ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Παραλληλα, ταῦτα φησίν[y] "πάντας γὰρ δικαίους καὶ ἀδίκους ἀνώποινον τοῦ θεοῦ λόγου "ἀνεῖσθαι ------.

C. *Michael Glycas in Annalium parte ſecunda, p. 158. Edit. Pariſ.*

Sic rem geſtam *Joſephus* recenſet, qui ſane nonnunquam fabulis conſentanea literis mandaſſe videtur.

Καί ὁ μὲν Ιώσηπός ἐστιν, ὅ τε μυθολογῶν ἔτω φαίνεται.

CI. *Idem parte tertia, p. 234.*

Hoc tempore ſapiens ille Philo & *Joſephus* claruerunt. *Joſephus* veritatis amans exſtitit. Nam & Baptiſtam Domini laudat, & Chriſtum conſimiliter virum ſapientem, & magnorum prodigiorum effectorem appellat; ac, poſteaquam crucifixus fuiſſet, die tertio vivum conſpectum eſſe tradit.

Τότε δὲ ὅ, τε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ιώσηπος ἤκμαζον. ὅτος δὲ Φιλαλήθης ἐλέγετο· λέγει τὸν τε Βαπτιστὴν ἐπαινεῖν, καὶ λέγει τὸν τε Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐρχέτην, σωρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν.

CII. *Idem ibid. p. 238.*

Nam hæc omnia ſic prorſus evenerunt, id quod hiſtoria *Joſephi* teſtatur. Quippe ne Judæorum quiſpiam Hiſtoriæ fidem derogaret, non aliquem extraneum, ſed eadem natione prognatum & æmulatorem veritas excitavit, qui Judæorum calamitates inexplicabiles deſcriberet.

Πάντα γὰρ πεπλήρωται κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Ιωσήπου· ἵνα γὰρ μηδεὶς Ιουδαίων ἀπιστήσειεν, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν.

CIII. *Fulcherius Carnotenſis in Geſtis peregrinantium Francorum, p. 437. Edit. Hanov.*

Rex Aſſyriorum pugnans contra Syriam & Phœnicem expugnavit eam, cum in ea regnaret Elyſæus rex. Nolebant enim regi Aſſyriorum Tyrii eſſe ſubjecti. Hoc per quinquennium actum eſt. De hoc Menander ſcribit, *Joſephus* quoque latius.

CIV. *Joannes Tzetzes Hiſtoriarum Variarum Chil. V. p. 347.*

In libro *Captivitatis* ſacrorum Solymorum
Admirandus *Joſephus* hiſtoricus Hebræus
Fatum injuſtum dicit magnifice, &c.

Εν βίβλῳ δ' Αλώσεως τῶν ἱερῶν Σολύμων
Ο θαυμαστὸς Ιώσηπος ἱστορικὸς Εβραῖος
Τὸν εἱμαρμένον ἄδικον λέγει μεγαλοφώνως ----.

CV. *Joannes Sarisburienſis in Polycratico, lib. 2. c. 9.*

Unde *Joſephus*: "Fuit autem iiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamen virum eum appellare fas eſt, &c.

CVI. *Willermus Tyrenſis Archiepiſc. Hiſtoriæ lib. VIII. p. 746. Edit. Hanov.*

Hanc vero, ut referunt egregii Scriptores & illuſtres Hiſtoriographi, Hegeſippus & *Joſephus* Judæorum id exigentibus meritis, XLII°. poſt paſſionem Domini anno, Titus Veſpaſiani filius, Romanorum princeps, obſedit, obſeſſam expugnavit, & expugnatam dejecit funditus, &c.

CVII. *Idem in Præfat. ad lib. XXIII.*

—— orant inſtantius ut regni Hieroſolymorum ſtatus omnis, tam proſper quam adverſus, poſteritati noſtrâ ſignificetur operâ, ſtimulos addunt, proponentes Hiſtoriographorum diſertiſſimos, Titum Livium videlicet, Romanorum non ſolum proſpera ſed etiam adverſa mandaſſe literis; *Joſephum* quoque non ſolum quæ à Judæis egregie geſta ſunt, verum & quæ eis ignominioſa ſunt illata, longis tractatibus publicaſſe.

CVIII. *Gotfridus Viterbienſis in Chronico, p. 359. & p. 366. Edit. Francof.*

Bellum maximum inter Aretam regem Arabum & Herodem accidiſſe [z] refert *Joſephus*, propter peccatum

[y] Verba hæc reperiuntur in *Fragmento iſto*, quod edidit Cl. *Le Moine*, & *Joſepho* Editioni Lipſienſi ſubjungitur.

[z] *Antiquitatum* lib. 18. c. 7.

tum quod in Joannem Herodes perpetraverat. De Chriſto etiam idem *Joſephus* ſic ſcribit: "Fuit his temporibus Ieſus, ſapiens vir, ſi tamen virum nominari fas eſt &c. *Joſephum* etiam, Judæorum prudentiſſimum & ſapientiſſimum Sacerdotem, in vinculis tenebat Veſpaſianus. Hſte autem *Joſephus*, non ſolum inter Judæos, ſed etiam apud Romanos, poſtmodum tantæ auctoritatis fuit, ut ſtatua ei in Urbe donata, libri quoque ejus Bibliothecæ traderentur. Ejus autem [a] opera ſunt in Hiſtoria viginti librorum *Antiquitatum*. Liber etiam [b] *Maccabæorum* ſecundus ab eo dicitur compoſitus.

SÆCULO XIV.

CIX. *Theodorus Metochita in Hiſt. Rom. p. 84. Edit. Lugd. Bat.*

[c] Πάντα γὰρ πεπλήρωται τὰ [τοῦτα] κατὰ τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου. [c] ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαίῳ ἀπιστήσῃ. οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτεραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν.

Omnia enim hæc impleta abunde nobis *Joſephi* hiſtoria atteſtatur. Et nequis Judæus fidem non haberet, veritas non extraneum aliquem, ſed è gente eadem virum æmulatoremque inſignem excitavit, qui, quæ illi nefanda paſſi, tragica gravitate exponeret.

CX. *Nicephorus* [d] *Calliſtus Hiſt. Eccleſiaſt. l. 1. c. 10. Edit. Pariſ.*

Τῆς δ' ἀπογραφῆς ταύτης, βαρείας τῷ Ἰουδαίων ἔθνει γεγενημένης, καὶ ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν ἐμνημόνευσεν, ἅτω διεξιών· Κυρήνιος δὲ ------.

Cenſus & deſcriptionis hujus, quæ gravis admodum Judæorum genti fuit, & ipſe veritatis conſectator *Joſephus* in XVIII° Hiſtoriarum ſuarum libro meminit, hiſce verbis: "Cyrenius, &c.

CXI. *Idem lib. 1. c. 15.*

Ἃς μὲν δυστυχίας λαμπρῶς ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκῇ διελήλυθεν ἱστορίᾳ.

Quas quidem calamitates luculenter veritatis amator *Joſephus* in Judaïca temporum ſuorum hiſtoria commemoravit.

CXII. *Idem lib. 1. c. 39.*

Ἀκήλυθον δ' οἶμαι καὶ τὸ Φιλαλήθη παρ' Ἑβραίοις ἱστορικὸν Ἰώσηπον εἰς μέσον προθέμενον, οἷα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διέξεισιν ἐν τῷ ιη τῆς Ἀρχαιολογίας, ὥσπερ τινα κεφαλίδα τῇ πρώτῃ μοι τῶν ἱστορικῶν ἐπιθεῖναι· περὶ γὰρ τὸν προδρόμου Ἰωάννου διεξελθὼν ὅσα μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν, εἶτα καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λέξεσιν ἅτω φησί· "γίνεται "δὲ κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς -------.

Reliquum nunc eſſe puto, *Joſephum* quoque veritatis amantem apud Hebræos hiſtoricum in medium producere, & quæ is in XVIII° *Antiquitatum* libro de Servatore noſtro Ieſu Chriſto ſcripta reliquerit, primo huic Hiſtoriarum libro tanquam coronidem apponere. Quum enim de præcurſore Joanne, ea quæ paulo ante recenſuimus, expoſuiſſet, deinde de Chriſto verbis hiſce ita ſcribit; "Exſtitit eo tempore Ieſus," &c.

CXIII. *Idem lib. 2. c. 13.*

Θαύματος οὖν ἄξιος ὁ Ἰώσηπος, ἅτω τὰ θεῖα σοφὰ γεγραφώς.

Dignus certe quidem eſt *Joſephus* iſte admiratione, qui ſic divinis conſona literis ſcribit.

CXIV. *Idem paulo infra.*

Καὶ δὲ σοὶ ἄλλοις καὶ τοῦτο θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως ὁ παρ' Ἑβραίοις Ἰώσηπος καθάπαν σοφὰ ἔοικε τῇ θείᾳ γραφῇ περὶ τοῦ πλούτου Ἡρῴδου.

Enimvero præter alia & illud quoque mihi in mentem venit, quod Hebræorum hiſtoricus *Joſephus* in univerſum divinæ Scripturæ conſona ſcribere videtur de morte Herodis.

CXV. *Idem lib. 2. c. 18.*

Κατὰ δὴ τοὺς αὐτοὺς χρόνους μικρὸν ὕστερον καὶ Ἰώσηπος ἐγνωρίζετο, ἀνὴρ καὶ ἔθνει Ἑβραῖος μὲν γένος, καὶ ἐξ ἱερέων ὤν· ποσοῦτον δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐν τοῖς μαθήμασιν, ὡς καὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν καὶ πάτριον εἰς ἄκρον ἀσκῆσαι, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄτος συγγράμματα καταλέλοιπεν· ἃ φασὶ καὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ συγγράμματα εἶναι, καὶ μάλιστα τὸν περὶ Αὐτοκράτορος λογισμόν. ἐν εἴκοσι μὲν οὖν λόγοις τὰ τῆς Ἀρχαιολογίας ἅπαντα διεξέρχεται· ἐπὰ δὴ αὖτις εἰς τὴν Ἱεροσολύμων συντάττονται ἅλωσιν, ὃς λόγος ἔχει καὶ τὸν Καίσαρα Τίτον, ἰδίαις [e] γραφότα χερσὶ, δημοσιεύεσθαι πανταχῇ προστάξαι, καὶ τῇ ἐν Ῥώμῃ τῶν βιβλίων ἀναθέσθαι καταλογάδην. συντάττονται δὴ αὖτις καὶ ἕτεροι δύο λόγοι περὶ Ἀρχαιότητος· ἐν οἷς Ἑβραίους πρώτους εἶναι πάντων φησὶ, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς ἀρχαιοτέρας γραφάς. ἔτι δὲ καὶ ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν Γραμ-

Eodem porro ſæculo paulo poſt & *Joſephus* floruit, & ipſe vir Judæus genere, & ex Sacerdotibus ortus: tantum autem diſciplinarum doctrina excelluit, ut ſummam & patriæ & Græcæ linguæ peritiam ſit conſequutus. Multa is quoque volumina reliquit: Maccabæorum certe libros ejus eſſe ferunt: potiſſimumque eum qui inſcriptus eſt *de Imperio Rationis*. Viginti quidem libris *Antiquitates Judaïcas* eſt complexus: ſeptem autem de *Bello Judaïco* Hieroſolymorumque everſione compoſuit; quos fama fert, Titum Cæſarem manus ſuæ ſubſcriptione publicari ubique, atque etiam in Romana bibliotheca reponi juſſiſſe. Edidit etiam alios duos *de Veuſtate Judæorum* libros, in quibus Hebræos primos hominum omnium exſtitiſſe, ſcriptaque eorum cæteris vetuſtiora eſſe ait: præterea *contra Apio-*

[a] Videtur duntaxat *Antiqq.* Verſionem inſpexiſſe ab *Epiphanio Scholaſtico* adornatam, & parum admodum de aliis *Joſephi* operibus reſciviſſe.

[b] Certe *quartus* legendum.

[c] Iisdem verbis *Glycas* paulo ſupra.

[d] Vide ejuſdem *Nicephori* l. 1. c. 20. & l. 3. c. 11.

[e] *Joſephi* verba ſunt iſta, ἅτε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προστάξαι. Significant, Titum Imperatorem *Joſephi* libris adſcripſiſſe ſua ipſius manu verba aliquot, quibus conſtaret *Joſephum* vera de hoc bello in his prodidiſſe libris, indeque petendam eſſe rerum geſtarum cognitionem. Verba priora non exprimit Hieronymus, pagina abhinc undecima; ut nec illa δημοσιεῦσαι προστάξαι, *ut invulgarentur, præcepit.*

Apionem Grammaticum, qui tum orationes adversus Judæos invectivas scripserat, & contra alios itidem, qui patria Judæorum gentis instituta & mores calumniari ausi fuerunt, refutationes composuit ——. Ad finem autem *Antiquitatum* libri vigesimi indicat, quatuor se scripsisse libros *de Deo* quæ Judæorum sint patriæ opiniones, de natura ejus, & de legibus, quare apud eos quædam licet facere, quædam vero sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idem ipse in operibus suis asseverat ——. Tantopere autem historico, rebus gestis ad imitationem Thucydidis scribendis, stylo enitet, ut neminem in ea laude primas ferre patiatur: siquidem novis subinde gaudens argumentis, cum facilitate multa, nihil de artis vigore remittens, suavis admodum & lætus incedit: & cum mirifica ejus est eloquutio, tum in concionibus gloriam & laudem meruit singularem. nam Philo certe philosophiæ plurimum operæ navasse; at *Josephus* oratorum sacra magis coluisse videtur: & ille quidem, ad Platonem, hic vero, ad Thucydidem respexit.

ματικὸν, κ᾽ Ἰουδαίων τινὰ καὶ συντάξαντα λόγους, πεποίωται, κ᾽ πρὸς ἄλλους, οἱ διαβάλλειν τὰ πάτρια τῶν Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν ἔθνους. ..... πρὸς ᾧ τῷ τέλει τῆς Ἀρχαιολογίας, ἐμφαίνει ἐν τέσσαρσι συγγράψαι βιβλίοις περὶ Θεοῦ ὅσαι πάτριαι δόξαι, κ᾽ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, κ᾽ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ᾽ αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι πρᾶξαι, τὰ δ᾽ κεκώλυται. κ᾽ ἄλλα δ᾽ αὐτῷ συγγεγράφθαι, ἃ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ καταλέγει συγγράμμασιν ..... τοσοῦτον δ᾽ τῷ συγγραφικῷ χαρακτῆρι ἀνδρὶ, τὸν Θουκυδίδου μιμούμενον, ὡς μηδένα τὸ ἐξ ἐκείνου ἐᾶσαι τὸ πρωτεῖον κληρώσασθαι. τοῖς καιναῖς ἀεὶ χαίρων τῶν ὑποθέσεων, κ᾽ μετ᾽ εὐκολίας πάσης, μὴ τῆς τέχνης τόνου χαλῶν, ἁπλῶς μάλα κ᾽ ἱλαρῶς διέρχεται· ὑπερφυῶς ἐκφέρων, κ᾽ ἐν τῷ δημηγορεῖν ἀριστεύοντα. ὁ μὲν οὖν Φίλων, τῇ Φιλοσοφίᾳ φαίνεται τὸ πλεῖον ἐσχολακώς· Ἰώσηπος δ᾽ τὸν τῆς ῥητορείας ὀργάνων ἔοικε πλεῖον μεταχεκινηκέναι· κἀκεῖνος μὲν, πρὸς τὸν Πλάτωνα ἀφορᾶν· οὗτος δ᾽, πρὸς τὸν Θουκυδίδην.

CXVI. *Nicephorus Gregoras Historiæ Rom. lib. VII. p. 146. Edit. Paris.*

Accedebant & alii viri clari & spectati, ut reverentiæ & honoris causa in civitatem ascriberentur, & illustri aliquo nomine Romano ornarentur: quemadmodum *Josephus* Hebræus, ex Palæstina oriundus; & Ptolemæus, qui de rebus Astronomicis omnium optime scripsit. Illinc quippe uterque cognomen accepit, Flavii quidem *Josephus*, Claudii vero Ptolemæus.

Οὐ μόνον δ᾽ ἀλλὰ κ᾽ τῶν ἄλλως ἐνδόξων κ᾽ ἐλλογίμων πρόσασιν, ἵνα τῷ τῆς Ῥώμης δήμῳ αἰδοῦς ἕνεκα κ᾽ τιμῆς κ᾽ αὐτοὶ πολιτογραφῶνται, κ᾽ ὀνόματος ἀξιῶνται τοῦ ἐπισήμου τῆς Ῥώμης· ὥσπερ δ᾽ ὁ ἐκ τῆς Παλαιστίνης Εβραῖος Ἰώσηπος, δ᾽ Πτολεμαῖος ὁ κράτιστα πάντων τὰς Ἀστρονομικὰς συγγεγραφάμενος ὑποθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Φλαούϊος ἐκεῖθεν ἐπωνύμασται, ὁ Ἰώσηπος· ὁ δ᾽ Κλαύδιος, ὁ Πτολεμαῖος.

CXVII. *Matthæus Monachus sive Blastares in Syntagmate Canonum, p. 201. Edit. Bevereg.*

Hebræorum doctissimi, illique præsertim qui Judæam incoluere, ut *Josephus* atque Philo, summi uterque philosophi, legale Pascha ante æquinoctium nequaquam celebrandum esse judicabant.

Οἱ μὲν οὖν λογιώτατοι τῶν Εβραίων, δ᾽ μάλιστα οἱ τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦντες, οἷος δὴ Ἰώσηπος δ᾽ Φίλων, ἄνδρες Φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπ᾽ ἄκρον ἐληλακότε, οὐκ ᾤοντο δεῖν πρὸ τῆς ἰσημερίας τὸ νομικὸν ἄγειν πάσχα.

SÆCULO XV.

CXVIII. *Wernerus Rolewink in Fasciculo temporum, p. 39. b. Edit. Francof.*

Josephus, Historiographorum nominatissimus, clarus habetur, natione Judæus. Verum [f] libri ejus in multis locis vitio Scriptorum ac longitudine temporis corrupti sunt.

CXIX. *Hartmannus Schedelius in Chronico, p. 110. Edit. Norimberg.*

Josephus Judæus, dictus Flavius, Sacerdos, & Mattathiæ ejus gentis Sacerdotis filius, Historicus quidem celeberrimus, multarumque rerum peritissimus: vir sane bonus & egregius, qui de Christo optime sensit. Is, cum singularis eruditionis esset, de *Judaïca Captivitate* scripsit libros VII. de *Antiquitatibus Judæorum* XX. & duos *adversus Apionem Grammaticum*. atque alia post se reliquit Scripta: quæ omnia à Rufino Aquilegiensi postea in Latinam linguam translata fuêre.

SÆCULO INCERTO.

CXX. *Theodorus Meleteniota in proœmio in Astronomiam, Edit. Paris.*

A Sethi quidem, Adami liberorum unius, posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod quidem veterum patrum monumenta veritati consona docent: idque *Josephus*, veritatis studiosus profecto & amans, Antiquitatum Judaïcarum libro primo scripsit.

Εὕρηταί γε μὴν τὸ τοιοῦτον ὑπερέρεμνον ὄντως μάθημα παρὰ τοῦ Σὴθ, ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ ἀπογόνων· ὡς ὅ τε παλαιὸς ἐκ πατέρων λόγος ἔχει, κ᾽ μέντοι κ᾽ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱερῶν Ἀρχαιολογίᾳ συγγέγραφεται.

CXXI. *Anonymus è Cod. Reg. 721. apud Cotelerium in notis ad PP. Apostol. p. 339.*

Quartus denique liber, illud *Rationem imperare affectibus*, & martyrium obitumque pro lege divina susceptum à Sanctis septem fratribus una cum matre & præceptore tradens diserte, Judæum *Josephum* habere conscriptorem opinionem præbet.

Ἡ δὲ τετάρτη, τὸ περὶ τοῦ Αὐτοκράτορα τῶν παθῶν εἶναι τὸν λογισμὸν, δ᾽ τοῦτο ἐστὶ τοῦ θείου νόμου μαρτυρίαν δ᾽ πολιτικὸν τῶν ἁγίων ἑπτὰ ἀδελφῶν σύν τε μητρὶ δ᾽ τῷ διδασκάλῳ τραγικώτερον διαγωνίσασθαι, Ἰώσηπον εἶναι συγγραφέα τῆς Ἰουδαίων ὑποθέσεως παρέχει.

CXXII.

[f] De *Græcis* an de *Latinis* nostri *Josephi* loquitur, non constat. Ea ætate *Versiones* omnium fere in manibus erant.

CXXII. *Anonymi Commentarius Rerum Jacobi Dei fratris, in Auctario noviſſimo Bibl. Gr. Patrum per Combefiſium, p. 526.*

Τὰ μέντοι κακῶν ἔχατα μὴ τὸν Ιακώβε πλὴν τὸν Ιουδαίες κατείληφε. Ὃ μάρτυς αὐτῶν ὁ Ἰώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ἀποκρυψάμενος.

Cæterum poſt Jacobi necem mala extrema Judæis obvenerunt; eorumque teſtis *Joſephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

CXXIII. *Eucherius Epiſcopus in Epiſtola ad Fauſtinum Presbyterum de Locis Sanctis, in Bibl. Nov. MSS. P. Labbei, Tom. I. p. 666.*

Sed etiam *Joſephus*, nobilis Hiſtoricus Judæorum, ſitum totius regionis refert: cujus relationem huic epiſtolæ inſerendam putavi, ut veritatem ſtudioſe inquirentibus majorem Judæus relator de Judææ ſitu fidem faceret.

CXXIV. *Computiſta quidam inter MSS. Digbæana in Bibl. Bodl.*

Joſephus edidit *Antiquitatum* libros XX. Ab initio Mundi uſque ad Domitiani annum XIV. annos V. DCV. ſupputat.

Freculpho Lexovienſi, Vincentio Bellovacenſi, aliiſque nonnullis locum inter Teſtimonia non dedimus, quod fere ad verbum exſcribant Hieronymum.

Ne vacua eſſet hæc pagina virorum poſt Litteras renatas doctiſſimorum judicia de *Joſepho* ſubjiciemus.

Joſephus Scaliger in Prolegomenis ad Opus de Emendatione Temporum, p. 17.

DE *Joſepho* nos hoc audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis & Latinis.

Quod judicium adeo verum eſt, ut ne ipſi quidem ſucceſſerit Scaligero *reprehendiſſe aliquot in locis* Joſephum. *Iſ. Voſſius in Chronol. Sacra, c.* 10. *p.* 137.

Idem ibid. p. 24.

Joſephum reprehendit [Baronius] omnium Scriptorum veraciſſimum & religioſiſſimum.

Idem in Notis ad Fragmenta Græc. p. 45.

Adeundus eſt *Joſephus*, fidiſſimus, diligentiſſimus & eruditiſſimus Scriptor.

Idem in Elencho Trihæreſium Nicolai Serarii, c. 25.

Certe Bellarminus ſatis oſtendit nullum guſtum ſe habere Scriptorum *Joſephi*, ut neque conditor Annalium, qui in rebus Herodis & Belli Judaici maluit credere —— Euſebio, quam *Joſepho*, ſcriptori vernaculo, ex fide oculata aut ex Actis Herodis omnia ſcribenti.

Iſaacus Caſaubonus in Exercitationibus ad Baronium, Exercit. I. n. 3.

Joſephi amor veri notiſſimus, fides conſtantiſſima, niſi quid illi fortaſſe humanitus contigerit. —— cui ad penitus cognoſcenda illa, de quibus ſcribebat, omnia præſidia abunde ſuppetebant.

Daniel Heinſius in Ariſtarcho Sacro, p. 768.

Quod à *Joſepho*, maximo ſcriptore, libro Antiquitatum ſecundo, de barbaris dicitur, —— de antiquis quoque Patriarchis verum eſt.

Hugo Grotius ad Daniel. V. 31.

Joſepho magna fides haberi debet in rebus Herodis Magni, & deinceps. Item ubi externos auctores, non ubi Judæos, multa in Hiſtoria contra verum ſomniantes, ſequitur.

Idem ad Mat. V. 21.

Joſephus, quem patrii moris nihil latuit, ——.

Idem ibid. XIV. 3.

Joſephi ſumma fides & diligentia, & quæ paſſim in eo apparet intima cognitio rerum familiæ iſtius [Herodis] meretur, ne quid temere contra eum pronuntiemus.

Idem ad Luc. II. 2.

Qui *Joſephum* tam diligentem rerum Judaicarum inquiſitorem, & cui Romana quoque Archiva patuerunt, deceptum putant, eos ipſos valde decipi arbitror.

Richardus Montacutius in Analect. Diſſertationum Eccleſiaſticarum, Diſſert. II. §. 2. p. 45, 46.

Fatentur omnes, Cardinali [Baronio] excepto, poſtquam receſſerimus ab Hiſtoria Sacra; ἀξιοπιστότατον ſemper habitum [*Joſephum*] rerum ſuæ gentis enarratorem.

Claudius Salmaſius de Trapezitico Fœnore, p. 103.

Rabbini omnes in alia ſunt ſententia & *Joſephus* ipſe, cujus auctoritatem pluris facio quam omnium Rabbinorum.

Dionyſius Petavius de Doctrina Temporum, X. 65.

Nobis facem præfert *Joſephi* præſtantiſſimi Scriptoris hiſtoria, qui unus Herodis initia reſque geſtas fideliſſime perſcripſit.

Samuel Bochartus in Geographia Sacra, II. 26. col. 137.

Fatendum eſt nos [*Joſepho*] plurimum eo nomine debere, quod * ſuæ gentis Hiſtoriam ſumma fide & ſedulitate ſcripſit.

Iſaa-

* In exoticis tamen illi non temere eſſe credendum cenſuit.

Iſaacus Voſſius ſub finem Reſponſionis ad Schotanum, p. 428.

Ad *Joſephum* dein calamum transfers, & ſcriptorum omnium accuratiſſimo & veritatis amantiſſimo dicam intendis.

Antonius Pagius in Apparatu Chron. ad Baronii Annales, p. 25.

Sed quis melius ſcire potuit quam *Joſephus?* Erat natione Judæus, Hiſtoriæ Judaicæ peritiſſimus, & ipſius Herodis tempori valde proximus, atque in geſtis ejus ſtudioſius perquirendis ac deſcribendis omnium diligentiſſimus.

Idem ibid. p. 32.

Joſephus rerum Judaicarum teſtis omnium optimus.

Idem ibid. p. 36.

Sed nunc inter eruditos fere convenit, *Joſephum* fuiſſe Hiſtoricum diligentiſſimum, magnamque fidem & eruditionem in iis quæ narrat elucere.

Idem in Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales Baronii, Vol. I. p. 13.

Joſephus accurate Herodis Hiſtoriam ex Romanis Auguſteæ ætatis ſcriptoribus, qui injuria temporis intercidere, exſcripſit.

Henricus Noriſius de Anno & Epocha Syro-Macedonum, p. 55.

Joſephus omnium accuratiſſime tempus imperii Galbæ, Othonis, ac denique Vitellii adnotavit.

Notæ Librorum ex quibus profecimus.

1. *Baſ.* Editio princeps Baſileenſis.
2. *Big.* Lectiones, quas vir Illuſtris Emericus Bigotius è codicibus perantiquis deſcripſit.
3. *Bod.* Codex Pembrochianus in Bibliotheca Bodlejana
4. *Busb.* Exemplar Busbequianum in Bibliotheca Cæſarea.
5. *Cæſ.* notat codicem in Bibliotheca Cæſarea, cujus Lectiones aliquot notavit Lambecius in Comm. l. 8. p. 37.
6. *Caji* Codex D. Caji apud Cantabrigienſes, cujus lectiones Hudſono dono miſit *J. Dawſon* de Haſlingfield in agro Cantab.
7. CA. in lib. de Macc. notat Cod. Cantuarienſem.
8. *Car.* Joſephi Μακκαβαϊκὸν è MS. vetuſtiſſimo Caroli I. Regis Angliæ, quod Alexandrinum etiam vocatur.
9. *Caſ.* Lectiones veteris Codicis Regis Galliæ, quas manus carpſerat Iſ. Caſauboni.
10. *El.* Liber *MS.* è Bibliotheca Viri venerabilis J. Mori Elienſis Epiſcopi.
11. *G.* Genevenſis Editio, excuſa A. D. 1611.
12. *Gall.* Cod. al. in Bibliotheca Regis Galliæ.
13. *Haſn.* Varietates Codicis Hafnienſis, quas olim huc tranſmiſit D. Wandalinus.
14. *Hen.* Codex Hennebergenſis, aut Schleuſingenſis.
15. *Lipſ.* Membranæ Lipſienſes.
16. *L. B.* Codices Lugduno-Batavi, præſtantiſſimi, quondam Iſ. Voſſii.
17. *Med.* Lectiones Mediceæ, à Bigotianis diverſæ.
18. *NC.* Bonæ notæ Exemplar in Collegio Novo apud *Oxonienſes.*
19. *Pet.* Variantes Lectiones Schedarum Peireſcianarum, quas Sam. Petitus notaverat in Comentariis MSS. in Bibliotheca Bodlejana adſervatis.
20. *Rhed.* Liber Rhedigerianus apud Vratiſlaviam.
21. *Roſt.* Lectiones Cod. Roſtgardienſis Dani V. C.
22. *Rualds.* Lectiones quædam Vaticanæ opera Rualdi Harlemenſis.
23. *Samb.* Sambuci Exemplar, quod nunc ſervat Bibliotheca Cæſarea.
24. *Vat.* Lectiones aliæ Vaticanæ ab Hudſono ære ſuo comparatæ.
25. *Voſſ.* Lectiones Codicum Iſ. Voſſii.

Exemplaria Latina, Rufino & Epiphanio Interpretibus: ut & Notæ Boſii, Reineſii, Petiti, & aliorum, ita exprimuntur, ut nulla egeant explicatione.

FLA-

FLAVII JOSEPHI OPERUM
TOMO I. II. & III.

Hæc continentur.

TOMO I.

Flavii Josephi Antiqu. Jud. Libri XX. Pag. 1 -- 982

TOMO II.

Flavii Josephi Liber de Vita sua 1 --- 40
—— —— *Libri VII. de Bello Judaico.* 41 --- 436
—— —— *Libri II. Contra Apionem.* 436 --- 496
—— —— *Liber de Maccabæis* 497 --- 520

SEQUUNTUR DEINDE IN EODEM

TOMO II.

Variæ Lectiones in Fl. Josephi Libr. VII. de Bello Judaico, ex Codicibus Gallicanis. 1 --- 56
Jo. Albert. Fabricii curæ auctiores de Fl. Josepho. 56 --- 71
Præfationes Editt. Antiqu. 72 --- 77
Thomæ Ittigii Prolegomena & alia, ab eodem Josephi sui Editioni addita. 78 --- 156
Collatio Fl. Jos. Lib. de Maccabæis, de Vita sua &c. cum Cod. Parisiensibus &c. 157 --- 181
Excerptum ex Institution. Hist. Frankenbergii. 182 --- 185
Caroli Daubuz Libri II. pro testimonio Flavii Josephi, de Jesu Christo. 186 --- 232
Epistolæ XXX. Philologicæ & Historicæ de Flavii Josephi Testimonio, quod Iesu Christo tribuit. 233 --- 286
Petri Brinck Chronologiæ & Historiæ Fl. Josephi Examen. 287 --- 304
I. B. Ottii Animadversiones in Fl. Josephum & Specimen Lexici Flavieni. 305 --- 323
Chr. Cellarii Dissertatio de Historia Herodum contra Harduinum. 324 --- 330
Chr. Noldii Historia Idumæa, sive de Vita & Gestis Herodum. 331 --- 401
Ezech. Spanhemii Stemma & Prosapia Herodis Magni; Chronologica Josephi; suspecta in eodem & notanda verba; Notæ ad priores Fl. Josephi Libros, &c. &c. 402 --- 423
Collationes MSS. Reg. Paris. &c. ad Fl. Josephi Libros XX. Antiq. & ejusdem Vitam. 424 --- 481
Index I. Auctorum, quorum testimonio utitur Josephus. 482
Index II. vocum Græcarum, quæ apud Josephum occurrunt. Index III. Geographicus, Regionum, Urbium &c. &c. Index IV. Rerum amplissimus; & denique V. Auctorum, qui in Notis illustrantur, notantur, emendantur. 483. usque ad finem.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ [a]ΤΗι ΠΡΩΤΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠ·ΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

1. *Proœmium, operis universi rationem reddens,*
2. *Mundi constitutio, & Elementorum dispositio.*
3. *De posteritate Adami, & decem ab eo ætatibus usque ad diluvium.*
4. *De diluvio; & quomodo Noë, in arca cum familia servatus, habitavit in campo Sennaar.*
5. *Quomodo turris, quam filii ejus in contumeliam Dei exstruxerunt, corruit; ut linguas suas mutarunt; atque ut locus, ubi hoc evenit, Babylon appellatus est.*
6. *Quomodo Noë posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupaverunt.*
7. *Quod gentes singulæ à suis auctoribus nomina traxerint.*
8. *Quomodo Abrahamus generis nostri auctor, è Chaldæorum terra profectus, habitavit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Judæa dicitur.*
9. *Quod, fame Chananæam premente, Abrahamus in Ægyptum est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retro unde venerat est reversus.*
10. *Sodomitarum clades ab Assyriis accepta.*
11. *Quomodo Abrahamus, Assyrios aggressus, tam captivos quam reliquam prædam victor reduxit.*
12. *Quomodo Deus gentem Sodomitarum excidit flagitiis eorum offensus.*
13. *De Ismaële Abrahami filio, ejusque posteris Arabibus.*
14. *De Isaco Abrahami filio legitimo.*
15. *De Sara Abrahami conjuge, ejusque obitu.*
16. *Quomodo è Chetura, Abrahamo nupta, Troglodytarum gens nata est.*
17. *De obitu Abrahami.*
18. *De Isaci filiis, Esavo & Jacobo; & nativitate eorum.*
19. *De Jacobo, metu fratris, in Mesopotamiam profugo: & ut uxorem illic duxit, &, duodecim procreatis filiis, rursum in Chananæam revertitur.*
20. *Mors Isaci atque sepultura ejus in Hebrone.*

α'. Προοίμιον [b] περὶ τ ὅλης πραγματείας.
β'. [c] Η τ κόσμ σύστασις, [d] κὴ διάταξις τ στοιχείων.
γ'. Περὶ [e] τ γήϛ Ἀδάμ, & [f] τῶν ἀπ' αὐτ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τ καταϰλυσμ.
δ'. Ὡς ὁ καταϰλυσμὸς ἐγένετο· & ὃν τρόπον [g] Νῶε, σωθεὶς [h] ἐν λάρνακι μ τ συγγενῶν, κατῴϰησεν ἐν τῷ [i] Σινάρῳ πεδίῳ.
ε'. [k] Ὡς πύργος, ὃν & παῖδες αὐτ ἐφ' ὕβρ τ Θεο ᾠϰοδόμουν, κατέπεσεν· & ὡς τὰς φωνὰς αὐτῶν μετέβαλλον· & ὡς ὁ τόπ, ἐν ᾧ τοῦτο γέγονε, Βαβυλὼν ἐϰλήθη.
ϛ'. Ὡς οἱ Νῶε ἔϰγονοι πᾶσαν τὴν οἰϰουμένην [l] ἐπῴϰησαν.
ζ'. [m] Ὅτι τῶν ἐθνῶν ἕϰαστον ἀπὸ τῶν οἰϰησάντων προσηγορεύθη.
η'. [n] Πῶς [o] Ἀβραμ ὁ πρόγον ἡμῶν, ἐξελθὼν ἐϰ τῆς Χαλδαίων γῆς ϰατῴϰει τὸν τόπ μὲν Χαναναίαν, νυνὶ δ Ἰουδαίων λεγομένην.
θ'. Ὅτι, λιμ τὴν Χαναναίων ϰαταλαβόντος, εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρεν [Ἀβραμ·] ϰὴ διατρίψας ἐν αὐτῇ τινα χρόνον, ὑπέστρεψεν ὀπίσω.
ι'. [p] Ἦθη Σοδομιτῶν, Ἀσσυρίων ὑπερατυσάντων αὐτούς.
ια'. Ὡς Ἀβραμος ὑπὲρ τῶν Ἀσσυρίους ὑπερατύσας ἐνίϰησεν. ϰὴ τὰς τε αἰχμαλώτους τῶν Σοδομιτῶν ἔσωσε, ϰὴ τὴν λείαν, ἣν ἔλαβον, ἀφείλετο.
ιβ'. Πῶς τὸ Σοδομιτῶν ἔθνος ὁ Θεὸς ϰατέστρεψε, χολωθεὶς αὐτοῖς οἷς ἡμάρτανον.
ιγ'. Περὶ Ἰσμαήλου τ Ἀβράμου, ϰὴ τῶν ἐϰγόνων αὐτ Ἀραβων.
ιδ'. Περὶ Ἰσάϰου, ὃς ἦν γνήσιος Ἀβράμου πατ.
ιε'. Περὶ Σάρρας τ τ Ἀβράμου γυναιϰὸς, & πῶς τ βίον ϰατέστρεψεν.
ιϛ'. Ὡς ἐϰ [q] Χετούρας, Ἀβράμῳ γαμηθείσης, [r] τὸ τῶν Τρωγλοδυτῶν Ἀραβάμῳ ἔθνος ἐγένετο.
ιζ'. Περὶ τ Ἀβράμου τελευτῆς.
ιη'. Περὶ τῶν Ἰσάϰου υἱῶν, Ἡσαῦ & Ἰαϰώβου, & γενέσεως αὐτῶν & διατροφῆς.
ιθ'. Ἰαϰὼβ φυγὴ εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, διὰ [s] τ ἐϰ παιδελφ φόβον· [t] & ὡς γήμας ἐϰεῖ, & δώδεϰα γενομένους παῖδας, πάλιν εἰς τὴν Χαναναίαν ἐπανῆλθεν.
ϰ'. Ὡς Ἰσαϰ τελευτήσας ἐτάφη ἐν Χεβρωνι.

a Ita *Samb.* τῷ πρώτῳ λόγῳ *Vat. Bas. G.*
b Ita *Samb.* nulla hisce litera numerali affixa, sed sequentibus ad hunc modum, α'. Η Ϝ κόσμ ——. β'. Περὶ γῆϛ ——. & sic deinceps, ut proœmio non numerato capita sint duntaxat XIX. In *Edit. Bas.* & *G.* τὴν αἰτίαν τ συγγραφῆς ϰὴ τ σκόπον αὐτῆς ἔδειξεν.
c Ita *Samb.* Τίς ἡ *Vat. Bas. G.*
d Sic in *Samb.* & *Vat.* in *aliis* ἡ διάτ.
e Ita *Samb.* Ϝ non agnoscunt *alii.*
f Ita *Samb.* & *Vat.* Ϝ αὐτῷ *alii.*
g Νῶε *Samb. Vat.* & LXX. Νῶχος *Bas. G.*
h Ita *Samb.* & *Vat.* ἐν deest in *aliis.*
i Ex *Samb.* & *Vat.* Σιναὲ B. G. & LXX.
k Ita *Samb.* & *Bas.* περὶ Ϝ πύργου Βαβυλῶνος, ϰὴ ἀλλοφωνίας τ ἀνθρώπων *Vat. G.*
l Κατῴϰησαν *Vat.*
m Ὡς τ ἰθνῶν *Vat.*
n Ita *Samb.* Πῶς Ἀβραὰμ *Vat.* Ὡς Ἀβραμος *alii.*
o Aspirate in *Cod. Samb.* & in LXX. *Interpretum* Editione *Grabiana.*
p Ita *Samb.* & *Vat.* Η τ Σοδομιτῶν ἀσεβοῦς, Ἀσσυρίων αὐτοῖς ἐπιστρατευσάντων *Bas. G.*
q Sic *Samb. Vat. alii.* Χετούρας juxta LXX. *Interpr.*
r Ex *Samb.* refinxi. τὸ Τρωγλοδυτῶν γένος ἐγένετο *alii.*
s Ita *Samb.* τ παιδιᾶς *Vat. Bas. G.*
t Sequentia adjeci ex *Samb.* & *Vat.*

[a]ΦΛ. [b]ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
[c]ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον [d] ἐτῶν ,γωλγ'.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER PRIMUS:

Qui continet tempus annorum MMM. DCCC. XXXIII.

---

[c]ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΟΙΣ πὰς ἱσορίας συγγράφειν βυλομένοις ἀ μίαν, ἀδὲ τὴν αὐτὴν ὁρῶ τ ἀσυδῆς γινομένην αἰτίαν· ἀλλὰ πολλὰς, κ) πλείσον ἀλλήλων διαφερύσας. τινες μὲν γὰ, ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, κ) τὴν ἀπ' αὐτῆς ἠρώμενοι δόξαν, ἐπὶ τῆς τ παιδείας τὸ μέρ@ ὁρμῶσιν· ἄλλοι ἢ, χάριν ἐκείνοις φέροντες ἃ ἐν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκε, τ [f] εἰς αὐτὴν πόνον Ⓒ ἀδὲ δύναμιν ὑπείσηνεν· εἰσὶ ἢ οἵτινες ἐδιάδηναν ὑπ' ε αὐτῆς τ πραγμάτων τ ἀνάγκης, οἷς πραττομένοις παρέτυχον, ταῦτα γραφῇ δηλώσῃ πλείονα ὀφείλειν· πολλὰς ἢ Ⓒ ἀρχαίων μέγεθ@ πραγμάτων, ἐν ἀγνοίᾳ κρυπτομένων, πρύτρεψε τὴν πρὸς αὐτῶν ἱσορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν. τύτων δὴ τ προειρημένων αἰτιῶν αἱ πλείονται δύο καιροὶ συμβεβήκασι. τ μὲν γὰ πρὸς τὰς Ρωμαίους πόλεμον ἡμῖν τοῖς Ιουδαίοις γενόμενον, Ⓒ τὰς ἐν αὐτῷ πράξεις, κ) τὸ τέλ@ οἷον εἶπεν, πεῖρα μαθὼν, ἐδιάθην ἀναγκάσαν, ἀφ' τὰς ἐν τῷ γράφειν [h] λυμαινομένας τὴν ἀλήθειαν.

β'. Ταύτην ἢ τὴν ἐνεστῶσαν [i] ἐγχειρίσιμον πραγματείαν, νομίζων ἅπασι [k] φανεῖσθ τοῖς [l] Ελλησιν ἀξίαν σπυδῆς. μέλλ γὰ πρείζειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀρχαιολογίαν, κ) τὴν διάταξιν ἔ πολιτεύματ@ ἐκ τ Εβραϊκῶν [m] μεθηρμηνευομένην γραμμάτων. ἤδη μὲν ὖν Ⓒ πρότερον [n] διενοήθην, ὅτε τ πόλεμον συνέγραφον, δηλῶσαι· τινες ὄντες [o] ἐξ ἀρχῆς οἱ Ιουδαῖοι, κ) πῶς χρησάμενοι τύχαις, ὑφ' οἵων τε παιδευθέντες νομοθετῶν τὰ πρὸς [p] θεοσέβειαν Ⓒ τὴν ἄλλην ἄσκησιν ἀρετῆς· πόσως τε πο-

PROOEMIUM.

AD scribendas historias qui se conferunt, eos non unam nec eandem studii sui causam rationemque habere video: sed plures, easque plurimum inter se differentes. Quidam enim, ut eloquentiam ostentent, gloriamque ex ea captent, ad hoc disciplinæ genus feruntur: alii vero, ut illis gratificentur, de quibus scriptionem institutam esse contigit, plus in ea laboris, quam vel ferre valuere, susceperunt: sunt quos ipsa rerum necessitas adduxit, ut quibus gerendis interfuerant, eas scripto complectentes memoriæ proderent: multos etiam magnitudo rerum utilium, in obscuro latentium, perpulit, ut narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex his jam dictis causis postremæ duæ mihi obtigerunt. Bellum enim, quod nos Judæi cum Romanis habuimus, ac res eo gestas, ac quem eventum nactæ sunt, experientia cognoscens, edisserere coactus sum, ut eos revincerem, qui scriptis suis veritatem depravarunt. *Historicorum scopus non unus.*

2. Præsens vero opus aggressus sum, ratus Græcis omnibus visum iri industria dignum. Comprehendet enim universam nostram Antiquitatem, & reipublicæ constitutionem, ex Hebraïcis literis translatam. Cogitaveram equidem & ante, jam tum quum *Historiam Belli* scriberem, docere; qui à prima origine Judæi, quam varia fortuna usi, & sub quali Legislatore ad cultum Dei cæteraque virtutes instituti, quibusque bellis per tot sæcula gestis, inviti ad *Antea Bellum; nunc Origines patrias scribit Josephus.*

po-

---

a Φλ.] *Nonnullis* Φλαβίῳ, *aliis* Φλαυίῳ dicitur. prænomine hoc accepto, quod aliis quoque solenne fuit, à *Flavio Vespasiano*, qui civitatem ei concesserat. Vide *Testimonia*. p. 10. & 14.

b Ιωσήπου] Ιωσήπυ scribitur, ut & Ιώσιππ@ & Ιώσιπ@ &c.

c Βίβλιον Πρῶτον.] Ita *Big. Samb.* & *Cas.* λόγ@ πρῶτ@ *Bas.* & *G.*

d Ετῶν ,γωλγ'.] Sic *Big.* & *Gall.* 1. aliis ,αωλγ'. ωλγ & ,γμ. Reponit *Is. Voss.* ,γψλγ'. *E. Bernardus* ,χλγ'. In *Codd. latinis* versionis *Epiphanii*, MMMCCXLVI. MMMCCLVI MMDCCCCLXII. & MMXXXII. Tanta in *numeris*, ex scribarum incuria, reperitur diversitas. in Editione *E. Bernardi* numerus nihil ab *Hudsi.* abit, sed in Notis insuper adnotatur *Hen.* & *Busb.* locum efferre Chiliadibus erasis.

e Προοίμιον.] Προοίμιον ἐδὲ τ ὅλης πραγματείας *Samb.* ad Marg. Προοίμιον τὴν αἰτίαν τ συγγρα?ῆς, κ σκοπὸν αὐτῆς ἐδείκνυ. Κεφ. α'. *Bas. G.* Absunt illa codd, *Hen* & *Big.* Bern.

f Εἰς αὐτὸ.] Εἰς ταύτην *Cas.* εἰς τ' αὐτὸ *Samb.* Bern.

g Αὐτῆς τ πραγμάτων τ ἀναγκης,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* τ τ πρ. ἀναγκης *Bas.* & *G.* αὐτῶν τ πρ. ἀναγκης *Hen.*

h Λυμαινομένας τὴν ἀλήθειαν.] Λυμ. τῇ ἀληθείᾳ *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* phrasi proba atque Attica. *Bern.* ut constat ex *Suida*, v. λυμαινόμενος.

i. Εγχειρίσιμον] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* προγχειρίσιμον *Samb. Vat.* & *Cas.* (addit *Bern.* & Cod. quidam *Ital.* haud male) ἐνεχειρίσθη *Bas.* & *G.*

k Φανεῖσθ] Φανεῖσαν *Vat.*

l Ελλησιν] Forsan voce Ελλησι Ethnici omnes, non Græci soli sunt intelligendi.

m Μεθηρμηνευομένην] *Al.* μεθερμηνευομένην. scil. *Big. Samb.* & *Cas.* ut notavit *Bern.* prout editum est, aliter vero ut in N. *Hen. Bas. G.*

n Διενοήθην] Διενόουν *Hen. Vat.* διενόουν.

o Εξ ἀρχῆς] Abest à *Vat.*

p Θεοσέβειαν] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* θεοσέβειαν *alii.* scil. *Samb. Bas. G.* Bern. Ibid. κ) ἄλλην τ ἀρετῆς ἄσκησιν *Hen.*

postremum contra Romanos bellum sint pertracti. Sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud in opere ei proprie dicato exorsus usque ad finem suum perduxi. Procedente dein tempore, sicut usu venit iis qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac segnities mihi incessit, tantam materiam in alienam & peregrinam linguam traducturo. sed fuerunt qui historiæ desiderio ad opus me adhortabantur, & præ cunctis Epaphroditus, vir cum omnis generis disciplinarum; tum vero rerum gestarum notitiæ in primis avidus; ut qui ipse, in maximis negotiis & variis fortunæ casibus versatus, in omnibus eximiam naturæ indolem, studiumque veritatis inconcussum præ se tulisset. Huic igitur morem gerens, assiduo cunctorum utile aliquid & honestum molientium fautori, pudefactusque videri ignaviam speciosissimo labori anteponere, vires animumque recepi. Accedit quod & illud mecum etiam atque etiam reputaveram, quod majores olim nostri exteris sua benigne communicare voluerint, & Græcorum nonnulli res nostras cognoscendi studio flagrarint.

Epaphroditus Neronis libertus, & herus Epicteti.

3. Comperiebam utique quod Ptolemæorum secundus, rex maxime disciplinis libriſque collegendis deditus, magnopere contenderit Legem nostram reique publicæ ex ea constitutionem in Græcum sermonem transferri; quodque Eleazarus, qui virtute non inferior erat quam quisquam nostrorum Pontificum, hanc Regi isti non inviderit utilitatem: reclamaturus omnino, nisi mos patrius nobis exstitisset, res bonas & honestas celare neminem. Proinde & mihimet convenire putavi, ut & Pontificis nostri imitarer magnanimitatem, & hodie quoque permultos discendi cupiditate Regis illius similes esse existimarem. Neque enim totam Scripturam accipere illi contigit, sed Legem solam ei tradiderunt, qui ad eam interpretandam missi fuerant Alexandriam. Sunt autem innumera Sacris literis prodita, ut quæ quinque millium annorum historiam in se complectantur; & diversi quidem in his inopinati casus, varia belli fortuna, multa Imperatorum præclara facinora, multæque Rerumpublicarum mutationes. In universum autem ex hac potissimum historia legentibus licet cognoscere, quod his qui Dei

Legis Moysaicæ versio Græca Ptolemæo exposcente.

Eleazarus P. M. & justi illius Simonis fil.

An. 5000. historiam amplectuntur Biblia Hebraïca.

γ'. Ἐπισὰς οὖν ὁ Θεὸς αὐτῷ, καὶ δὶς ὀνόμασι καλέσας, πυνθανομένῳ [i] τίς ἐστιν, "ἀλλ' ὅ δίκαιον, εἶπεν, "Ἰακώβῳ Θεὸν ἀγνοεῖσθαι, τὸν ἀεὶ παραστάτην καὶ βοη-"θὸν προγόνοις τε τοῖς σοῖς, καὶ μετ' αὐτοὺς σοὶ γενό-"μενον. σκεπάσαντί τε γὰρ σοὶ τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ πατρὸς "[k] παύσειν ἐγὼ παρέσχον. καὶ κατ' ἐμὲ εὔνοιαν εἰς "τὴν Μεσοποταμίαν μόνου στελεῖς, γάμων τε ἀγαθῶν "ἔτυχες, καὶ παίδων ἐπιγόμενον πλῆθος καὶ χρημά-"των ἐνόησας. [l] παρέμεινέ τε σοὶ γνεαὶ πᾶσι προγονίᾳ "τῇ ἐμῇ, καὶ ὃν ἀπολωλέναι τὸν ἐκ σῶν ἐδώκεις Ἰωσήπον, "τοῦτον εἰς ἀπόλαυσιν μειζόνων ἀγαθῶν ἤγαγον, καὶ "τὸν Αἰγύπτιον κύριον, ὡς· [m] ὀλίγῳ διαφέρειν τοῦ βασι-"λέως, ἐποίησα. [n] ἥκω τε νῦν οὐδὲ τὰ τούτου ἡγεμὼν "ἐσόμενος, καὶ βίου [o] σοὶ τελευτὴν ἐν τοῖς Ἰωσήπου "χερσὶ γνησομένην [p] προδηλῶν, καὶ μακρὸν αἰῶνα τὸν "σὸν σκήπτρων ἐν ἡγεμονίᾳ καὶ δόξῃ καταγγέλλων, κα-"ταστήσων τε αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν ἣν [q] ὑπέσχημαι.

δ'. Τούτῳ θαρσήσας τῷ ὀνείρατι, προθυμότερον εἰς τὴν Αἴγυπτον σὺν τοῖς υἱοῖς [r] καὶ πᾶσι τοῖς τούτων ἀπηλλάττετο. ἦσαν δ' οἱ πάντες [s] ἑβδομήκοντα. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα δηλῶσαι τούτων οὐκ ἐδοκίμαζον, καὶ μάλιστα

ne propter ubertatem Ægypti, dum filii iſtius regionis habitandæ amore tenerentur, ſoboles eorum non rediret in Chananæam, occupatura eam juxta promiſſa Dei; ſimul etiam, ne inconſulto Deo migratione in Ægyptum facta, genus ipſius clade aliqua multaretur; præterea autem veritus ne prius è vita excederet, quam in Joſephi conſpectum veniret, in ſomnium delabitur hæc ſecum in animo revolvens.

3. At Deus ei *in ſomnio* ſuperveniens, ipſumque bis nomine appellans, interroganti quiſnam "eſſet, ait, "haud fas eſt ut Jacobus ignoraret "Deum, qui majoribus tuis & poſt hos etiam "tibi perpetuo adjumento fuit & auxilio. Cum "enim & patri in animo fuiſſet te principatu "privare, hunc ego tibi conſervavi. & cum, me "tibi favente, ſolus in Meſopotamiam profectus "eſſes, & bonas feciſti nuptias, & reverſus es li-"beris multis & facultatibus auctus; meaque pro-"videntia tibi incolumis permanſit tota tua pro-"genies; & Joſephum, quem ex filiis amiſiſſe vi-"debaris, ad majorem felicitatem perduxi, & Æ-"gypti dominum, ut paululum à Rege differat, "conſtitui. Nunc quoque venio, & viæ hujus "dux tibi futurus, & tibi prænuncians inter ma-"nus Joſephi te è vita exiturum, atque ſtirpem "tuam per multa ſæcula potentem fore ſimul & "illuſtrem indicans, eamque in iſtam terram me "deducturum eſſe, quam *tibi* pollicitus ſum. *Reſponſum Divinum.*

4. Hoc ſomnio fretus eo libentius in Ægyptum conceſſit, cum filiis & omnibus eorum *liberis*. Erant autem in univerſum ſeptuaginta. Et quidem nomina illorum, maximeque propter eorundem difficultatem, *ſemel* mihi viſum eſt non re- *Recenſentur Jacobi filii* LXX. *ſuis nominibus ex Gen. c.* 46.

[f] Τὴν ἐν Αἰγύπτῳ,] Τῶν ἐν Αἰγ. *Vat.*

[g] Ἀφοδὸς] Καθόδου *Vat.*

[h] Σκέφων ἐν ἑαυτῷ] Ita in *MSS.* male in *Editis* σκέψασθαι ἐν ἑαυτῷ.

[i] Τίς ἐστιν,] Pro Moſaico הגני c. 46. 2. BERN. Sic *Caſ. Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* τί ἐστι *Big. Samb. Vat.* & LXX.

[k] Παύσειν ἐγὼ παρέσχον.] Ita *MSS.* ἐγὼ παρέσχον abſque παύσειν in *Editis.*

[l] Παρέμεινέ τε σοὶ] Sic *Samb.* & *Vat.* παρέμεινέ τε σε in *cæteris.*

[m] Ὀλίγῳ διαφέρειν] Ὀλίγον *Vat.*

[n] Ἥκω τε νῦν] Perperam in *Editis* ἴκω.

[o] Σοὶ τελευτὴν] Σὲ *Samb. Caſ.* & *Vet. Interpr.* non male.

[p] Προδηλῶν,] Προλυπῶν *Vat.*

[q] Ὑπέσχημαι.] Ita in *MSS.* ὑπέσχηκα in *Editis.*

[r] Καὶ πᾶσι] Scribis omnibus Græcis Latiniſque probata lectio. Atqui vero καὶ παισὶ τοῖς τούτων, quod eſt *nepotibuſque* ſive ובני בניו Moyſis c. 46. 6. non inſcite ſubſtituerunt modo Typographi *Baſ.* & *Gen. Busb.* & *Hen.* denique pro ſolita aſtutia, σὺν τοῖς μετ' αὐτόν. BERN. Sic in pleriſque *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ παισὶ τοῖς τούτων *nepotibuſque* in *Editis.* σὺν τοῖς μετ' αὐτὸν *Hen.* & *Busb.* pro ſolita aſtutia.

[s] Ἑβδομήκοντα.] Numerum illum exhibent ἀνάγραφα ſane omnia Joſephi cum heic tum c. 9. ſect. 3. necnon ejus exſcriptores P. Comeſtor, Epitomator *Cant.* aliique. Niſi quod in Annalibus Zonaræ legitur excuſum ἦσαν ὃ ἑβδομήκοντα πέντε, pro Joſephi illo ἦσαν δ' οἱ πάντες ἑβδομήκοντα, ſive ἦσαν δ' ὁ. πάντες. Vel ſecutus eſt ille Doctorum Alexandrinorum computum. Illos enim Judæos ad v. 20. c. 46. Gen. unde LXXV. evaderent animæ, contra exemplaria omnia Hebraica, aut paraphraſes, & commentaria tam Judæorum quam Samaritarum, contra Epiphanium in hæreſium ſumma Arcula, contra Hieronymum, contra Eutychium Patriarcham, genteſque totas Chriſtianorum Syrorum Arabumque, contra Joſephum Judaicarum originum ſcientiſſimum, contra Ezechielum in Tragœdia patria, ubi canit Ἀφ' ὅ δ' Ἰακὼβ γλῶ λιπὼν χαναναίαν Κατῆλθ' ἐς αἴγυπτον ἔχων ἑπτάκις δέκα Ψυχὰς σὺν αὐτῷ: nepotes quinque Joſephi aſſeruiſſe familiæ hiſce verbis, ἐγένοντο δὲ υἱοὶ μανασσῆ, ὃς ἔτεκεν αὐτῷ παλλακὴ ἡ σύρα [τ] μαχεὶρ. μαχεὶρ δὲ ἐγέννησε τὸν γαλαάδ. υἱοὶ δὲ ἐφραὶμ ἀδελφῆ μανασσῆ, σουταλαὰμ καὶ ταὰμ. υἱοὶ δὲ σουταλαὰμ ἴδαμ, ex editione Romana & verſione quadam S. Hieronymi quam ſubjiciam; ſed potius ἰδὶμ juxta exemplar Alexandrinum cæteraque tam impreſſorum quam ſcriptorum, qui & Græcis & Samaritis vocatur ἰδὶν Num. c. 26. v. 36. vice Judaici *Heran* עָרָן, ut ſæpiſſime accidit. Ex tralatione vetere Italica, quam S. Ambroſius ſequi amat, *Fuerunt autem filii Manaſſe, quos peperit de concubina Syra, Machir. Machir autem genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manaſſe, Sutalaam & Taam. Filii autem Sutalaam, Edem.* Vel ut S. Hieronymus de Græco reddidit, *Facti ſunt autem filii Manaſſe, quos genuit ei concubina Syra. Machir: & Machir genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manaſſe, Suthalaam & Thaam. Filii vero Suthalaam, Edom.* Quin & Philo meminit horum pronepotum in Onomaſtico ſuo ſacro ad librum Geneſis, atque etiam ὧδε τὸ προπαιδευμάτιον, p. 430. ἐπιλανθανομένῳ ὃ (nam Manaſſe ἐν λήθῃ interpretatur ille Doctor) παλλακὴ ἀνάμνησις σύρα δὲ ᾠδή, ἀλαζὼν καὶ ὑπέραυχον. συρία γὰρ ἐρημώδης μετεωρία. τὸ δὲ παλλακὶδι ταύτης ἀναμφισβήτως ἴσον ὡς μαχεὶρ, ὡς ἐβραῖοι καλοῦσιν· ὡς ἴδιλεις, πατρὸς, lego πρωτοτόκου; tantum enim מבכיר denotat. Mox Philo: λέγει δὲ, ἐγένοντο υἱοὶ μανασσῆ, ὃς ἔτεκεν αὐτῷ ἡ παλλακὴ σύρα, τὸν μαχεὶρ· μαχεὶρ δὲ ἐγέννησε τὸν γαλαάδ. Iſtius etiam ævi Scriptor feliciſſimus ac Divinus Lucas Apoſtolicorum Actuum c. 7. aſſerit nomine Stephani Helleniſtæ totum genus Iſraeliticum, Joſepho olim invitante, εἰς ψυχαὶς οε'. deſcendiſſe in Ægyptum. Hunc præclarum medicum Philoni adjunxi, ne diutius exiſtimarent viri docti, propter auctoritatem ejus vim feciſſe ſciolos Chriſtianos verſioni Doctorum Alexandrinorum cum Gen. c. 46. 27. tum Exodi verſu quinto, ubi omnia penitus exemplaria Græca pleno numero exhibent animas ἑβδομήκοντα πέντε: plurima etiam multo Deut. c. 10. 22. tantidem adnotant, licet apud me plus valeat auctoritas codicis Vaticani, & ipſius Hieronymi in Quæſt. H. *Hanc rem*, ſic ait, *ne videamur adverſum Scripturæ auctoritatem loqui, etiam* LXX. *Interpretes in Deuteronomio tranſtulerunt, quod in* LXX. animabus ingreſſus eſt Jacob in Ægyptum. Attamen illum profecto Deuteronomii locum reſpexit Sanctiſſimus Diacouus, בשבעים נפש ירדו, εἰς οε'. ψυχαὶς κατέβησαν οἱ πατέρες σε εἰς αἴγυπτον, Apologiæ ſuæ verſubus 14, 15, quos nunc non repetam. Quam etiam certiſſimus eſſet de hac lectione & ſecurus S. Chryſoſtomus Hom. ſuarum 65. ad Gen. nos docet: καὶ Ἰωσὴφ μὲν τὰ ἡδέα αὐτῷ τὰ γλυκέα αὐτῷ ἅπαντα ἐτύγχανεν ὤν· ὡς εἶναι μὲν καὶ Ἰωσὴφ τὰς πάσας ψυχὰς, οε'. τίνες ἔτεκεν τὸ ἀριθμὸν ἡμῖν μὴ ἀκριβείας ἐπεσημήνατο ἡ θεία γραφή; Dein, λοιπὸν γὰρ τούτων τὸ οε'. ψυχῶν εἰς ἑξακοσίας χιλιάδας ἐξετάθη καὶ γὰρ τὸ ἰσραὴλ. Eundem numerum & ponit, & ex commentariis Origenis ad Exodum myſticum eſſe affirmat S. Ambroſius. Ante hos vero Clemens Theologus Alexandrinus non ſolum ſic ſupputaſſe LXX. Interpretes contendit, ſed & cauſam illam præbuiſſe Hiſtoricis Græcis, qui totidem numero gentes ac dialectos per orbem terrarum perferre exiſtimarent. διάφορον δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὸ ἰσοριθμῶν, καὶ ἴθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι. ἐπακούσαιμι δ' φησὶν μωσέως· λεγούσης, (Exodi ab initio) ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, αἱ εἰς αἴγυπτον κατελθοῦσαι. φασὶν δὲ εἶναι καὶ τὴν τ' ἀληθῆ λόγον αἱ ἑβδομάδες Ἀλεξικοῖ, οβ'. ὡς αἱ ἀμίτεραι διδάσκουσι γραφαί. αἱ δὲ ἄλλαι αἱ πολλαὶ, ἐπὶ καινοτέραν Ἀλεξάνδρειαν δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ πλείονας γίνονται). Habes igitur c. 46. Gen. inſignem & antiquiſſimum diſſenſum Bibliorum Græcorum & Hebraicorum: ſive LXXII. Interpretes Alexandrini in membranis Eleazari ita ſcriptum legerant, ſive ex Paralip. priore, ubi duntaxat in Hebraico volumine notatur concubina Syra, atque maxime ex Num. c 26. ſua ſponte transformarant, & effinxerant. Hæc enim alieniora ſunt quam pia

recenſere. Ut tamen eos redarguam, qui nos non ἀφὸ τὸν δυσκολίαν αὐτῶν. ἵνα μέντοι φθάσω τοῖς ἀλ-

ars Conciliatorum quaquam componet. Septuaginta deinde Iſraelitarum numerum, aut ſuper illos adhuc quinque ex Geneſeos c. 46. varii varie colligunt. Nos Joſephum prememus, qui antiquo illo ac ſanctiſſimo genere fretus ſuper ſtemmata Romana ſeſe altum efferebat.

Filii			
4 Rubeli	5.	1 Dani	2.
6 Symeonis	7.	4 Nephthalimi	5.
3 Levi	4.	*De Bala adeo*	7. ζ'.
3 & 2 Judæ	6.		47.
4 Iſſacharis	5.		54. νδ'.
3 Zabulonis	4.		
Lia mater	1.	7 Gadis	8.
Dina Filia	1.	6 & 1 Aſeri	8.
Cum ſuis Lia	33. λγ'.	*Ita Zelpha orti.*	16. ις'.
2 Joſephi	3.		54.
10 Benjamini	11.		
Nati ex Rachela	14. ιδ'.	Capita itaque	70. ο'.
	33.	colliguntur	
	47. μζ.	cenſu iſto,	

præter Jacobum auctorem generis. Tantidem ante bis mille annos aſſeruiſſe videtur S. Moyſes ſtatim verſu quinto Exodi, ויהי כל נפש יצאי ירך יעקב שבעים נפש : Iſraelem hinc excludi verum eſt & neceſſarium, comprehendi vero catachreſi quadam Liam veriſimile; nam Gen. c. 49. 31. quatenus nos ſinit dubitare. Concilient deinceps alii ſuo ſtudio c. 46. Geneſeos verſiculum 15. cum 26. ſi matrem ſuſtulerint, ut conſtet domus Liæ capitibus XXXIII. vel ſi hanc referant in cenſum, ne redarguatur illico numerus LXVI. commate 26. à Moyſe compoſitus. S. Hieronymus, Salianus, Uſſerius, aliique Doctores leviter hoc prætereunt. Rabbini audent vel illudentes *Par.* 84. *Breſit rabba*, Moyſis parentem inducere; alia Jacobum bis ſcribere in Catalogo. Auguſtini etiam ſententiam, quæ Jacobi deſcenſum ad vitam ejus ultimam, aut porro ad obitum Joſephi extendit, obtinere hodieque apud Theologos video, manifeſta Moyſis injuria. Colo equidem ſapientiam ſobriam, atque hinc pergo ſponte ad nomina Iſraelitica.

1. Pro Reubeno principe Iſraelitarum Joſephus perpetuo ſcribit ῥουβηλ, atque forma tribuaria ῥουβηλίς. Similiter رءوبيل? & ρηουβιλ plerique omnes Chriſtiani, qui Syre intelligunt aut Arabice. Etymon etiam accedit, quod Sanctiſſimus Moyſes dederat Gen. c. 29. 32. כי ראה יהוה בעניי: aut preſſius adhuc explicando ראה בי אל, *memet Deus reſpexit, me propitius.* ῥουβὼ vero ac ῥουβὶν, ראובין, Philoni interpreti εἰφυῆ, *filium perſpicacem* denotat. Auxit equidem ראובן *Reuben*, *Ruben*, vel *Rauben* nomen Iſraelicum quatuor nepotibus.

2. *Enoch* חנוך, Græcis ἐνὼχ, Samaritis & Arabibus حنوك. Philoni ἐνὼχ, ἐγκαινισμός. Epiphanii Scholaſt. exemplaribus editis *Henoch*, ineditis *Enoch*: ita & Euſtathio Antiochiæ. Joſephi codices ſervant ἀνὼχης.

3. Fratrem hujus פלוא, فلوا, φαλὲ, & *Phallu* Critici ſacri pene omnes ita appellitant, Judæi, Samaritæ, quotquot nationum Chriſtiani, Euſebius, Ambroſius, Hieronymus, cæteri. Habuit & φαλὲ, Σαμαρεὺς, Etymologicum ſacrum Judæorum Alexandr. Quapropter plerorumque exemplarium Græcorum φαλὲς Exodi c. 6. & initio Annalium, & paucorum ad Geneſin, ſicut φαλὲς Vaticani, φαλὲλ Alexandrini codicis & aliorum, φαλὲχ & *Phalla* in membranis Hieronymi, vix pura exiſtimabis. Ad Joſephum tamen *Phalus* legunt *Frob.* & *Col. Phaluch W.* 1. *Vig. Bal. Goul. Bodl. & Exc. vetera. Phalech. Voſſ.* 1. *Mert. L. Star. V. & W.* 2. Pro his facit φαλὲς Euſtathii & φάλης *Baſ.* atque *Gen*: illis quidem favet φαλὲς *Big. Samb* & *Caſ.*[1] quorum auctoritate magis ducimur.

4. Proximus vocatur Hieronymo *Heſron* ex Hebraico חצרון, quod Samaritis & Arabibus حصرون *Haſron*. Idem B. Lucæ, interpreti S. Matthæi, Philoni, & aliquot exemplaribus Τ ο'. ἐσρὼμ. In codice antiquo Bezæ ad tertium Evangeliſtam ἀσρὼμ, *Aſron*; pariterque ἀσρὼν in MSS. Vaticano & Alexandrino, & editionibus Aldina Complutenſique apud Geneſin & Exodum. *Aſron* etiam habet S. Ambroſius, & omnia Græcorum ἀνέγγραφα ad Num. c. 16 ἀσρὼμ eadem ad initium Paralip. S. præter ἐσρὼν codicis Alexandrini Imo Judæ Nepos frequentius in V. T. ἐσρὼν aut potius *Eſron* adſcribitur. Ad Matthæum Hieronymus *Eſrom* reddidit poſt Originem *ſagittam videns* vel *atrium eorum*, alius τεῖχον αὐλῶνος. Legimus inſuper ἀσρὼμ apud Euſtathium in Archivo Pembrociano. In libris Epiphanii ſcriptis perpetuo *Eſrom* aut *Eſron*. Sed *Frob.* & *Col.* excuderunt contra morem veterem *Ezron* hoc loco, & mox inter filios Phares *Hezron*. Verum Phareſidarum alterum *Baſ.* & *Gen.* typo tam Græcis quam Hebræis notiſſimo ἔσρων ſcribunt, ſed tres veteres libri ἐσρὼν : quin hic Rubeli filius ἀσσάρων vocatur *Samb* & *Caſ.* ἐσσάρων *Big* & Typothetis. Cæterum חצרון utrobique ſcripſerat Moyſes quatuor aut quinque literis, quod Joſephus ſacerdos hic *Aſſeron*, illic enunciabat *Eſron*: qui vel inde accepit, vel obtulit nomen urbi Judaicæ ἱερῶν, quæ & ἀτὼρ in hiſtoria Joſuæ ducis.

5. Ultimus Rubelitarum Samaritis كرمي *Carami*, cæteris χαρμὶ vocatur ex conſenſu. Ita Epiphanii etiam exemplaria: Græca autem cuncta Joſephi χάρμιος, ex quo Boſius retraxit χαρμὶς & χαρμιῶν. Impune tamen ſcribere potes χαρμίας. Philo interpretatur χαρμὶ, ἡ ἀκριλὼν μου.

6. Ex Symeone, (quem σεμεῶνα vocant Editores Joſephi, & MS. Vaticanum ad 1. Paral. c. 4. Samaritæ سمعان *Symeam*, alii σιμεῶνα) procreati ſunt liberi ſex. Quorum primus.

7. *Jamuel* appellatur Philologis Samaritarum in duobus prioribus libris Moyſis, nec non B. Hieronymo, & Epiphanio Scholaſtico, ἰεμουὴλ Euſtathio MS. & Interpretibus LXX. & Philoni, & in Chronicis S. *Jemuel* etiam S. Ambroſio ipſiſque Judæis ab Hebraico ימואל, pro quo alibi voluminis Moſaici ſcribitur נמואל, ναμουὴλ, ut *Iota* Chaldæorum tranſire ſolet in *Nun*; quamvis & Samaritæ نموال *Namuel* agnoſcant Num. c. 26. Imo frequenter leginus in Optimis libris ejuſmodi paranomaſias: & quidem paulo præceſſerat in eo capite Eliabi filius *Namuel*. Hinc Hieronymus in Traditionibus, ubi vehementer Judaizat, *Mutantur vero nomina quædam ſuis rationibus. In Geneſi ſcribitur* Jemuel, mare Dei: *in Paralipomenis* Namuel, loquens cum Deo. Joſephi codices Græci, quotquot vidimus, ἰωμουὴλ & ἰαμουὴλ referunt, unde Schotanus fecit ἰαμὴηλ, Buriuſque ἰαμοὺὴλ. Typographis denique noſtris obtuli ἰαμὴηλ.

8. *Jamin*, ימין, ἰαμὶν, Joſepho ἰάμειν, vel ἰάμιν juxta codd. *Big.* & *Samb.* felix nomen nobiſque parum moleſtum; nimirum de accentu alii litigent.

9. Quid vero faciemus cum nomine אחר aut אהר, quod pronuntiarant olim Judæi Alexandrini & Hieroſolymitani tempore Hieronymi cum *He* media, *Ahod* i. e. *inclytus*, ſive ἀὼδ & ἀὼθ, ut Græci poſſunt. Maſorethæ vero hinc aliquot ſeculis *Ohad*: Syrus Waltoni Judæique mixobarbari *Ahad* اهد. Laudinorum codicum alter in Geneſi habet اهوث & ſuper verſum ἰαὼθ, alter اهود ibidem: ſed ad Exodi c. 6. ambo conveniunt in *Ahad* اهاد. Samaritæ ſcribunt id *pominis* cum *Cheth* media, & pronuntiant *Achad* احد, ſicut MSS. Morini & Huntingdoni atteſtantur ad Geneſin & Exodum, ſed & Paraphraſes Samaritiçæ & Arabicæ contra textum Londinenſem. *Ochad* אחר etiam legitur apud Jonathanem. Deſiderabis omnino illud nomen in ſtemmate Symeonis juxta utrumque codicem Hebraicum Num. c. 26. 12. adeoque in verſione LXXII. Omiſit etiam *Abodum* Chronicorum S. Scriptor, qui deduxit genus Hebræum ſecundum ordinem tribuum à Moyſe obſervatum capite illo Numerorum. Unde conſtat ab aliquot millibus annorum illum hominem in Cenſualibus ſacris haud comparuiſſe. Joſephus autem vix ſervavit eum ex libro *Breſit*; nam pro אהר ἀνέγγραφα Græca exhibent πάθοδ, Epiphaniana *Aoth* & *Haoth*, præter *Aboth Goul.* & *Mert.* Sed *Frob.* & *Col.* in nominibus propriis S. Hieronymum potius ſequuntur quam Epiphanium Scholaſticum. Monſtrum itaque nominis πάθοδ Clariſſ. Boſius feliciter emendavit, qua adeo forma nunc excuditur. Scripſit enim Joſephus ὰοδ, ὰαὸ, ἀαὸ, aut ὰοθ. Rabbinicum autem eſt, quod memorat Hieronymus in Paralip. *Ex filiis Symeon ſextus tollitur, eo quod nulla progenies de illo proceſſit.*

10. Ex Hebraico יכין *Jachin* ſeu ἰαχὶν Mattathiades deflexit ἰαχὶ teſte *Big.* Nam *Samb.* legit ἰαχλὶ : *Baſ.* cum *Gen.* ἰαχλὶ. Præterea יריב & ἰαρὶβ legitur pro eodem nomine, Paralip. priore, haud levi diſcrepantia. Hieronymus vero Rabbiniſmi avidus perperam confudit *Zara* cum *Jachin*, cum *Jarib* alium prorſus virum *Ohad*.

11. Simonidarum penultimus audit Gen. c. 46. צחר, Judæis *Sohar*, *Sachar* Syris; Samaritis tam Gen. quam Exodo per *He* צהר, صهر, *Sahar*, LXXII. σαὰρ, Ambroſio poſt illos *Saar*, tum Hieron. à Judæorum Doctoribus *Sohar*. Eundem appellant omnia Exempl. Num. c. 26. & 1. Par. c. 4. inſolita enallaxi צרח, *Zerach*, Hieron. *Zara*, LXXII. Int. ζαρὲ. & gentiliter ζαρὲι: niſi quod Octateuchum Oxon. ſervet etiam in Num. σαὰρ. Scribæ Epiphanii mire ludunt in hac voce. *Salier* ponunt *Voſſ.* 1. *Goul.* & *Weſt.* 2. *Salter Mert. Sager Bal. Saber, Exc. W.* 1. *Vig.* & *Bodl.* tanquam à σαὶτηρ, σαγὶρ, σάαρ, aut σάιρ, Joſephi exemplaria Græca plane conſentiunt in σάαρ.

12. Ea autem propago in *Saulum* deſinit natum ex Phœniſſa, quem cum *Zimri* confundit Paraphraſtes Jeroſolymitanus. Pro שאול aut σαὰλ vitioſe legitur in MS. Alexandrino σαμσὰλ, in Græcis Joſephi vulgatis σάαρος, & in libris non vulgatis ἐλσαφὸς. Reponimus huc vocem in Judaicis originibus tritam σαὰλ.

13. Tribus ſacræ Princeps in obliquo ſcribitur *Samb.* λαὶ, & aliquando λαεῖ: cæteris vero λεὶ. Idem Judæis ac Samaritis dicitur e producta *Levi* לֵוִי; LXXII. Interpr. λαεῖ.

14. Ab illo emicuit גרשון *Gerſon* γηρσὼν, ſeu גרשון ut Moyſes qui optime noverat, bis terque ſcripſit in Divino ſuo volumine. Veruntamen Auctor Chronicorum S. modo גרשון, modo retulit גרשום; pariterque interpretatur Hieronymus ex Philone de nominibus propriis Geneſis, *Gerſom*, *advena ibi*, vel *ejectio eorum*. γηδὼν frequens vitium imputabis Bibliorum Græ-

οὐχ ὑπολαμβάνουσιν ἡμᾶς ὁρμᾶσθαι ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, ἀλλ' ex Meſopotamia oriundos exiſtimant, ſed ex Ægypto,

Græcanicorum. Deinde apud Joſephum Typographi expreſſerunt γήλεως, pro γησεύμης codicum *Big. Samb.* & *Caſ.*

15. קהת Maſorethis *Ceath*; Samaritis, Græcis, Syris, Arabibus, Philoni, atque S. Hieronymo ab ore Judæorum, *Caath*: unde Joſephi κααθ, ut ille nimio opere Græciſſat.

16. De tertio Levita mora nobis exigua. Hic μεραεί, מררי appellatur in Sacris codd. & in illis Joſephi μεραιε ut *Caſ.* vult; aut μαραιε, ut reliqui. Optimus Boſius hanc hyperthefin emendat, ſcribitque μαραέε.

17. Nobiliſſimus *Judas*, vel, ſi Hebraice ſcribas יהורה, præter *Er* & *Onan* mala germina, quæ admonente Moyſe de hoc cenſu Joſephus merito abſcidit, tres filios aluit & nepotes duos.

18. Horum primus σάλας ex *Samb.* libro, aut juxta cæteros Joſephi σαλᾶς nuncupatur. Codices Epiphanii obtinent hic *Silom* & *Silon*, ex verſione τ'. Illi enim pro Hebraicis שלה שלני, *Sela Selani*, ſcribunt σηλὼμ aut σιλὼ, & de populari σίλωνι. Rabbini olim perſuaſerunt Hieronymo *Salam* hunc non alium fuiſſe quam שוכל 1. Paralip. c. 4. 1. contra c. 2. v. 3. ejuſdem libri.

19. Huic proximus פרץ, φαρὲς, cui nomen venit ἀπὸ φυγῆς, ut Philo docet. Quoniam φαρὶς jam oſtendunt libri Joſephi in recto, ſed colo ſequente φαρέτα *Big.* & φαρέσα cæteri omnes, nomen φάρισα Græco ritu etiam heic produxi.

20. Pro ſacro זרח, *Zara* ſeu ζαρᾶ, vides in impreſſis Joſephi ζάρας: ſed vero MSS. Græca ζαραδα legunt, ut ſupra χάρμα ex כרמי. Scripſit forſan Mattathiades ζάραδα: Epiphanii codices dant *Zare*, aut vitio auditus *Jare*.

21. Phareſſo natus eſt חצרון, ἑσρὼν ſapius; & aliquando ἑσρὼν & ἰσρὼμ in Bibliis Græcis. Inde *Eſron* & *Eſrom* in MSS. Epiphanii. ἑσρὼμ vidi in Euſtathii codice manuſcripto. Joſephi denique Editoribus ἴσρων, Scribis debes ἴσρωα; ita quidem *Big. Samb.* & *Caſ.*

22. Alter Phareſſida vocatur Joſepho ἄμυδα ex editionibus *Baſ.* & *Gen.* ſed ex MSS. *Caſ. Big.* & *Samb.* ἀμμὰδ: quod mire confirmant membranæ Epiphanii, quippe ubique vidimus earum *Amor* & *Ammor*. In cunctis equidem dialectis, ſacris profaniſque, facillime permutant ל & ר, propter ſimilem ſonum, dum audiuntur: atque porro apud Judæos characteres illi parvulo apice differunt. Legerat itaque Joſephus in ſuis Bibliis חמור pro חמול, aut potius Librarii Græcanici diu errarunt in ea voce pro ἄμυλα. Quinetiam חמול *Hamul* ſive ἀμιὴλ & χαμιὴλ, quod ab Hieronymo omnibuſque Rabbinis legitur in Moyſe, & in Chronicis, & in editione Complutenſi tranſlationis Græcæ ad Num. c. 26. & 1. Paralip. c. 2. & in editione Romana ad Numeros; videtur fuiſſe contractum ex חמואל & حموال ſ ναμαριήλ: quod Biblia Syriaca Græcaque magis ſequuntur. ἀμιὴλ enim habet Aldus ad 1. Paralip. c. 2. ἰαμιὴλ MS. Alexandr. Oxon. & Aldus ad Num. 26. *Jamuel* Hieronymus ex Philone. ἰεμιὴλ plerique codices LXXII. Interpr. & S. Ambroſius. Idcirco pro *Ere* & *Onane* meliora nomina, ſive in Ægypto, ſive maturius ea data fuerint, *Aſronem* & *Hamulum* referri in hunc cenſum ſapiens nemo mirabitur.

23. יששכר, Interpr. Græcis & Latinis ἰσσάχαρ, Samaritis *Jaſaſchar* يشسكر, Epiphanio ſcribæ Syriſque & Euſtathio MS. *Iſachar*, quatuor liberis, Arithmeticæ artis perperitis (ſic Jonathan voluit) familiam Jacobi adauxit. In caſu fæcundo appellatur ille apud Joſephum hoc in loco ἰσσαχάρεα *Caſ.* teſte, ἰσσαχάρα *Samb.* ἰσσαχάρεα *Big.* ἰεχάρεα *Baſ.* & *Gen.* Juſſi tamen ἰσσαχάρεα novis typis imprimi.

24. Primitiæ Iſaſcharis θωλᾶς Joſepho aut potius θωλᾶς ſcribitur, Hebraice תולע, θωλὰ in Bibliis Græcis, Philoni θωλὰ, σκωληξ.

25. Lucem deinde vidit פוה. *Phua* habet tralatio Hieronymi, φυᾶ & φυὰ LXXII. Interpr. & Pentateucha Arabica in Theſauro Laudino. Verum etiam in S. Chronicis Judæorum *Phuath* פואה: necnon פואה. فواة *Phawah* in Samaritarum volumine. Hinc nomina ἐθνικὰ, Judæis פוני *Phuni* Num. c. 26. Cuthæis Græciſque פואי φυαΐ. Admiranda tamen eſt Joſephi ſcriptio φυᾶς ſecundum *Caſ.* & *Samb.* aut ex *Baſ. Gen.* & *Big* φυᾶς. Apud Epiphanium etiam reperimus *Phuras* per totum acervum chartarum ac membranarum: nam *Phuva Col. Frob.* & *Pariſ.* ab Hieronymo traductum eſt. Correximus itaque mendum vetus, & repoſuimus φυᾶς, Boſio haud invito. φυὰ denique interpretatus eſt Philoſophus Alexandrinus, ὧδε εἰμί.

26. Nihil temere dicendum de hoc puero. Biblia enim Hebraica & Paraphraſes in manibus Judæorum ad Geneſin hunc nuncupant יוב. *Job* S. Hieronymus ibidem & in Lexidio Hebraicorum nominum. אויב *Oiab* Syrus *Walt.* Arabſque illius ايوب. Præterea *Job* defendunt codices omnes Epiphanii Scholaſtici, necnon ἰωὼβ Editiones Græcanicæ Joſephi. ἰωσὼβ ſervatur apud *Big. Samb.* & *Caſ.* Vergimus jamjam in contrarium. Judæorum enim Biblia & Maſoræ ſacræ, tum etiam Paraphraſes Iſaſcharidam ipſum ſemel quidem appellant *Job*, biſque *Jaſub* ישוב, ut Num. c. 26. & 1. Par. c. 7. Maſoretis jubentibus. Samaritæ vero tam Gen. c. 46. quam in Numeris unico nomine *Jaſub* ישוב, يشوب: nam *Juſab*, *Juſabi* Num. c. 26. mendum Bibliorum Londinenſium. LXXII. Interpretes in Lege & in Chronicis perpetuo ἰασοὺβ, juxta meliora exemplaria. Unde *Jaſub*, *converſio* in Etymologico Hieronymi. Video tamen ad Gen. c. 46. in editione Romana pro ἰασὼβ MS. Alexandrini & Euſtathii ad Hexaemeron, aut frequentiori ἰασοὺβ, excudi ἀσὼμ, ut alternant μ, & litera ſecunda in MSS. *Aſum* etiam legerat ſuo ævo S. Ambroſius, imo ἀσὼμ Philo jampridem in ſuo Lexidio explicarat ad Geneſin ἀνομία: neque ſane hoc nomen cum ſuo interpretamento S. Hieronymus Latinis auribus invidit. Quinetiam اسوب referunt MSS. Laudina Moyſis primo, ياشوب in quarto ejuſdem. Quandoquidem vero *Jaſub* perpetuum ſit Samaritanis ac Græcis, & frequens quidem Judæis una cum Gentili typo ישובי, necnon membranis Græcis Joſephi eximie probetur, migret modo in verſum Græcum ſuo ordine, ἰασυὲβ, *Job* in Latino hæreat: quia id vocabuli tuetur Hieronymus in Quæſt. *Jaſub, in Geneſi Job nominatur: Job interpretatur* ululatio, *Jaſub* revocans.

27. Noviſſimus Iſaſcharidarum appellatur σαμάρων in ἐκδόσει utraque Joſephi, σαμάρωνα *Caſ.* ζαμάρωνα *Big.* ζαμάωμος *Samb.* Semrom & *Semron* melioribus codd. Epiphanii: nam *Eſron Vig. Bal. Exc.* & *Bodl.* nimis perverſum. Placet autem præ cæteris σαμάεωνος Cl. Boſii. שמרן enim pronuntiant Judæi *Simron*, Hieronymuſque cum in Quæſt. tum alibi à labellis Magiſtrorum *Semron* & *Simeron*. Ita Syrus Arabſque Polygl. Lond. Apertius vero Samaritæ شمرين *Samron*, atque Græci in optimis membranis σαμρὼμ, & adhuc ſonantius σαυδρὼν, ζαμβρὼμ, ζαμβρὼν, exceptis in Paralip. Romanæ editionis σεμεὼν, nec non Aldinæ, & Complutenſis σομβρὼν. Hac autem de cauſa magnus Artifex δδυτεξώτεων Rabbi *Meir* totum Samaritarum genus cavillabatur, quod non à Joſepho beatiſſimo Iſraelita, ſed potius deſcenderent à שמרן Iſaſcharæ filio. Reſpondit vero ejus ſectæ Patriarcha idiotæ ſciſcitanti, חייך מן דיוסף אפקך מן ישששכר לא אעלך. Tam vana eſt illa S. Hieron. adnotatio, *Simeron ubi nomen eſt hominis, per i. ſcribitur, ubi civitatis, per a. Samaron.*

28. Ζαβουλὼν, צבולן, زبولن tres filios ſecum tulit in Ægyptum.

29. Primus horum סרד σαρὰδ Joſepho, *Sarad* pari modo ſcribitur in exemplaribus MSS. Epiphanii interpretis, & in Paraphraſibus Samaritanis. σαρὶδ & σιρὶδ apud LXXII. & S. Hieronymum. Verum genus Zabulonium omnino prætermiſit Chronicorum S. Scriptor.

30. Medius eſt אלון, ἤλων, aut ἦλων *Samb. Ilon* Epiphanio, Hieronymo *Elon*, Ambroſio Græciſque ἀιλὼν.

31. Hunc ſequitur יחלאל, raucum nomen plagaque gutturis. Hoc enuntiant ſuis vocalibus *Jahleel* paſſim Judæi; *Jahelel* & Num. c. 26. *Jalel* Hieronymus; يحلال *Jachelel* Cuthæorum reliquiæ; atque يحلابل ſono vix alio Arabes Chriſtiani. سلاما Syri mendo repetito. MSS. Laudina in Numeris يهليل *Jahlil*, & ad *Gen.* ſincerius يحليل. Biblia Græca hic multum variant. MS. Alexandrinum primo Moyſis legit ἀλοὴλ, Vaticanum ἀχοὴλ; *Achoel* etiam S. Ambroſius. Edita per Aldum Wolphiumque ἀὴλ, aut ſolutius ἀϊὲλ: ita Laudinarum prius, atque Octateuchum Oxonienſe; a quibus haud diſſentit Euſtathius excuſus, ſcriptus enim habet ἰεωὴλ. Conſpirant autem Exemplaria Græca S. Bibliorum Num. c. 26. in ἀλωὴλ, & pro familiari ἀλαηλί. Hieronymus in Lexico S. nominum יחלאל *Jaelhel* aut *Joalel*, *vita Dei*, ſive *exordium Dei* vel *præſtolans Deum*. Sic ad Joſephum via paratur. Ipſius codices plane omnes nomen præbent vitioſum ἰὰνηλ. Epiphanius tamen legerat in Bibliotheca Piiſſimi Senatoris ἰὰχηλ; inde *Voſſ.* 1. *Mert. W.* 2 *Star. V.* & *Goul. Jachili*. Cæterorum eſt *Jahel*, ut *Vig. Bal. Exc. P.* & *Bodl.* Reddimus igitur poſtliminio huic Judæo ſuum ἰάληλον: quippe ni balbutit nimium ἰαάληλ Cl. Boſii.

32. &. 33. Venire tandem jubet Joſephus in hunc cenſum magnam parentem *Liam* cum *Dina* imminuta filia. Quorſum rite conſtat Epiloguſmus ſapientiſſimi Legiſlatoris Gen. c. 46. 15. idque ſine *Jochabeda*, quam in ipſo deſcenſu Jacobi enatam ad numerum forte explendum fabulantur Rabbini, mendaciorum ſtudioſiſſima natio.

34. His adjunxit doctiſſimus Judæus merito ordine nobilem prolem Rachelæ ἃ μαναεῖδα, quatuor atque decem capita. Longe tamen eminet ex illis decus Joſephi, qui migrationis Hebraicæ auctor fuit.

35, 36. Joſepho naſcuntur ex nympha Heliopolitana מנשה ואפרים, μανασσῆς atque ἐφραίμης; paſſim itaque ſcribuntur in his originibus. Invenias tamen ἐφρᾶμης; velut *Baſ Gen. Big.* & *Caſ.* cum aliquot codd. Latinis in luſtratione iſthac Iſraelitarum, & alibi ἐφραὶμ populare nomen, edidere; rarius adhuc μανασσῆς, unde Gentium *Mnaſeas*.

37. Βενιαμὶν, quod nomen *Samb.* deflectit βενιαμεῖ in caſu liberali, matri quidem infauſtum, ſed meliori parenti felix, latiſſime diffudit proſapiam ſacram. Ecce enim ex uno juve-

gypto, mihi esse necessarium putavi nomenclatu-

Αἰγυπτίοις εἶναι, ἀναγκαῖον ἡγησάμην μνημονεῦσαι τὰ ὀνόμα-

ne decem Israelitas: quippe ex *Bala* sex filios fuisse prognatos ante diabasin insanum creditu, post illam ab hoc censu alienum. Sic æstimato de verbis illis Græcorum Bibliorum ἐβδομήκοντα ἡ ἡσὶ βαλὰ, γηρᾶ &c. Gen. c. 46. 21.

38. Mosaicum בלע Hieronymus *Bela* pronuntiat, Judæi *Belah*, Syri atque Samaritæ *Balah* بلع. Græci ad *Gen.* βαλὰ, cæterubi βαλὲ. Hieronymus ex Originis Vocabulario *Bale, devorans.* S Ambrosius *Eala.* Apud Epiphanium *Bolus* ex MSS. *Voss* 1. *Mert. Vig. Bal. Exc. Goul.* & *Bodl.* & *Bolas L.* at *Bela Frob.* & *Col.* ex Bibliorum versione vulgata acceptum. Repones apud Josephum βολᾶς Bosii, vel βάλαυ, βάλανος, & βαλᾶς, pro βάλαο Schotani conjectantis, necnon βολοσσὸς *Bas.* & *Gen.* Typographorum, Scribarumve *Big. Samb.* atque *Cas.* βολοσσός. Hinc nomen secundum parvulo Loti refugio in agro Sodomeno.

39. Benjamitarum alter Josepho appellatur βάχαες aut βαχχάης in MS. *Samb.* quin *Bechor* habent Tralatio Hieronymi, & codices Epiphanii, quos cum tædio versavi, præter *Becher Col.* & *Frob.* Ex בכר faciunt Samaritæ *Bacar* بكر, Judæi *Becher*; Arabs Walton. *Bachir*, Syrus *Achar* Ambr. & emendati libri Græcorum in Moyse βοχορὲ; corrupti χοβὲς, ut MS. Alex. Aldina ἔκθοσις, & quædam aliæ. Plurimorum tamen Exemplarium 1. Par. c. 7. est βαχίρ. Mirum equidem hunc quarto libro Legislatoris penitus omitti cmm suæ familiæ copia, quam recitat auctor Chron. S. Quinvero temerarium esset βίχιε & βιχιεὶ, quod Num. c. 26. 35. ex Hebræo retinet editio Complutensis, huc ab Ephræmitis detrudere. Experiar potius quid alii ab ingenio possunt. Conferant insuper 1. Par. c. 8. 1. את בלע בכרו אשבל השני cum præcedentis capitis versu 6. בלע ובכר וידיעאל שלשה, at mente recta & pia.

40. Tertium itaque Benjamin, an secundum filium habuit *Ajahelum*, ἀσαήλου? nam de nomine consentiunt Exemplaria Græca Josephi, & Epiphaniana pleraque. *Asabolus* vero is dicitur *Mert. Asubelus P.* & *Bal. Asbelus Star.* Et divisim *Bodl. Asa, Belus* ad mentem Magistri Hugonis. Ex Hebræo אשבל, اشبال *Asbel* reddunt multi plurimi Sacrorum Interpretum; verum ἀσυβὲς & ἀσυβεεὶ, aut ἀσυβὴλ ἀσυβηλὶ typis Complutensibus ad Num. c. 26. malunt Græci, ubi Laudina اسبول *Asbol.* Annalium S. Scriptor miscet omnino nomina ἰσοὴλ atque ἀσβὴλ.

41. Concinnior videtur Bosio γήεως, nobis γηρᾶς, γηεᾶ aut γήεω, quam Editorum γήλας apud Josephum, quamque γήεσ *Big. Samb.* & *Cas. Gera* & *Jera*, ut solet fieri ex *g* uda, in MSS. *Voss.* 1. *V. Star.* & *W.* 2. In Hebraico codice Judæorum scribitur גרא *Gera*. Samaritarum altero גרה, جرة *Gerah* & *Garrah. Geras* autem, filius potius quam nepos Benjamini, Catalogum militis Israelitici Num. c. 26. plane evitavit.

42. Sequitur inde suo ordine נעמן, Ambrosio, Philoni, & melioribus ϛ'. exemplaribus νοεμὰν utrobique legis Mosaicæ; sed νοεμὰ, νααμὰν Compl. & μαμὰν MS. Alex. ad c. 8. l. 1. Paral. Hieronymo *Naaman*, Judæis atque Samaritis *Nahaman* نحمن. Unde concedimus Historico huic ναμμάνης, pro ναεμάνης *Big. Samb.* & *Cas.* aut ναμανῆς *Bas.* & *Gen. Naaman* enim reperitur in tot codd. Epiphanii, excepto *Noeman Col.* & *Frob.* Postremo Biblia Samaritana hunc puerulum & *Aradum* fratrem tam Aεθμοῖς quam Geneси Benjammo patre natos testantur: Græca & Judaica statim ad Balam referunt. Inchoant enim Samaritæ v. 40. Num. c. 26. לארד משפחת האדרי modo aperto ac simplici. Masora tamen antiqua Judæorum subobscure ויהיו בני בלע ארד ונעמן משפחת האדרי: quare inserunt ei commati LXXII. Interpretes atque Hieronymus לארד, *de Hered familia Hereditarum.*

43. Sextus Jeminita difficile pronuntiatu nomen habet אחי, *Echi* & *Ehi* ab ore Judæorum. Idem Ambrosio & pluribus Græcorum ἀχὶς. ἀγγεὶς MS. Alex. ἄγγις Eustathii MS. Pembroc. Syro *Achi.* Samaritæ legunt in numero uberi, ut *Mophim, Hophim*, ita אחים. أحيم *Achim.* Haud alius est, sed idem ἀχιὰ seu *Ahoe* אחוח 1. Par. c. 8. 4. Diversi etiam apparent codices Epiphanii & nimium ab Hebræo dissentientes. Nam *Asa* tenent *Bal. Goul. W. Vig.* & *Bodl. Hisar* & *Isar* (cujus ultima litera pertinet ad *Ros*) *Voss.* 1. *L. Exc. Star. W.* 2. *Mert. Echi* denique *Col.* & *Frob.* ex Bibliis Latinis reformatum est. Hunc cum fratre adjungunt MSS. Josephi Græca *Big. Samb.* & *Cas.* in ἰησεωεὶ, distinguunt Typographi, ut ἴ:ης, ἀεὼς. Rescribo ἴης ϗ ῥὼς, vel sine copula. Bosius fecit ἴις aut ἴι, ῥὼς, aut una voce *Ehiveros*, & aliter ἴγης, ῥὼς. Veruntamen Librarios Græcos hæc nomina in unum contraxisse miror minus, dum אהירם *Ahiram*, ἀχειρὰμ & ἀχειρὰμ preli Complutensis Num. c. 26. ex eisdem vocibus, aut vice, ἰσοῦαμ ראש ingruente ῥὰμ, jam olim coaluisse asseritur.

44 De *Ros* satis dixi: nisi locus sit conjectanti ἀεὼς scripsisse dudum hunc Archæologum pro וראש, ואראש Hebraico. Quinimo Syrus legit ܐܪܐ ἀρὼς, quo certius exprimeret literam iracundam *R*: quidni suadet etiam Epiphanius, cujus *Arediaros* hujus stemmatis extremo rite dividitur in *Ared* & *Aros* Josephi?

45, 46. Consimili typo juncti *Mophim* & *Hophim* Hieron. & Arabibus, *Mupim* & *Hupim* Judæis Hispanis, & Masoretis adhuc fortius eloquentibus *Muppim* & *Huppim* מפים וחפים. Cæterum Samaritæ legunt in libro *Bresit* c. 46. plerumque מפים ואפים *Mophim* & *Aphim*; sed Trilinguis Morini & Paraphr. Arab. Tayleri nostri מחפים וחפים وحفيم ومحفيم *Mohafim* & *Haffim*, alius מאפים והפים *Mafim* & *Hofim*, Huntingdoni codex vetus מפים וחפים, ὡς ϗ ἰουδαικοὶ. S. Ambrosius & prisca Exemplaria LXXII. Interpr. μαμεὶμ seu μαμεὶν atque ὀφιμὶν. Syro Walt. *Mafim* & *Hafim.* Epiphanii pariter codices in *Ophim* ac *Opim* prorsus conveniunt, in altera voce minus. *Notim* enim atque *Nothim* ex vitio præbent *Voss.* 1. *Exc. L. Mert. Vig.* & *Bodl.* neque melius *Mobin* neque *Mobim Goul. V. W.* 2. *Star.* aut *Nochim Bal.* & *P. Muphim* denique & *Huphim Frob.* & *Col.* ex versione vulgatissima S. Bibl. Josephi utraque editio νουφθὶς: sed *Big.* νὰμφθις, *Samb.* νουφθᾶς, Eustathii MS μομφὶ, excusa Exemplaria μαμφὶ. Proponit Bosius liberaliter μὲμφις, μὲφις, μέφιμ: ac pro fratre hujus ὄπις; nam ὀπφὶς, heic habent Josephi libri, recentes vetteresque. Muto autem ὀπφὶς in ὄπφις vel ὀπφίμης, μὰ φθὴς in μόμφις, aut productim μουφίμης. Haud prætereundum reor Moysis libro penultimo recensiri in Samaritico שופם & familiari nomine שפמי, *Supham Suphami*, شوفم شوفمي pro *Muphim* ejusque progenie: *Hupham*, seu חופם, حوفم pro חפים Geneseos, Græceque τῷ σωφὰν ὄζμῳ ὁ σωφανὶ ϗ τῷ ὀφὰμ ὀζμῳ ὁ ὀφαμὶ, ut Complutenses expresserunt; quippe multo plures *Opham* prætermittunt ac immerito. In Judaico שפופם *Sephupham* duplicata media scribunt Masoretæ, gentile tamen שופמי haud geminant. Hieronymus *Supham, Suphamita*, utrumque simpliciter legerat, quamvis ad 1. Par. c. 8. 4. sustinuerit *Sephuphan*, ut Græci σιφφωφὰμ, ex Hebraico שפופן; quod ibi ponitur in familia Benjamini pro *Supham*, idque nominis pro *Muphim*, sicut חורם *Huram* & ἀιφφὰμ Compl. typis vice *Achiram* eadem serie, hoc pro *Achi*, *Ram* vel *Ros*. Quinvero bis posuit illa nomina S. Annalium Conditor. Nam libri prioris c. 7. v. 12. occurrunt iterum ושפים וחפם *tum Suppim atque Huppim*, vel *Sepham quoque & Hapham* Hieronymo Interprete; aut Græcis ϗ σωφὶν ϗ ἀφὶν, vel ex MS. Alexandr. ϗ σαφεὶμ ϗ ἀφεὶμ, Compl. σαφὰμ ϗ ἡφὰμ, Ald. σαφὰν ϗ ἡφὰν.

47. Hanc tribum claudit ἀεφδ, quomodo legimus pro σάεφδ codd. vulgatorum privatorumque. *Ared Ros* ex Epiphanianis recte servant *Goul. W.* 2. *Star.* & *V. Ared*, 9*aros Frob.* & *Col.* Nam *Ros* suo loco exciderat forte, Scribarum incuria. *Ared* duntaxat *Voss.* 1. *Mert. Bodl. Vig. L.* & *W.* 1. Ita & S. Hieronymus in Bibliis, quæ Latine edidit. *Ard* Judæi unica syllaba, Samaritæ *Arad* duabus. γηρᾶ ἡ ἐβδόντος ϗ ἀεφδ, ita LXXII. Interpretes, S. Ambrosius de Josepho, Pseudo-Eustathius, aliique contra Mattathiadem, & utramque Synagogam Judæorum atque Cuthæorum, imo contra seseː quippe ajunt Doctores Alexandrini Num c. 26. 40. ϗ ἐβδοντῷ υἱοὶ βαλὰ ἀδὶς ϗ νοεμὰν, pro *Ared* & *Noeman*, sive ארד ונעמן Hebraice.

48, & 49. Habes igitur veros ac ingenuos Israelitas XLVI. ϛ numeres: sequuntur tres alii & viginti ex binis libertabus acquisiti. ἐὰν equidem & νιφθαλὶς seu νιφθαλᾶς *Samb.* a Bala famula nascuntur.

50. Descendit autem Nephtales in Ægyptum terram liberis fultus quatuor, quorum maximus יחצאל *Jahzeel* Judæis, Hieronymo *Jasiel*, *Jesiel* & in Lexico *Jeseel*. Ex Pharo Alexandrina ἀσιὴλ, & ἀσιηλὶ de genere: *Asiel* adeo S. Ambrosio, & ἰσχὺς μὲ ὁ θεὸς Philoni explicanti. Paralipomenon Interpreti Græco correctius ἰεσιὴλ l. 1. c. 7. 13. aut a Compl. & Aldinis prelis ἰεσιὴλ: Samaritis يحصال ἰωσὴλ. Eustathio falso ἀσιὴλ, & in Lexidio quodam Græco, ἀσαὴλ, ἰσχυρὸς θεὸς ἰσχυρόν. In Epiphanianis *Enol* & *Enul* vitio perpetuo; nam *Jachzeel Frob.* & *Col.* sumptum fuit ex Hieronymo. ἐλὴν & ἐλίηνος Josephi ἀγγεφφα, ἰαζιὴλας maluit Bosius. Nobis placet ΙΕΣΗΛΟΣ, pro ΕΛΙΗΝΟΣ aut pejore *ENULUS*.

51. Nephtalidarum alter γένις *Big.* & *Samb.* ὡς δεῦες, aliis γένης, Epiphanio Scholastico & S. Ambrosio *Gunis*. LXXII. Alexandrinis γωνὶ, Samaritis & meliori genti גוני وجوني *Guni*.

52. Tertius יצר *Jeser* Hieron. ἰσσὰρ, τοῖς ὁ'. ad *Gen. Issaar* Ambrosio, & Laud. 1. ἰσσὰχ Eustathio. Libro Numerorum ἰσσὶς, ἰσσιεὶ MS. Vaticanum, Alexandrinum ἰσσεὶ, ἰσσιεὶ: & ad Chron. l. 1. c. 7. 13. ϗ σὰας idem codex, sed Vatic. ϗ ἀσὰς, Ald. & Compl. ϗ ἰεσσὶς. Hieronymus de nominibus Hebr. *Jesar*, *figmentum.* De eisdem alius ἰεσσὰς, ἰσχυρὸς. يصري يصر, *Jasar Jasari* in proseuchis Samaritarum. Interpres vetus Josephi *Saris*, libri Græci σάρης, aut ex *Big.* & *Samb.* σάρρος, vel σάβρις. Bosius restituit ἰωσαρὴς. Atat hoc nomen incipit, qua syllaba desierat γωῶς, licet Scribæ aliter existimabant. Unde ἰσσαρὴς vel ἰσαρὴς denuo extare volo.

53. Novissimus eorum σελλιμος, quod legunt *Big.* & *Cas.* aut σελλημος Sambuci. Prius excusum fuerat ελλιμος, suppressa Σ. Librarii profecto per plures eunt vocales in versione Latina, *Sillim*, *Mert. V.* & *P. Selim*, *Voss.* 1. & *W.* 2. *Sallim*, *Goul. Vig. Bal.* & *Bodl. Sellim*, *L. Silam*, *Col.* & *Frob.* σηλὶμ Eustathius. S. Ambrosius ad Gen. & S. Hieronymus ad Num. atque ibi LXXII. Interpretes σελλὴμ, superius vero συλλὴμ. His in locis שלם scribunt Judæi pronuntiantque *Sillem*, sed 1. Par. c. 7. 13. שלום *Sallum.* Samaritæ bis in Moysis volu-

mi-

μάτων. Ιακώβ μὲν οὖν παῖδες ἦσαν δώδεκα· τούτων Ἰώσηπος ἤδη [t] πεφαφῖκε. τοὺς οὖν μετ' αὐτὸν ἅπαντας [v] ἐκ τούτων γεγονότας δηλώσομεν. Ρουβὴλ μὲν ἦσαν παῖδες τέσσαρες, [x] Ἀνώχης, [y] Φαλλῆς, [z] Ασσάρων, [a] Χάρ-

ram dare. Certe quidem Jacobi filii erant duodecim: ex quibus Josephus antea abierat. Eos itaque qui illum insequuti sunt, & horum progeniem memorabimus. Rubeli quidem filii erant quatuor; Anoches, Phallus, Assaron, Charmis. Sy-

mine pingunt cantillantque שלום שולם *Salum.* S. Hieronymus in Qu. *In Geneſi iſte Sellum, Sillem ſcribitur. Sellum interpretatur pax, Sillem retens.*

54. Accedat poſt illos חשים, حوشيم, Laudinorum priore, unicus filius Dani: quianam in Hebræo dicitur בני דן, more Genealogorum tabulæ aliquo relicto. Quinimo in Pentateucho R. Meir nobiliſſimi Deuterotæ pridem legebatur בן דן vide f. 182. γενέτειως μεγάλης. Joſepho ὄστις, aut *Samb.* ὅστις, ad normam Græcam vocatur. Epiphanio itaque *Us* & *Hus*: nam *Aſom Col.* & *Frob.* adoptatum a Græca verſione Geneſeos, ubi ἄσομ legitur pro *Huſim* S. Hieronymi, Judæorum, Syrorum, Arabumque. *Aſon* itidem in Commentariis S. Ambroſii. Apud Samaritas vero *Aſim* חשׁים S. Chronicorum l. priore Maſoretæ plenius ſcribunt חושים, quod Græcis ὡσὶμ, rurſuſque Hieronymo *Huſim* c. 8. Huc autem pertinere quod legitur 1. Chron. c. 7. 12. בני יעיר (*χυσὶμ*) חשים, ἐξ ὑοῦ ὡς, ἄσωμ, non nimis affirmo, aut quadantenus referre Gen. c. 46. v. 23. ובני דן חשים, ὑοὶ δὲ δὰν, ἄσομ: affirmo tamen in Moyſis codice, *Huſim* hypotheſi facili in *Suham* permutari Num. c. 26. 24. ubi filium ſolum Dani שוחם, شوحم, & שוחמי ἐθνικῶς, *Suham, Suhamita* nullum non tenet Samaritarum exemplar aut Judæorum, ac Græca plurima σαμὶ, σαμεί.

55, 56. Recenſuimus igitur LIγ. capita: reſtat jam *Selphæ* proles, *Gades*, *Aſſeruſque*, & qui naſcuntur ab illis. Gaditarum autem pleias ſic procedit, ex Moyſe & Joſepho. Nam Chronica S. id genus omittunt.

57. Gades, Græce *Διτύχιος*, primum genuit σαφωνίαν. Ita *Big.* & *Samb.* ζοφωνίαν a prelis prioribus. Huc alludunt codices Epiphanii, *Gophoron Voſſ.* 1. *V. Star. W.* 2. *& Goul.* aut aſperius *Zophoron* & *Zophorom* (pro *Zophoni*,) *Mert. Bodl. W.* 1. *Bal. P.* & *Exc. Zephoron Vig. Foroni. L.* Euſtathio ex LXXII. Int. σαφών. Boſio ingenioſe σαφιώλω. Quamvis enim Samaritæ & Græci utrobique Moſaici operis legerint צפון, صفون, σαφὼν, & Maſoretæ quidem Judæorum ὡν ἀριθμοῖς צפון, צפוני, *Sephon, Sephoni*: ad Geneſin tamen iſti homines צפין *Sephion* præferunt, Hieronymuſque imitatur. Philo σιφὼν, ἱστάμενος; pariterque Laudina MSS. صبغون utrobique.

58. Αγὶ Cl. Boſius, nos αὐγὶ correximus, pro vulgato ſcriptore ἄγι. *Javim* enim & *Javin* (quod in Epiphanii codicibus cernitur, præter *Agi Col.* & *Frob.*) primam literam ſurripuit à fratre majore, quapropter de proprio valet *Avin* i. e. αὐγὶ: perierat nimium craſſis Scribarum auribus ſicca conſona γ. ἄγις autem repræſentat חוגי aut חגי Hebræorum. Conveniunt tamen S. Libri Judæorum, Samaritarum, & Chriſtianorum in *Huggi*, ἁγὶς, حجي, quomodo animant illi vocabulum Moſaicum חגי.

59 Σὼν à שוני defendunt Joſephi Editores *Baſ.* & *Gen.* شوني *Suni* etiam Cuthæorum Judæorumque, & σωνὶ Doctorum Alexandr. Num. c. 26. Quippe illi σαὼνις ſcripſere Gen. c. 46. & ab eis Ambroſius, Euſtathiuſque. Idcirco & σαὼνιν in caſu querulo obtinent Joſephi MSS. *Big.* & σαὼνλω *Samb.* & *Caſ.* In Epiphanio legimus *Unin* & *Unim* paſſim pro *Sunin*, ut αὐνεβὰν pro σαυεβὰν & ζαμεβὰν in Bibliis Græcis.

60. Hunc ſequitur ordine אצבן, luſus labiorum. *Eſebon* enim pronuntiabant Rabbini ævo Hieronymi, ſerius tamen *Esbon.* Θασεβὰν LXXII. Interpr. cuncta exemplaria pro ἀσαβὰν. Ambroſius ſimiliter è Græco *Thaſabon.* Hieronymus ex Philone *Thesbon, feſtinus ad intelligendum.* Libri Samaritarum אצבעון, اصبعون *Asbahon.* Chronicorum Hebræorum Interpres Græcus l. 1. c. 7. ἰσεβὼν aut ἀσεβὼν. Joſephi hujus codices ex conſenſu ζαεβὼν, & Epiphaniani *Zabron.* Præſtat tamen legere ζαεβωὰ aut ἀζεβωὰ. Heic etiam paululo diſſentit Numerorum liber à Geneſi, & domum adeo אזני, ازنفي, *Ozni* vel ἀζὶνὶ ſubſtituit juxta Hebraicum utrumque pro *Ejebonia.* c. 26. 15. quod literæ profecto Aſſyriæ facilius, quam Samaritanæ patiuntur.

61. In hoc nomine convenit ſatis Joſepho cum Maſoretis & Hieronymo, contra Samaritarum, Syrorum, Arabumque Chriſtianorum, vel Alexandrinorum Interpretum עירי, عدي, ἀὶδὶ; aut ad Gen. ἄιδις, quod *Aedis* Ambroſio, & Laudino altero. Siquidem ab עירי *Heri* Judaici voluminis, ἀιηρίτλω deflectit Mattathiades, ſicut *Baſ.* & *Gen.* vulgarunt; ἀιηρὶτλω ſcribunt modo *Samb.* & *Big.* *Hairim* conſimiliter ex Latinis *Bodl. W.* 1. *Goul.* & *Bal. Aurim Voſſ.* 1. *Mert. L. V. W.* 2. & *P. Harim. Exc.* & *Vig.* Cæterum id nominis corripit Boſius in ἄιδις atque ἤδις.

62. Penultimum Gaditarum ἰεωὲδλω nuncupant Editores Joſephi, Scribæ veteres, & Euſtathius; ἰεωὶδλω Sambucus. Epiphanii codices *L. Star. Voſſ.* 1. *W.* 2. *V.* & *P. Rothin*; *Rodin* & *Rodim* reliqui, præter *Erodi Col.* & *Frob.* Boſius hoc immutat cum ἰεωδὶν, aut ἰεωὶδλω. Hebraicum Judæorum in Numeris legit ארוד *Arod*, in Geneſi ארודי *Arodi*: Samaritæ vero & Syri ſub forma Gentili utrobique ארודי, الرودي *Arudi* vel *Arvadi*: nec non Interpretes Alexandrini heic ἀεσηδὶς, unde *Aroedis* Ambroſii & MSS. Laudinorum, illi ἀροαδὶ. Poſt Philonem Hieronymus *Aroedi*, *vindemiator ſufficiens.*

63. Venimus ad noviſſimum familias ἀριηλᾶν vel ἀριήλαν, ut ſcribunt *Samb. Big.* & *Caſ.* atque ἀρίηλον prelorum *Baſ.* & *Gen.* Eundem Euſtathius appellat ἀρίηλα, Joſephi Interpres Scholaſticus *Arihel* & *Ariel.* S. Hieronymus ac Doctores Judaici perpetuo *Areli* & ארואלי: Samaritani vero ארולי *Aroli*, & juxta codicem Anglicanum ארואלי *Arvali.* LXXII. Int. ad Geneſin ἀριηλὶς, vel ἀρουλὶς ſecundum Ambroſium & MS. Alexandrinum, & ad Num. ἀριὴλ. *Arieli, leo Dei mei*, S. Hieronymus de Lexicis Græcorum.

64. Filiolam Aſeri, quæ Græce quidem perierat, propter patrii nominis ſimilitudinem, huc ex Epiphanio reſtitui: ἀσήρα ἢ σάρα διὰ θυγάτης. Boſius idem viderat, ἀσήρα δ' διὰ σήρα θυγάτης. Codices tamen uno modo, ſcripti impreſſique, ἀσσήρατος τ' διὰ θυγάτης; niſi ſi *Samb.* legerit ἀσὶης pro ἀσσήρατος. *Ara* & *Arra* occurrit in MSS. Epiphanii ſuppreſſo ſibilo, velut ſuperius in *Suni*, שרח Hebraicum Samaritæ, LXXII. Int. Ambroſ. Hieron. aliique reddunt σάρα, Judæi paſſim *Serah.* Interpres Græcus Annalium S. σαρὰ aut σαρᾶ.

65. Ad imam tabulam pertinent quinque filii Aſeri. Maximus horum ימנה *Imnah* vocatur Judæis, Hieronymo *Jamna*, ſæpius illi cum Ambroſio *Jemna*, *Jemnitarum* pater. Græce ἰεμνὰ in Gen. & Chron. atque ἰαμὶν Num. c. 26. يمنة *Jamnah* Samaritis. Quinvero *Jomnis*, ut ad Joſephum tranſeam, reperitur in codd. omnibus Interpretis Scholaſtici, præter *Col.* & *Frob.* ἰώμνης in Græcis, quæ vulgantur ſive privatim ſerventur. Nullum jam opus ἰάμνης Cl. Boſii.

66, 67. Bis aut ter in Sacris ישוה וישוי, quod eſt *Iſva & Iſvi* per ora Judæorum, *Jeſua & Jeſſui* Hieronymo presbytero, ἰεσυὰ & ἰεὺλ Gen. c. 46. apud LXXII. Int. & S. Ambroſium, & Laud. 1. veteri vitio, pro ἰεσυὰ, ἰεσυὶ. Melius itaque in Græco τῆ ἐβραΐδι. juxta MS. Alexandrinum ἰεσυὰ, ἰεσυὶ; ubi Complut. expreſſerunt ἰασυὰ, ἰεσυὶ, Aldus αὐσυὸ & ἰεσυὶ, Urbis Typographi συὶα & ἰεσὶ. Laudina شوي pro *Jeſui* ſemel iterumque. Cuthæi pronuntiant *Jeſuah*, *Jaſui.* Prior quidem iſtorum fratrum omittitur Num. c. 26. in Hebraico Judæorum cum ſua familia, poſterior ibidem in codice Samaritico: ambo tamen extant in Geneſi, Chroniciſque Sacris, & in Originibus Joſephi. Harum Interpres legit *Iſus*, *Joſe*, quod eſſet ἰσοῦς, ἰωσῆς. *Big.* & *Caſ.* viderant in membranis Græcis ἰησοῦς, ἰωσηπ☉, ἰωσῆς, præter modum: *Samb.* ἰωσυιώση, ἰωσῆς. Adhuc ſimplicius editum fuit *Baſ.* & *Gen.* ἦσους, ἰώσης. Jam vero excuditur correctio Boſiana ἰσοῦς, ἰσῆς.

68, 69. Et hæc nomina παμπήδην, quanta fides conſtat codicum Joſephi, βάρις inquam ἄβαρσις nec non in verſione antiqua *Ubbaris* vel *Ubaris*, & *Abar*: *U* pertinet ad vocem præcedentem; aut omnino deſcripſerat Joſephus ἄβαρις ex Moſaico וברית aſſumpto ſyncategoremate ו, quod alibi fecit. ברית ſonat Samaritis Alexandrinis βαρὶα, Judæis aliis & S. Hieronymo & Interpreti Gr. Chronic. βαρὰ. Placuit fortaſſe ex Joſepho βαρίας. Fit autem ἄβαρις ex חבר, i. e. χάβερ Interpreti Chron. S. & Samaritarum Doctoribus qui χόβορ, & alicubi χοβὲρ in verſione τῆ ο', *Choborque* Ambroſio, *Heber* Judæorum vulgo. In Myriobiblo Pembrochiano ἤβερ, φίλ☉.

70. Tum ſeptuageſimus Iſraelita acceſſit מלכיאל μελχίηλ☉ ſcriptione perpetua. Nam ab illis animis divinum Patriarcham excipit hic Judæus & tanquam totius gentis caput ac titulum extollit. Moleſtiæ tantum nobis creavit tenera quidem Jacobi familia: nec omnia nomina ſatis excuſſa puto, quin cum Joſepho patriarum Originum conſultiſſimo ἐκόπτῃ laborem operis ac difficultatem potius incuſandum. Hanc autem gentem non fuiſſe Ægyptiam oriundo, tot nomina quæ ſub Perſarum Græcorumque imperiis diu præcipua tribuum perſeverarant, abunde adverſus calumniam Gentium comprobant. BERN. Ita in omnibus *Joſephi* exemplaribus cum hic tum c. 9. §. 3. nec aliter ejus exſcriptores *P. Comeſtor, Epitomator Cantuar. aliique*: niſi quod *Zonaras* habeat ἑβδομήκοντα πέντε, ſecutus *Doctorum Alexandrinorum* computum; qui *Gen.* c 46. v. 20. exhibent οε'. contra libros omnes Hebraicos, eorumque Paraphraſes & Commentaria, contra *S. Epiphanium, Hieronymum, Eutychium Patr. Ezechielum Tragicum.* Vide *Grotium* ad *Act. Apoſt.* c. 7. v. 6. & *Bernardum* ad hunc *Joſephi* locum.

t Πεφαφῖκε.] *Al.* πεφαπῖκε.

v Ἐκ τούτων] Ita *MSS.* ἐκ τούτε in *Editis.*

x Ἀνώχης,] Sic in *Joſephi* Codd. Gr. *Enoch* & *Henech* in Latinis. *Philoni aliiſque* Ἐνώχ. Videſis *Editiones* LXX. *Euſtathium Antiochenum* in Hexaëm p. 75.

y Φαλλῆς,] Ita *Big. Samb.* & *Caſ.* Φαλὼης *Vat.* Φάλεης *Baſ.* & *G.*

z Ασσάρων,] Sic *Samb.* & *Caſ.* Εσσάρων *Big. Vat. Baſ.* & *G.*

a Χάρμις.] Ita *Boſius* ex Χάρμιτος *Joſephi* in Codd. omnibus, & Χάρμι aliorum. Impune (inquit *Bernardus*) ſcribere potes Χαζμίας.

Symeonis vero ſex; Jamuelus, Jaminus, Ouodus, Jachinus, Soarus, Saulus. Levi vero tres nati ſunt filii; Gerſomes, Caathus, Mararius. Judæ vero filii erant tres; Salas, Phareſſus, Zaras: duo autem ex Phareſſo nepotes, Eſronus & Amvrus. Iſacharæ vero quatuor; Thulas, Phuas, Jaſubus, Samaronus. Tres autem Zabulon habuit filios; Saradum, Elona, Jalelum. Et hoc quidem genus è Lia: & cum ipſa etiam aſcendit filia ejus Dina. Iſti omnes triginta & tres. Rachelæ filii erant duo. quorum *alteri* Joſepho quidem duo nati ſunt filii; Manaſſes & Ephraïmes: alteri vero Benjamini decem; Bolavus, Baccharis, Aſabelus, Geras, Naamanes, Jes, Ros, Momphis, Opphis, Aradus. Iſti quatuordecim una cum prius numeratis fiunt numero quadraginta ſeptem. Et legitimum quidem Jacobo genus hoc erat. E Balla vero famula Rachelæ ipſi naſcuntur Danus & Nephthales, quem ſequebantur quatuor filii; Jeſelus, Gunis, Iſſares & Sellimus: Dano vero unicus erat filius *nomine* Uſis. His ad jam dictos additis, numerum complent quinquaginta quatuor. Gades autem & Aſerus ex Zelpha *quidem* erant: ipſa vero Liæ famula. Liberos autem ſecum ducebant, Gades quidem ſeptem; Saphoniam, Augim, Sunim, Azabonem, Aërinen, Eroëden, Arielam. Aſero autem filia erat Sara, & mares numero ſex; quorum nomina, Jomnes, Iſus, Iſouis, Baris, Abarus & Melchielus. Iſti

2. Cum vero Hebræos jam sibi obsequentes haberet Moyses, eoque deductos ut in potestate ipsius se futuros pollicerentur, & præ se ferrent libertatis desiderium, Regem adiit reipublicæ gubernaculo nuper admotum, atque ei commemoravit quantum Ægyptiis ab Æthiopibus, agros eorum vastantibus, contemptui habitis profuerat, militiæ labores, tanquam suorum rem egerit, perferens; ipsumque edocuit, ut pro istis summum adierit discrimen, nec dignas pro meritis gratias ab illis acceperit: pariter etiam quæ sibi in monte Sinæo contigerant, cum voces à Deo prolatas, tum & rerum miracula, ad fidem iis quæ mandaverat faciendam, sibi visa, sigillatim exposuit; eumque obtestatus est, ne incredulus Dei voluntati esset impedimento.

Artes Ægyptiacas, sed & Divinas calluit Moyses.

3. Rege autem *illum* irridente, re ipsa ei specimen dedit Moyses prodigiorum quæ in monte Sinæo conspexerat. At ille indignabundus ipsum quidem sceleratum appellat, ut qui olim ex servitute Ægyptiaca evaserit, & nunc per fraudem & malitiam redierit, id agens ut præstigiis & magicis artibus populum traheret in sui admirationem. Dumque hæc diceret, jubet sacerdotes *suos* eadem ostenta sibi repræsentare, quòd Ægyptii etiam istarum artium scientiam habeant, * & non solus ipse divina polleat virtute, eò scilicet miri aliquid in medium afferens, ut apud rudes & indoctos fidem inveniat, *eosque decipiat*: ipsisque virgas suas projicientibus, in dracones *confestim* versæ sunt. Moyses autem, his nihil perculsus, dixit, ne ipse quidem, ô Rex, sapientiam Ægyptiorum despicio: attamen quæ ego operor tanto præstantiora esse ajo quam istorum magiam & artem, quanto divina ab humanis distant. Ostendam vero quæ mea sunt non præstigias esse & simulationem veritatis, sed Dei providentia & virtute in conspectum venire. Cumque hæc dixisset, virgam in terram demittit, jussitque eam in colubrum se explicare. Illa dicto paruit, & Ægyptiorum

Act. Apost. c. 7. 22. & Justini Hist. l. 36. c. 2.

Moysis virgamagorum Ægyptiorum præstigias devorat. Ex. c. 7.

---

z Γηρσὸν] Illo tono *Samb.* & *Busb* γῆρσον *Big. Bas.* & *Cas.* γηρσων *Zonaras*, & Syrus in Bibl. Walt. In volumine suo Moyses, גרשם, quod γηρσὰμ Interpr. LXX. *Gersom* Masora Judæorum, quo istum distingueret forte à propatruo גרשון, *Gerson* BERN. *Al.* Γῆρσον. Γηρσὰμ LXX.

a Επὶ τὴν Αἴγυπτ.] *Al.* εἰς τὴν Αἴγυπτ.

b Εἰς ξένην] Pariter Etymologiæ sacræ studiosus Philo, vocabulo illo diviso, ξένῃ ἐκεῖ. Imo consule parentem ipsum c. 2. Exodi, aut potius c. 18. Nam in priore loco (extra versionem Beati Hieronymi, tum Syrorum Arabumque illas, & editionem Complutensem Bibl. Græc.) vane quæres ἐλιέζερ aut *Eliezerum* Moysis, ejusve etymon. Dicant porro Critici quo merito frater ejus præsertim memoretur, ipse tamen nullam nomenclaturam ibidem meruerit. BERN. Ita *Big. Samb.* & *Cas.* εἰς ξένην γῆν *Bas. G. Vat. aliique.*

c Τῶν ὅρων,] Τῶν ὄρων *Samb.* commodè, & ut *Zonaras* maluit, si movere liceat lectionem tot codd. Græcis Latinisque probatam, atque magis ex Moyse c. 4. 27. Indicat forsan Josephus Montem Dei bicipitem, qui & extremæ Ægypto imminuit. BERN. Ex *Samb.* in *Editis*, *aliisque* perperam ὁρῶν. si quis ὁρᾶν malit ex *Moyse* in *Exod.* c. 4. 27. forsan intelligendus est *Mons Dei* biceps, qui & extremæ Ægypto imminuit.

d Τὰ σημεῖα διηγούμενος,] Sic in *MSS.* in *Editis* τὸ σημεῖον, ἐστὶ π. & mox παρέχει τὴν ὄψιν.

e Παρὰ δόξαν] Παραδόξως *Vat.*

f Ὁρωμένων] Ita *MSS.* γινομένων in *Editis.*

g Καταφρονουμένους,] Vide *Hesychium.*

h Ὅτι τε κινδυνεύσειν] Sic in *MSS.* in *Editis* τὰς τε κινδύνων ἐπὶ τούτοις ὑπ' αὐτῶν ἀμ. ὡ δικ. κο. ἀνεδίδασκεν.

i Καθ' ἕκαστον] *Al.* καθέκαστον.

k Παρέχει] Ita *MSS.* παρεῖχεν *Bas.* & *G.*

l Μὲν αὐτόν] Illud μὲν abest *Vat.*

m Ἐξ ἀπάτης] Forte ἐπ' ἀπάτῃ. Vetus *pro seductione remeasth.* COCC.

n Κελεύει τοὺς ἱερεῖς] Verbum κελεύει (quod *Editis* exciderat) restituimus ex *MSS.*

* *Et non solus ipse*] Ita vertit *Epiphanius*, ac si diversam à nostra lectionem habuerit: & *quasi non solum Moses peritus esset rerum, quas ipse per Deum posset explere: ut quod erat valde mirabile, si etiam ab alio fieret, ostenderetur quomodo* (al. *quoniam*) *humana doctrina constaret.*

o Καὶ μεθεμένων] Ita ex *MSS.* in *Editis* καὶ θεμένων βακτηρίας, mance.

p Τόσῳ δὲ μέντοι] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* τόσῳ μέντοι *Bas.* & *G.*

q Τῆς γῆς] Illud τῆς deest *Vat.*

rum virgas, quæ draconum ſpecie oculis obverſabantur, unam poſt aliam aggreſſa edebat, donec omnes conſumpſerat. deinde in ſuam formam reverſam ſuſtulit Moyſes.

Creſcit Hebræis laterum labor. Exc. c. 5.

4. Rex autem hoc facto nihil quidem magis commovetur: ſed indignatus, nec quidquam eum profecturum eſſe dicens ex ſua in Ægyptios ſolertia & calliditate, præcipit *operarum exactori* Hebræis præfecto, ut nullam eis à laboribus requiem concederet, ſed graviori quam antea operandi neceſſitati parêre cogeret. Ille vero, cum prius eis paleas ſuppeditaret ad lateres conficiendos, non amplius earum copiam fecit: ſed die quidem eos operibus urgebat premebatque, nocte vero ad paleas colligendas adigit. Et cum ærumnæ illis duplicarentur, Moyſi ſuccenſebant, quod ipſe in cauſa fuerit cur illis creverit labor pariter ac miſeriæ. Ille vero neque propter Regis minas ſtudium intermiſit, neque Hebræorum querelis & increpationibus ceſſit: ſed, obfirmato contra utrumque animo, nullum laborem recuſavit ut ſuos in libertatem aſſereret. Itaque ad Regem accedens, operam dedit ut ei ſuaderet dimittere Hebræos ad montem Sinæum, illic Deo ſacrificaturos; (hoc enim ipſum *diſertim* præcepiſſe) neque contra voluntatem ejus reſiſtere & repugnare: ſed, ipſius benevolentiam rebus omnibus anteferendo, illis exeundi poteſtatem facere; ne forte contranitendo ſemet aliquando incuſaret, ſi quid ipſe tale patiatur, quale eum paſſurum eſſe veriſimile eſt, qui Dei mandatis obſiſtit. Iis enim, qui iram Dei in ſe concitarint, ex omni re oborituras eſſe calamitates: quibus utique neque terra, neque aër amicus, neque progenies ut fert natura; ſed inimica omnia & infeſta. Atque hæc mala perſenſuros eſſe Ægyptios edicebat, ſimul & populum Hebraïcum ex eorum regione, illis invitis, egreſſurum eſſe.

Servam regis indolem iterum attentat Moyſes. Exc. c. 7.

Dulce tamen bibunt Hebræi.

δ'. Ο δ' βασιλεὺς ὀδέν τι μᾶλλον τούτῳ προαχθεὶς καταπολήτευεται· φρονηματισθεὶς δ', καὶ μηδὲν αὐτῷ φροχωρήσειν εἰπὼν ἐκ τῆς κατ' Αἰγυπτίων σοφίας καὶ δεινότητος, κελεύει τοῖς ἐπὶ τῶν Ἑβραίων τεταγμένοις μηδεμίαν αὐτοῖς ἄνεσιν παρέχειν τοῦ πονεῖν, ἀλλὰ πλείοσι τὸ λοιπὸν καθ' ἡμέραν αὐτοὺς καταναγκάζειν. ὁ δ' ἄχυρον αὐτοῖς παρέχων εἰς τὴν πλινθείαν πρότερον, οὐκ ἔτι παρεῖχεν· ἀλλ' ἡμέρας μὲν ἐπὶ τοῖς ἔργοις πολαιπωρεῖν ἐποίει, νυκτὸς δὲ συνάγειν τὸ ἄχυρον. καὶ τοῦ δεινοῦ διπλασίονος ὄντος αὐτοῖς, ἐν αἰτίαις Μωϋσῆν εἶχον, ὡς τῶν ἔργων αὐτοῖς καὶ τῆς πολαιπωρίας δι' ἐκεῖνον χαλεπωτέρας γεγενημένης. ὁ δ', ὅτε πρὸς τὰς τοῦ Βασιλέως ἀπειλὰς ἔκαμνεν, ὅτε πρὸς τὰς τῶν Ἑβραίων μέμψεις ἐνεδίδου· τῷ τε ψυχρῷ προσηνώμενος πρὸς ἑκάτερον, ἐπὶ τὸ πονεῖν καὶ τοῖς οἰκείοις ἐκπορίζειν τὴν ἐλευθερίαν, [z] ὑπήνεγκε. καὶ προσελθὼν πρὸς τὸν Βασιλέα, ἔπεισεν αὐτὸν [a] ἀπολύειν τοὺς Ἑβραίους ἐπὶ τὸ Σινάϊον ὄρος, ἐκεῖ θύσοντας τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ αὐτὸν κεκελευκέναι· καὶ μηδὲν ἀνιπράττειν οἷς ἐκεῖνος βούλεται, τὴν δ' ὀργὴν αὐτοῦ πρὸ πάντων [b] ποιούμενον, συγχωρεῖν αὐτοῖς τὴν ἔξοδον, μὴ καὶ λάθῃ τούτων κωλυτὴς γενόμενος αὐτὸν αἰτιάσασθαι πάσχων, ὅσα παθεῖν εἰκὸς τοὺς ἀντιπράττοντας Θεοῦ προστάγμασι. τοῖς γὰρ χόλον ἐφ' αὑτοὺς κινήσασι θεῖον ἐξ ἁπάντων φύεσθαι τὰ δεινά· καὶ ὅτε μὲν γῆ τούτοις, ὅτε δὲ πνεῦμα φίλον, ὅτε γονὰ τέκνων καὶ φύσιν, ἀλλ' ἐχθρὰ πάντα καὶ πολέμια. [c] προαγορεύεσθαί τε τούτων Αἰγυπτίους ἔφασκε, [d] μὴ δὲ καὶ τοὺς Ἑβραίων λαὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν, [e] ἀκόντων ἐκείνων.

CAP. XIV.

De plagis decem, quibus afflicta eſt Ægyptus.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ τῶν δέκα παθῶν, ἃ ἐπῆλθον τοῖς Αἰγυπτίοις.

Ægyptios decem plagis plectit ſanctiſſimum & vindex Dei Numen.

REge vero deſpectui habente verba Moyſis, neque vel tantillum ad ejus monita advertente, mala graviſſima in Ægyptios incubuerunt: quæ ſingulatim recenſebo, tum quod nulli genti antea admota ad Ægyptios pertentandos acciderint, tum quod *Deus* oſtendere voluerit Moyſem in iis quæ prædixerat ne quidquam mentitum eſſe; & *poſtremo* quia hominum intereſt, ut diſcerent ea obſervare & facere, quibus numen non offenditur, aut ira impellitur ad iniquitates eorum perſequendas. Amnis enim ipſis Dei juſſu ſanguineus fluebat, adeo ut ad potum adhiberi non potuerit: nec alius eſt illis aquarum fons. Neque colore ſolum ſanguinem referebat; ſed & iis, qui de eo bibere voluerunt, dolores excitabat atque acres cruciatus. Talis autem erat ſolis quidem Ægyptiis; Hebræis vero dulcis & potabilis, & nihil à natura ſua mutatus. Eo igitur prodigio Rex in

Plaga I. Nili cruor. Ex. c. 7.

Τοιγὰρ βασιλέως ἐκφαυλίζοντος τοὺς Μωϋσέως λόγους, καὶ μηδεμίαν ἐπιστροφὴν ἔτι ποιουμένου, πᾶσαι δεινὰ τοὺς Αἰγυπτίους κατελάμβανεν· ὧν ἕκαστον ἐκθησομαι, διά τε τὸ μὴ πρότερόν [f] πισι συμβάντα τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ διὰ τὸ βούλεσθαι Μωϋσῆν μηδὲν ὧν προεῖπεν αὐτοῖς ψευσάμενον ἐπιδεῖξαι, τῷ ὅτι συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις μαθεῖν φυλάττεσθαι [g] αὐτὰ ποιεῖν, ἐφ' οἷς μὴ δυσαρεστήσῃ τὸ θεῖον, μήθ' εἰς ὀργὴν προτρεψαπεῖν [h] ἀμυνῆται τὰς ἀδικίας αὐτούς. ὁ γὰρ ποταμὸς αὐτοῖς αἱματώδης θεοῦ κελεύσαντος ἐρρύη, πίνεσθαί τε μὴ [i] δυνάμενος· καὶ [k] πηγὴν ἑτέραν ὑδάτων οὐκ ἔχουσιν. [l] ἀλλὰ τὸ χρῶμα μόνον ὑπῆρχε, ἀλλὰ καὶ τοῖς πειρωμένοις [m] πίνειν ἀλγήματα καὶ πικρὰν ὀδύνην προσέφερεν. ἦν δὲ τοιοῦτος μὲν Αἰγυπτίοις· Ἑβραίοις δὲ γλυκὺς καὶ πότιμος, καὶ μηδὲν τῆς φύσιν παρηλλαγμένος. πρὸς οὖν τὸ παράδοξον ἀμηχανήσαντες

---

r Αἱ δεκάνλες] Ita *Big.* & *Zonaras.* αἱ δν. ἰδέαι εἶναι *Samb. Caſ. Vat.* & *Vet. Interpr.* οἱ δν. ἰδ. π. *Baſ.*

s Ἀνήλωσιν.] Ἀνάλωσιν *Samb. Vat.* & *Busb.*

t Τὸ ἑαυτῆς χῆμα] Sic in *MSS.* in *Editis* τὸ αὐτῆς.

v Τῶν πρότερον] Mox πλιθίαν *Hen.* Verum tam Joſephus quam Doctores Alexandrini diphthongo juvant penultimam ejus vocis. BERN. Ita *Samb. Vat.* & *Epiphan.* τὸ πρότερον *Caſ.* τοῖς πρότερον in *reliquis.*

x Διπλασίονος ὄντος] Eo modo *Big. Samb. Caſ.* & *Vat.* τοῦ δὲ δεινοῦ διπλασίου αὐτοῖς τοῦ τὸ πλ. *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* verſiculo omiſſo.

y Δι' ἐκεῖνον] Ita *Samb. Hen. Busb.* & *Epiphan.* δι' ἐκείνων *cæteri*, velut τῶν ἔργων intelligant.

z Ὑπήνεγκε.] Sic in *MSS.* antea circumferebatur ὑπῆρχε.

a Ἀπολύειν] Ἀπολύειν *dimittere*, ita in cantico Simeonis. REL.

b Ποιούμενον,] Ita *Vat.* in *aliis* ποιουμένου.

c Προαγορεύεσθαί] Προαγορεύεσθαί τε τ. *Vat.*

d Μὴ δὲ] Ita *Baſ. G.* & *Big.* μὴ δὲ τοὺς *Samb.* & *Vat.* τοὺς δὲ τοὺς *Hen.* & *Busb.*

e Ἀκόντων ἐκείνων.] Καὶ ἀκόντων *Hen. Busb.* & *Epiphan.*

f Τισι συμβάντα] Ea forma *Samb.* τότε συμβ. *Big. Caſ.* & *Vat.* τισι συμβάντα τότε τοῖς *Baſ.* & *G.*

g Αὐτὰ] Forte ταῦτα COCC.

h Ἀμυνῆ] Ἀμυνῇ *Samb.*

i Δυνάμενον·] Ita *Samb. Vat.* & *Epiphan.* δυναμένοις in *aliis.*

k Πηγὴν] Vide *Senecam*, l. IV. *Nat. Quæſt.* cap. 1. & *Heliodorum* in *Hiſt. Æthiop.* l. 2.

l Οὐχὶ τὸ χρῶμα] Sic *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* ἀλλὰ τὸ τὸ χρῶμα μόνον *Vat. Baſ.* & *G.*

m Πίνειν ἀλγήματα] Vocem πίνειν inſeruimus ex *Big. Samb. Vat.* & *Caſ.*

n Ἀφο-

ὁ βασιλεὺς, καὶ δείσας ὠδὶ τ Αἰγυπτίων, συνεχώρησε τοῖς Ἑβραίοις ἀπιέναι· καὶ ἅμα κακῶν λωφήσαντος, πάλιν τῷ γνώμῳ μετέβαλεν, οὐκ ἐπιτρέψων τὴν [n] ἄφοδον αὐτοῖς.

β. Ο γὰρ Θεὸς, ἀγνωμονοῦντος καὶ μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν τ συμφορᾶς οὐκ ἐπι σωφρονεῖν ἐθέλοντος, ἄλλῳ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιφέρει πληγήν. βατράχων πλῆθος ἄπειρον τὴν γῆν αὐτῶν ἐπεβόσκετο. μεσοῦντων γὰρ τούτων καὶ ὁ ποταμὸς ἦν, ὡς [o] διαμωμένοις τὸ ποτὸν τῷ τῶν ζώων ἔχειν πεπακωμένον λαμβάνειν, ἐναποθνησκόντων καὶ σαπιαφθειρομένων τῷ ὕδατι. ἦτε χώρα [p] αὐτῶν μεστὴ κακῶς ἦν ἰλύος, γλισχρομένων τε καὶ ἀποθνησκόντων· τάς τε κατ' οἶκον αὐτῶν διαίτας ἠφάνιζον ἐν βοτοῖς διερχόμενοι καὶ ποτοῖς, καὶ πᾶς δύναις αὐτῶν ἐπιπολάζοντες. [q] ὀδμή τε χαλεπὴ ἦν καὶ δυσωδὴς ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ [r] ἐν αὐτῇ διεφθαρμένων. ὑπὸ δὴ τούτων τῶν κακῶν ἐλαυνομένων τῶν Αἰγυπτίων, ἔ Μωϋσῆν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς [s] οἴχεσθαι τοὺς Ἑβραίους λαβόντα. [t] παρῆκε γὰρ [u] τοῦτ' εἰπὼν, ἠφάνισε τῶν βατράχων τὸ πλῆθος· καὶ ἦτε γῆ καὶ ὁ ποταμὸς εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν κατέστησαν. Φαραώθης δὲ, ἅμα [x] τοῦτο παθὼν ἀπήλλαξε ἡ γῆ, καὶ τ αἰτίας ἐπελέλησε καὶ τοὺς Ἑβραίους κατεῖχε· καὶ, ὥσπερ πλειόνων παθημάτων φύσις βουλόμενος μαθεῖν, οὐκ [y] ἔτ' ἠφίει τοῖς περὶ τ Μωϋσῆν [z] ἐξιέναι, φόβῳ μᾶλλον ἢ φρονήσει τούτου αὐτοῖς ἐπιτρέπων.

γ. Πάλιν οὖν ἄλλῃ κακοῦ περιβολῇ [a] μετὴλθε θεῖον αὐτὸ τὴν ἀπάτην. φθορᾶν γὰρ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐξήνεγκεν ἀπείρου τινὸς πλῆθος [b] ἔνδοθεν ἀναδιδομένων· ὑφ' ὧν κακοὶ κακῶς ἀπώλλυντο, μήτε λυτροῖς μήτε χρίσεσι φαρμάκων διαφθεῖραι τὸ γένος αὐτῶν δυνάμενοι. καὶ περὶ τούτῳ τὸ δεινὸν ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς παρεκτείς, καὶ δείσας ὁμοῦ τ ὄλεθρον ἅμα λαοῦ, καὶ τὴν αἰσχύνην ἣν τ ἀπωλείας λογισάμενος, ἐξ ἡμίσους ὑπὸ φαυλότητος ἠναγκάζετο σωφρονεῖν. τοῖς μὲν γὰρ Ἑβραίοις αὐτὸς ἐδίδου τὴν [c] ἄφοδον· καὶ [d] πρὸς τοῦτο λωφήσαντος, τέκνα καὶ γυναῖκας ὅμηρα τ ὑποστροφῆς αὐτῶν κατελιπεῖν αὐτοὺς ἠξίου. προσεξαγγελούσης δὲ τ θεὸν, νομίσας ἀπατήσειν αὐτὸ τῷ πρόσθεν· ὥσπερ Μωϋσέως, ἀλλ' οὐκ ἐκείνου, τιμωροῦντος τὴν Αἴγυπτον ὑπὲρ τ Ἑβραίων. ἡμέρων γὰρ πτηνῶν καὶ πολυτρόπων, ὧν εἰς ὄψιν ἐδεὶς ἀπαντικρὺ πρότερον, τῷ χώρᾳ αὐτῶν ἐγέμισεν· ὑφ' ὧν αὐτοί τε ἀπώλλυντο, καὶ ἡ γῆ τ θηριμελείας τ ἀπὸ τῶν γεωργῶν ἀπεστέρητο. εἴ δέ τι καὶ διέφυγε τῷ ὑπὸ ἐκείνοις ἀπωλείαν, νόσῳ τῇ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπομενόντων, ἐδαπανᾶτο.

δ. Τῷ γὰρ Φαραώθῃ μήπω ἔτως εἰκὸς τοῖς θεοῦ βουλήμασιν, ἀλλὰ τὰς μὲν γυναῖκας συναπιέναι τοῖς ἀνδράσιν ἀξιοῦντος, [e] καταλιπεῖν δὲ τὰς παῖδας, οὐκ ἠπόρει τὸ θεῖον τῷ πονηρίαν αὐτοῦ ποικίλοις κακοῖς [f] μείζοσιν τῶν προειδεδημηκότων μετερχόμενον βασανίσαι· ἀλλὰ γὰρ δεινῶς αὐτοῖς ἐξηλκωμένα τὰ σώματα, τῶν ἔντερα διαφθειρομένων. [g] καὶ τὸ πολὺ τῶν Αἰγυπτίων ἔτως ἀπώλλυτο. μήπω δὲ τούτῃ δὲ τ πληγῆς σωφρονιζομένου

anguſtias adductus, metuenſque Ægyptiis, permiſit Hebræos abire: &, cum malum ceſſaſſet, rurſum à ſententia ſua diſceſſit, eoſque noluit dimittere.

2. Deus autem, quod in eum ingratus exſtiterit *Rex*, & à calamitate liberatus ſapere noluerit, aliam Ægyptiis intulit plagam. Ranarum vis immenſa terram eorum populabatur. At vero fluvius iis etiam abundabat, ut nulla potum haurientibus aqua ſuppeteret, niſi iſtorum animalium cruore polluta & inquinata, multis in ea morientibus ſimul & putreſcentibus. Quin & tota terra Ægyptiorum fœdata erat turpi limo, enaſcentibus ſubinde ranis & intereuntibus: domeſticam etiam vitæ eorum conſuetudinem turbarunt, in eduliis & potu repertæ, & in lectis eorum *paſſim* oberrantes. *Denique* & odor gravis erat & fœtidus ex ranis continuo exſpirantibus & in limo putreſcentibus. His autem malis dum exagitarentur Ægyptii, Moyſem cum Hebræis diſcedere jubebat Rex. Illico, cum hæc dixiſſet, evanuit ranarum multitudo: terraque ſimul & flumen ad priſtinam naturam redîre. Pharaothes vero, ut primum terra eo malo liberari cœperit, & cauſæ illius oblitus eſt & Hebræos detinuit: &, quaſi plurium calamitatum vim experiri vellet, Moyſem populumque ab egreſſu prohibuit, quem prius, timore potius compulſus quam prudentia ductus, illis conceſſerat.

II. Fœdæ copia ranarum. Ex. c. 8.

3. Rurſum igitur alterius mali inflictione aſtutiam ejus perſequitur numen. Pediculorum enim vis innumera è corporibus Ægyptiorum pullulabat: quibus mali male perierunt, ut qui neque lavacris neque medicamentorum inunctionibus eos enecare potuerint. Hac calamitate Rex perturbatus, ſimul etiam metuens ne populus intereat, ſecumque reputans grave interitûs probrum, dimidia ex parte à prava ad ſaniorem mentem reductus eſt. Nam Hebræis quidem ipſis abeundi veniam dat: cumque ad hoc à malo reſpiraret, liberos & uxores ut reditûs obſides relinqui poſtulabat. Quo fit ut Deum magis irritaret, exiſtimando ſe poſſe providentiam ejus fallere; quaſi Moyſes, non vero ille, pœnas ab Ægyptiis propter Hebræos expeteret. Nam beſtiolis variis & multiformibus, quales nemo antea viderat, regionem opplevit: quæ & hominibus ipſis exitio fuerunt, adeo ut terra ab agricolis neglecta jacuerit & inculta. Si quod vero *animal* interitum ex illis effugerit, hoc ipſum morbo, cujus impetum homines ſuſtinuerunt, conficiebatur.

III. Ægyptus pediculis vexata.

IV. & V. Omne genus monſtra, dein peſtis venit. Ex. c. 8, 9.

4. At cum Pharaothes neque ſic Dei voluntati cederet, ſed mulieres quidem cum viris abire juberet, relinquendos vero liberos *poſtularet*, non cunctatus eſt Deus variis malis & gravioribus iis, quæ prius populo inſederant, malitiam ejus perſequi & caſtigare: ſed fecit ut corpora illorum fœde puſtulis exulcerarentur, interioribus *lenta tabe* conſumptis. atque ita magna pars Ægyptiorum interiit. Rege vero neque poſt hanc plagam re-

VI. Ulcus frequens ac flagrans. Ex. c. 9.

VII. Ruina diræ grandinis. Ex. c. 9.

n Ἄφοδον αὐτοῖς.] Ita ex *Big. Samb. Vat.* & *Caſ.* ἔφοδον *Hen.* & *Busb.* ἔξοδον *Baſ.* & *G.*

o Διαμωμένοις] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *aliiſque* διαμεμορθρίοις.

p Αὐτῶν μεστὴ] Ita *Big.* & *Samb.* in *reliquis* deeſt αὐτῶν.

q Ὀδμὴ τε] Iterum ex *MSS.* in *Editis* ὥστε καλ.

r Ἐν αὐτῇ διεφθαρμένων.] Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* de limo intelligendo. καὶ ζώντων διεφθ. *Big. Samb. Caſ.* & *Vat.*

s Οἴχεσθαι] Οἰχέσθαι *Baſ. Gen.* & *Beg.* tanquam temporis infiniti. BERN.

t Παρῆκε γὰρ] Sic *MSS.* in *Editis* καὶ παρ.

u Τοῦτ' εἰπὼν,] Ταῦτ' *Samb.* & *Vat.*

x Τοῦτο παθὼν] Ex *Samb.* & *Vat.* ἅμα πάθους in *ceteris.*

y Ἔτ' ἠφίει] Rurſus cum *Samb.* & *Vat.* ubi malunt *alii* ἔτι ἐφίει.

z Ἐξιέναι,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* τὴν ἔξοδον.

a Μετὴλθε] Sic *Samb.* & *Epiphan.* ut ſolent *Attici*. μετῆλθε *alii.*

b Ἔνδοθεν ἀναδιδομένων] Hinc conſtat ſatis Mattathiadem haud conſuluiſſe LXXII. Interpretes, quod viri doctiſſimi credidere, ſed cum Phariſæis Jeroſolymitanis rectius vertiſſe כנים in φθεῖρας, animal paulo familiarius quam σκνίπες ſentiuntur. Artapanus tamen & Ezechielus vates σκνίπας cum ſtolidiſſimi principis hoſtibus, ex Doctoribus Alexandr. recenſent. Mox ἀπώλλυντο *Baſ.* & *Gen.* & χρήσεσι *Samb.* male audiendo. BERN. Eo modo *Big. Samb. Caſ. Vat.* & *Vet. Interpr.* τὴν ἔνδον ἐκδιδ. *Busb.* & *Hen.* in *Editis* πλῆθος ἔνδον ἀναδιδ.

c Ἄφοδον·] Iterum ut ſupra v. 14. ἄφοδον. in *Editis* ἔξοδον.

d Πρὸς τοῦτο] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* πρὸς τοῦτο δὲ πάθους *Hen. Busb. Baſ.* & *G.*

e Καταλιπεῖν] *Al.* παραλιπεῖν.

f Τῶν προειδεδημηκότων] Ita *MSS.* in *Editis* ἐκδεδημηκότων.

g Καὶ τὸ πολὺ] Καὶ οἱ πολλοὶ τ Αἰγ. *Vat.*

resipiscente; grando (qualis neque prius de cœlo Ægyptio decciderat, ei dissimilis quæ alibi tempestate hiberna descendit, eaque major quæ vere adulto ab incolis ad boream & septentrioni subjectis conspicitur) superne delata, fructus eorum fregit & contrivit. Deinde locustarum gens *immanis* germen omne depascit, quod illæsum à grandine reliquum factum est: adeo ut nulla prorsus fructuum, ex terra colligendorum, spes Ægyptiis resederit.

VIII. Locustarum nubes. Ex. c. 10.

IX. Horror triduanæ caliginis atque pressus. Ex. c. 10.

5. Cuilibet sane, qui non improbus æque fuerit ac insipiens, sufficerint jam dictæ clades, tum ut in sapientia proficeret, tum ut consideraret quid è re sua foret. Pharaothes vero, non adeo ex impudentia ac malitia, cum *mali* causam intelligeret, pertinaciter Deo repugnabat, & sponte sua meliora *consilia* prodidit & *deseruit*. Moysem itaque Hebræos cum uxoribus & liberis jussit abducere, facultates tamen suas Ægyptiis, quibus omnia tot calamitatibus absumpta erant, relinquere. Dum vero Moyses contenderet parum æqui ab eo postulari (oportere enim ipsos ex rebus suis Deo sacrificium offerre) & tempus multis verbis ultro citroque habitis tereretur, densæ tenebræ omnique prorsus lumine vacuæ circumfusæ sunt Ægyptiis; adeo ut visu obsesso spirituque ab *aëris* crassitie intercluso *nonnullis* miserabiliter emori contigerit, atque *alios* incesserit metus ne à caligine absorberentur. Deinde his post tres dies totidemque noctes discussis, cum nondum pœnitendo adductus est Pharaothes ut liberum Hebræis exitum permitteret, Moyses ad eum accedens ait, quousque repugnabis Dei voluntati? ipse enim jubet Hebræos dimitti: fieri aliter non potest ut à malis liberemini, nisi hæc feceritis. Rex autem, iis quæ dixerat incensus, minatus est cervicibus caput illi abscindere, si rursum accederet & hac de re molestiam ei exhiberet. Moyses vero dixit, se non amplius de his verba facturum: sed illum ipsum, cum primoribus Ægyptiorum, *ultro* Hebræos imploraturum esse, ut *quamprimum* discederent. atque his dictis abiit.

X. Primogenitorum strages. Ex. c. 11, & 12.

6. Deus autem, ostendens adhuc una plaga percutiendos esse Ægyptios ut cogerentur Hebræos dimittere, jussit Moysem edicere populo ut in promptu habeant sacrificium, præparantes illud decima Xanthici mensis in quartamdecimam (qui mensis apud Ægyptios quidem vocatur Pharmuthi, apud Hebræos autem Nisan, Macedones vero Xanthicum eum appellant) *dein* ut & ipse Hebræos ducat omnia sua secum portantes. Et ille quidem, cum Hebræos ad egressum expeditos haberet, & per tribus dispositos, in uno loco *eos* continebat. Quartadecima autem illucescente, omnes, cum jam in eo essent ut egrederentur, sacrificabant, atque sumptis hyssopi fasciculis, domos suas sanguine *conspergentes* purificabant: cumque cœnas-

νυ δ' βασιλέως, χάλαζα, μήτε πρότερον δ' κατ' Αἴγυπτον ἀέρος τότε πεπονηότος, μήτε [h] ὁμοία τῇ παρ' ἄλλοις ὥρᾳ χειμῶνος καταύσῃ, μείζων ἢ τὸ πρὸ τοῖς τὰ βόρεια καὶ τὴν ἄρκτον νεμομένοις ἔαρος ἀκμάζοντος, κατενεχθεῖσα, τὰς καρπὰς αὐτῶν κατέκλασεν. ἔπεσε φῦλον ἀκρίδων ὅπινέμεται τὴν ὑπὸ τὸ χαλάζης μὴ καταβλαβεῖσαν πορείαν· ὥστε πρὸς ἀκρίδες πάσας τοῖς Αἰγυπτίοις τὰς ἀπὸ τῆς γῆς τῶν καρπῶν ἐλπίδας διέλεσαν.

ε. Ηρκεῖ μὲν οὖν τὸ δίκαια πονηρίας ἀνόητον καὶ τὰ προειρημένα τῶν κακῶν, εἰς σώφρονα καὶ δ' συμφέροντος τὴν διάνοιαν ὠφελῆσαι. Φαραώθης δ' ὁ τοσοῦτον ὑπὸ ἀφροσύνης, ὅσον ὑπὸ κακίας, [i] αἰσθόμενος τὰ αἰτίας, ὅμως ἀντεφιλονείκει τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ κρείττονος σκιὰν προθύτης ἐφέρετο. καὶ κελεύει μὲν τὸν Μωϋσῆν [k] μετά τε γυναικῶν καὶ παίδων ἀπάγειν τοὺς Ἑβραίους· τὴν δ' λείαν αὐτοῖς καταλιπεῖν, ἐφαρμένης αὐτοῖς τὰ οἰκείας. τοῦ δ' Μωϋσέως ἐκὶ δίκαια φρονοῦντος αὐτὸν ἀξιοῦν· δεῖν γὰρ αὐτὸς τῷ Θεῷ τὰς θυσίας ἐκ τῆς λείας ἐπενεγκεῖν· καὶ τελευτῶντα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τοῦ χρόνου, σκότος βαθὺ καὶ φέγγος ἄμοιρον πρεχεῖται τοῖς Αἰγυπτίοις, ὑφ' ὃ τὰς τε ὄψεις [l] ἀποκλειομένους καὶ τὰς ἀναπνοὰς ἐμφραττομένους ὑπὸ παχύτητος οἰκτρῶς τε ἀποθνήσκειν συνέβαινε, καὶ δεδιέναι μὴ καταπεθῶσιν ὑπὸ τοῦ νέφους. εἶτα τούτῳ διασκεδασθέντος [m] μὴ τρεῖς ἡμέρας καὶ [n] τοσαύτας νύκτας, ὡς δ' μετανοεῖ πρὸς τὴν ἔξοδον τῶν Ἑβραίων ὁ Φαραώθης, προσελθὼν ὁ Μωϋσῆς φησίν· ἄχρι ποτὲ ἀπειθεῖς τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ; κελεύει γὰρ οὕτως [o] ἀπολύειν τοὺς Ἑβραίους· καὶ σὺ ἔσιν ἑτέρως ἀπαλλαγῆναι τῶν κακῶν ὑμᾶς [p] μὴ ταῦτα ποίησαντας. ὁ δ' βασιλεὺς, ὀργισθεὶς ὅτι τοῖς [q] εἰρημένοις, ἠπείλησεν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, εἰ πάλιν περὶ τούτων ἐνοχλῶν αὐτῷ προσέλθοι. Μωϋσῆς δ' σὺκ ἔτι αὐτὸς ποιήσεσθαι περὶ τούτων λόγους ἔφησεν· αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, [r] σὺν καὶ τοῖς πρώτοις τῶν Αἰγυπτίων, προκαλέσθαι τοὺς Ἑβραίους ἀπελθεῖν. καὶ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ἀπηλλάττετο.

ς'. Ὁ δ' Θεὸς, δηλώσας ἔτι μιᾷ πληγῇ τοὺς Αἰγυπτίους καταναγκάσειν ἀπολύσαι τοὺς Ἑβραίους, ἐκέλευσε Μωϋσεῖ προαγγεῖλαι τῷ λαῷ θυσίαν ἑτοίμως ἔχειν, παρασκευασαμένους τῇ [s] δεκάτῃ δ' Ξανθικοῦ μηνὸς εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδεκάτην· ὃς προσὼ μὲν Αἰγυπτίοις Φαρμοῦθι καλεῖται, [t] Νισὰν δ' παρ' Ἑβραίοις, Μακεδόνες δ' αὐτὸν Ξανθικὸν προσαγορεύουσιν· ἀπάγειν τε τοὺς Ἑβραίους [v] πάντα ἐπικομιζομένους. καὶ ὁ μὲν ἑτοίμως ἔχων ἤδη τοὺς Ἑβραίους πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ διατάξας εἰς φρατρίας, [x] ἐν τ' αὐτῷ σωεῖχεν. ἐνστάσης δ' τεσσαρεσκαιδεκάτης, πάντες πρὸς [y] ἔφοδον ἔχοντες ἦσαν, καὶ τῷ αἵματι τοὺς οἰκίας ἥγνιζον, ὑσσώπῳ [z] κόμας ἀναλαβόντες· καὶ δειπνήσαντες, τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν ἔκαυσαν, ὡς ἐξελευσόμενοι.

h Ὁμοία τῇ] Ita ex *Vet. Interpr.* ὅμοια aut ὁμοίᾳ in *cæteris*. Num potuit (inquit *Petitus*) ignorare *Josephus*, quod hyeme non grandinat. nam (ut dicit *Arist.* in *Meteorol.* l. 1. c. 12.) χάλαζα γίνεται ἔαρος μὲν καὶ μετοπώρου μάλιστα, εἶτα καὶ τοῦ θέρους. χειμῶνος δ' ὀλιγάκις, καὶ ὅταν ᾖ τις ἢ ψῦχος. rescribo igitur, μήτε ὅμοια τῇ παρ' ἄλλοις, ὥρᾳ καὶ μόνως καθίσῃ, *neque similis ei, quæ alibi cadit, tempestiva & sola*, i. e. *non admixta pluvia*. Annon hæc Gallica nive frigidior sit conjectura, judicent alii.

i Αἰσθόμενος] Αἰσθανόμενος γρ. τ. in *MSS.*

k Μετά τε γυναικῶν] MSS. eo modo, propter מעכם in volumine S. BERN. Sic ex *MSS.* in *Editis* μετά τε γυναικῶν ἀπαγαγεῖν τ.

l Ἀποκλειομένους] Ita *Big. Samb. Casa.* & *Vat.* ὑποκλειομένους ὑπὸ παχ. in *Editis*, versiculi dispendio.

m Μεθ' ἃς τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας.] Exod. 10. 22. non nisi tres dies. REL.

n Τοσαύτας νύκτας,] Ἴσας νύκτας *Hen.* & *Busb.* Tantum itaque spatium denotant Moysis שלשת ימים. Quinimo Jonathan Rabbinus paria sensit cum Josepho isto תלתא יומין קרא פרעה בכוף Ex. c. 10. 24. dein Bosius atque Epiph. εἰ μὴ vel ἢ μή. Verumtamen merum μὴ valet idem, aut quidem præstat. BERN.

o Ἀπολύειν] Ut modo supra. REL.

p Μὴ ταῦτα ποιήσαντας.] An εἰ μὴ τ. vel ἢ μὴ τ. legendum dubitat *Bosius*. veruntamen merum μὴ valet idem, aut præstat.

q Εἰρημένοις,] Ita meliores *Codd.* in aliis (cum *Bas.* & G.) προειρημένοις.

r Σὺν καὶ τοῖς,] Σὺν τοῖς πρ. *Big.* & *Vat.*

s Δεκάτῃ] Josephum itaque nullo merito ἀβλεψίας jam incusat Clariss. Bochartus BERN. Ita *Big Samb. Casa.* & *Vet. Interpr.* cum *Moyse*, Missa Pharisæorum, & *Ezechielo Tragico*. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ perperam legerant *Busb. Hen. Bas.* & G. illa πρὸ τ. δ. Ξ. μῆνος non agnoscunt *Vat.* & *Zonaras*.

t Νισὰν] Ita *MSS.* Νεισὰν in *Editis*.

v Πάντα ἐπικομιζομένους.] Ἁπαντα *Samb.* & *Vat.*

x Ἐν τ' αὐτῷ συνεῖχεν.] Φρατρίας δὲ αὐτὸς *Bas.* & *Gen.* Φατρίας δὲ τ' αὐτῷ *Samb.* atque *Busb* pro suavitate Attica. Φοατρίας δὲ ταὐτῷ *Big.* συνέχωνες vertit Judæus alius in *Exagoge*. BERN.

y Ἔφοδον ἔχοντες] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* sed superius inferiusque, ἄφοδον. in *Editis* passim ἔξοδον.

z Κόμας ἀναλαβόντες·] Κόμας *Samb.* & *Vat.*

a Πά-

νοι. ὅθεν νυνὶ ἔτι κζ τὸ ἔθος ἄγοντες θύομεν, τῳ ἑορτῳ [a] Πάσχα καλοῦντες. σημαίνῃ δ' [b] ὑπερβασία· διότι κατ' ἐκείνῳ τῳ [c] ἐπῆλθεν ὁ Θεὸς [d] αὐτῶν ὑπερβὰς, Αἰγυπτίοις ἐπαπέσκηψε τῳ νόσον. ἡ γὰρ φθορὰ τ πρωτοτόκων κατ' ἐκείνῳ ἔπεσε τῳ νύκτα τοῖς Αἰγυπτίοις· ὡς [e] συνελθόντας πολλοὺς τ περὶ τὸ βασίλειον διαιτωμένων τῷ Φαραώθῃ συμβαλεῖν ἀπολύειν τοὺς Ἑβραίους. καὶ Μωϋσῆ καλέσας ἐκεῖνος ἀπέναι προσέταξεν· εἰ τ χώρας ἐξέλθοιεν, παύσεσθαι τῳ Αἴγυπτον κακοπαθοῦσαν ὑπολαβών. [f] δῶρεις τε τοὺς Ἑβραίους ἐπίμων· οἱ μὲν ὑπὲρ ᾧ τάχιον ἐξελθεῖν· οἱ δὲ καὶ κζ γειτνιακὴν προὸς αὐτοὺς συνήθειαν.

sent, tanquam exituri, reliquias carnium exusserunt. Unde mos inolevit ut etiam nunc ita sacrificaremus, festum illud Pascha nuncupantes. transitum autem *id* significat; quod illo vespere Hebræos præteriens Deus, pestem in Ægyptios immiserit. Ægyptiis enim illa nocte perierunt primogenita omnia: adeo ut plurimi, qui prope regiam circumquaque habitarunt, concurrerint, ut Pharaothi persuaderent dimittendos esse Hebræos. Atque ille, accito Moyse, jussit *eos* abire: ratus fore, ut, si ex regione discederent, calamitatibus liberaretur Ægyptus. Hebræos etiam muneribus prosequuti sunt: alii quidem ut citius exirent, alii vero propter vicinitatis consuetudinem.

Pascha celebratur.

Hebræorum abscessum magnis donis emercatur Ægyptus.

Ex. c. 12.

ΚΕΦ. ιέ'.

Ὡς Μωϋσέως ἡγεμένος τὴν Αἴγυπτον ἐξέλιπον.

CAP. XV.

Quomodo Hebræi Moyse duce Ægyptum reliquerunt.

ΚΑΙ οἱ μὲν ἐξέπεσον, κλαιόντων καὶ μεταμελομένων, ὅτι χρήσαιντο χαλεπῶς αὐτοῖς, τ Αἰγυπτίων. τὴν δὲ πορείαν ἐποιοῦντο κζ [g] Λητοῦς πόλιν, ἔρημον οὖσαν ἐν τοῖς τότε. Βαβυλὼν γὰρ ὕστερον κτίζεται ἐκεῖ, Καμβύσου καταφθείραντος τὴν Αἴγυπτον. σπουδῇ δὲ ποιούμενοι τὴν [h] ἄφοδον, εἰς [i] Βελσεφῶντα χωρίον τριτάῃ ἡμέρᾳ γίνονται τ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. μηδενὸς δὲ τῶν ἀπὸ τ γῆς καρπῶν ὑπαρχόντων ἀλφίτοις καὶ πεπηγόσι μόνον ὑπὸ βραχείας θερμότητος, τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἄρτοις διετρέφοντο. καὶ τούτοις ἐπὶ τριάκοντ' ἡμέρας ἐχρήσαντο· πλείονα γὰρ οὐκ ἐξήρκεσε χρόνον αὐτοῖς, ὅσα ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπεφέροντο, [l] καὶ ταῦτα τὴν τροφὴν μεμισθωμένοις καὶ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλὰ μὴ πρὸς κόρον αὐτῇ χρωμένοις. ὅθεν εἰς μνήμην τ τότε συμβάσης ἑορτῳ ἄγομεν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τῳ τ ἀζύμων [m] λεγομένῳ. τὸ μὲν οὖν [n] πᾶν πλῆθος τ μεταναστευόντων γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις σκοπεῖσθαι οὐκ ῥᾴδιον ἦν· οἱ δὲ στρατεύσιμον ἔχοντες ἡλικίαν [o] ἑξήκοντα μυριάδες ἦσαν.

Ἐτ illi quidem egressi sunt, flentibus Ægyptiis & pœnitentibus, quod tam male eos tractarint. Iter autem faciebant per Letopolim, tunc desertam. illic enim postea condita est Babylon, cum Cambyses Ægyptum devastaret. Celerrime autem & per viarum compendia abeuntes, tertia die accesserunt Belsephontem, locum ad Rubrum mare situm. Cum vero terræ fructuum copiam nullam haberent, quod essent illa loca deserta, panibus victitabant, qui de farina leviter subacta & exiguo calore percocta facti essent. Atque his ad trigesimum usque diem sunt usi: nam ad longius temporis spatium ea ipsis non sufficiebant, quæ *secum* ex Ægypto attulerant; idque victum *parce* ex necessitate dispensantibus, & non ad satietatem eo utentibus. Unde in memoriam istius inopiæ per octo dies festum celebramus, quod dicitur Azymorum. Et quidem multitudo migrantium una cum liberis & uxoribus tanta erat, ut haud facile numerando percenseri potuerit; qui vero ad militarem ætatem pervenerant, sexcenta erant millia.

Letopolim trajiciunt Hebræi, ubi postea Babylon.

Tertia die Belsephontem pervenitum est. Ex. c. 12. & 14.

Azymorum festum ὀκταημερον. Ex. c. 12. c. 13. & Lev. c. 23.

Israëlitæ militaris ætatis exeunt numero 600000. Ex. c. 12.

2. Reliquerunt autem Ægyptum mense Xanthico, luna quintadecima, anno quadringentesimo trigesimo, postquam Abramus pater noster in Chananæam venit, & post Jacobi migrationem in Ægyptum anno ducentesimo quintodecimo. Moy-

VI. *Exodus Hebræorum, Epocha nobilissima.*

[a] Πάσχα καλοῦντες,] Non præteribis *Φάσκα Big.* & *Casaub.* מסח equidem vocabulum Syriacum aut Chaldaicum expressit Græcis literis Josephus: Græco etiam charactere Evangelistæ & Apostoli N. T. suoque Onceloſus, Uzelides, Rabbinorumque multi πάσχα aut πέσχα, potius quam Moysis מסח, quod est Masorethis enuntiantibus *pesach*, S. Hieronymo *phase*, Samaritis Φάχ, Syris Φέχ, Theodotioni *Φασέχ*. BERN. *Φάσκα Big.* & *Casaub.* Videsis *Theodoreti* Quæst. in *Exodum*, p. 89. & *Casaub.* contra *Baron.* p. 462. Inferius Φάσχα dicitur.

[b] Ὑπερβασία·] Diceres typo festivo ὑπερβάσια. Dein pro τῳ ἐπαύριον *Big. Samb. Casaub.* & *Glycæ*, retulerunt ἡμέραν *Basil. Gen.* atque *Epiph.* non male. Omitto autem τῳ νύκτα *Zonaræ*, tanquam quæsitum. Ibi αὐτῶν ὑπερβὰς tria MSS. Alitor *Basil. Gen. Busb. Hen.* atque *Jo. Zonaras.* Quinimo audi hunc Drungarium, τὸ δὲ πάσχα, ἄλλοι μὲν διάβασιν σημαίνειν φασὶν, ἰώσηπος δὲ ὑπερβασίαν: aut potius Theodoretum in Quæstis, τὸ δὲ πάσχα, ὁ μὲν φίλων ἡμῶν διάβασιν· ὁ δὲ ἰώσηπος ὑπερβασία (Sic MS. Barocc. 123.) ὁ δὲ σύμμαχος ὑπερβασις. ὁ δὲ Θεοδοτίων φασὶχ (MS. φάσεχ: Masoretæ etiam hanc vocem παραξιώσει.) αὐτῷ τῳ ἑορτὴν πεθεκὼς φωνῇ. σημαίνῃ δὲ τὸ ὄνομα τ ἑορτὴν περιβάλλων τῳ σωτηρίαν. Probavit & S. Hieronymus Etymologiam Judæorum; unde in Lexidio S. Phasech, *transgressus* vel *transcensio*. Vide infra l. 3. c. 10. §. 5. Mox τῳ νύκτα neglexit *Epiphanius*. BERN. Ita *Big. Samb. Vat. Casaub. Basil* & *G.* & in *Theodoreti MS. Barocc.* loco jam citato. ὑπερβασίαν *Hen. Busb. Glycas, Syncellus, Zonaras* & *Vet. Interpr.*

[c] Ἐπῆλθεν ὁ Θεὸς] Sic *Big. Samb. Vat. Casaub.* & *Glyc.* ἡμέραν *Basil. G.* & *Vet. Interpr.*

[d] Αὐτῶν ὑπερβὰς,] Ita in quatuor *MSS.* & *Glyca.* αὐτὰς *Basil. G. Busb. Hen.* & *Zonaras.*

[e] Συνελθόντας] Συνελθόντων *Vat.*

[f] Δώρεις τε] Δώρεσι δὲ *Vat.* & mox ὑπὲρ αὐτῷ, dein οἱ δὲ καὶ γ.

[g] Λητοῦς πόλιν,] Plane ad Delta sinistrum, Arabiam versus, ut Strabo docet; cujus Geographica hic profecto Judæus diligenter perlegerat. Urbs ea in Hebraicis literis סכות *Sochoth* nominatur; Arabicis vero العريش, propter Hebræorum prima castra. Petro etenim Monacho minus credendum, qui *Etham* Latopolin interpretatur. BERN.

[h] Ἄφοδον,] Ἀμφοδον *Samb.*

[i] Βελσεφῶντα] Hebraice בעלצפון. Hanc non aliam esse existimo à præsidiaria urbe *Clysmate* seu قلزم *Colzom*, ut Scriptores vernaculi scribunt, ad conum occiduum Sinus Arabici, cujus originationem ab illis frustra expetit Doctissimus Golius. *Suez* سويس deinde est Arsinoes oppidum, quod Clysmati imminet. BERN. Ita *MSS.* in *Editis* Βετλσεφῶντα. Hanc non aliam esse à præsidiaria urbe *Clysmate* existimat *Bernardus.*

[k] Πεφυρμένοις] Sic in *libris plerisque.* πεφυρμένοις *Hen. Busb.* & *Cedrenus.*

[l] Καὶ ταῦτα] *Al.* καὶ ταύτῳ τῳ πρ. mox illa καὶ πρ. ἀν. ἀ. μὴ π. κ. ἀ. χρωμένοις desiderantur in *Big.* & *Casaub.*

[m] Λεγομένῳ.] Λεγομένων *Vat.*

[n] Πᾶν πλῆθος] Απαν *Samb.* deest *Vat.*

[o] Ἑξήκοντα] Περὶ ἑξήκοντα μυριάδας *Samb.* & *Vat.* εἰς ἑξακοσίας χιλιάδας *Interpretes* LXXII.

[p] Τεσσαράκοντα] Vide *Annott.* ad p. 97. ut & *Petavii* librum inscriptum *La pierre de touche Chronologique.* l. 3. c. 4.

[q] Διακοσίοις] Ita *Basil. Gen. Busb.* & *Hen. Zonaras* etiam deflorator, ὧν ἡ τοῦ ἰακὼβ εἰς αἴγυπτον παροικίας μὴ ἐπιταῦθα διακοσίας καὶ πενταετίδα. Idem postulat periocha hujus libri, aliique epilogismi Josephi. Veterum autem Scribarum prona ῥᾳθυμία dudum factum est, ut denario minus legerint *Epiph. Scholasticus*, necnon è membranis Græcis *Big. Samb.* & *Casaub.* διακοσίοις ἀντὶ τούτοις καὶ πέντε ingrata Pallade, pro διακ. ἀντὶ τοῖς δεκαπέντε ἐπιταῦθα. Annos autem ccccxxx peregrinantis populi Oraculo vetere dictos, inter descensum & περὶ τὰ Assyria relicta atque hunc

Moyſes autem annum tunc agebat octogeſimum; Aaron vero frater ejus triennio erat major. deportabant etiam ſecum oſſa Joſephi, prout ille filiis ſuis mandaverat.

Efferuntur Joſephi oſſa. Ex. c. 12. & 13.

3. Ægyptios autem de Hebræorum egreſſu pœnituit: Regeque ægre ferente, quaſi iſta, *quæ acceperant*, *mala* Moyſis imputanda eſſent præſtigiis, contra eos proficiſci conſtituerunt. Arreptiſque *ſubito* armis & *reliquo* apparatu eos perſequebantur, in *ſervitutem* retracturi ſi modo aſſequi daretur. etenim non amplius eos Deo ſupplicaturos eſſe; quippe quod illis exitus *jam* contigerit. Exiſtimabant etiam facile *ſe* illos ſuperare poſſe, utpote inermes & itinere defatigatos. Atque obvium quemque rogitantes qua tenderent Hebræi, curſu incitato *eos* inſequebantur; tametſi illac difficile fuerit iter, non ſolum exercitibus, ſed expeditis quoque viatoribus. Moyſes autem hac Hebræos *ideo* abduxit, ut ſi Ægyptii, facti pœnitentes, cum infeſtis agminibus illos ſequi vellent, pœnas malitiæ pactique violati perſolverent: Palæſtinis etiam, quos ob veterem ſimultatem ſibimet infenſos habuerunt *Hebræi*, vel quovis modo, dum iter faceret, latere volens. eſt enim illorum regio Ægypto contermina. Proindeque populum ducens non recta contendit Palæſtinam: ſed per deſertum, multis confectis itineribus, maliſque preſſus, Chananæam ingredi voluit. His acceſſere Dei mandata, jubentis populum adduci ad montem Sinæum, illic *ei* ſacrificaturum. Ægyptii autem, cum Hebræos aſſequuti fuiſſent, ad pugnam ſeſe accinxerunt, eoſque multitudine circumfuſa in arctum redigunt. nam currus ſexcenti eos ſequebantur, cum equitibus quinquaginta mille, & ducentis millibus peditum: viaſque *omnes* obſederant, quibus Hebræos è manibus evaſuros eſſe exiſtimabant; inter præcipitia inacceſſa

Hebræos prudenti conſilio propter mare Rubrum circumducit Moyſes. Ex. c. 13.

Exercitus Ægyptius conſtabat curribus DC. & L. millibus equitum, peditumque CC. millibus. Ex. c. 14.

celeberrimum Exitum rite comprehendi quidni perſuadeant Samaritarum τὸ ἐξοδικὸν, atque paraphraſes illorum, aut LXXII. Doctores Alexandrini, vel Talmude atteſtante; Demetrius abs illis, tum maxime Apoſtolorum penultimus aut plane princeps S. Paulus, necnon ævo ſequente harum Originum Scriptor, qui itidem ſponte profitetur ad finem hujus libri, ὡς εὗρον ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ὕτως ἕκαστον τούτων παρέδωκα: atque demum, quem in Chronol. S. hoc multa ratione comprobaſſe liquet, ſcientiſſimus Voſſius. Ea etiam amplitudine verba codicis Judaici Exodi c. 12. 40. explicat atque tuetur Reverend. Uſſerius. Joſephi inſuper dicto inhæſit Severus, ubi ait *Populum egreſſum fuiſſe ab eo quo primum Abraham terram Chananeorum acceſſerat, anno trigeſimo & quadringenteſimo.* BERN. Ita *Baſ. G. Vat. Busb. Hen. Zonaras* & *Severus.* Cum *Vet. Interpr.* (qui denario minus perperam legerat) conſentiunt *alii.*

r Μωϋσῆ δ' ἐγεγόνει] *Hen.* & *Busb.* μωυσῆ ϛ γεγόνει cæteri. BERN.

s Ἐπεκέμιζον] Ἐπεκομίζοντο *Samb. Hen.* & *Busb.* Aut verbis *Zonaræ*, ἐν ϛ μωυσῆ τότε ζωὴς ἔτη ὀγδοηκοστὸν· ἀαρὼν ϛ τελοῦντι ὑπερέχε. συνεπόμενοι ϛ καὶ τὰ ὀστᾶ ϛ ἰωσὴφ, πληρῶντες τὸ εὐαγγέλιον ϛ ἀνδρός. BERN. *Al.* ἐπεκομίζοντο.

t Τῶ Μωϋσέως] Τὸν Μωϋσέως *Samb.* & *Vat.*

v Γεγονότων,] Alii ſic diſtinguunt, γεγονότων ἐπ' αὐτὸς, ἐγγ.

x Καὶ πρὸ ἑκαστον] Ita *Big.* & *Vat.* καὶ παρ' ἑκάστων *Samb.* & *Epiphan.* παρ' ἕκαστον ϛ *Baſ.* & *G.* καὶ παρεκάστοις malit *Bernardus.*

ρον. r Μωϋσῆ δ' ἐγεγόνει μὲν ἔτη ὀγδοηκοστὸν ἤδη· ὁ ϛ ἀδελφὸς αὐτ' Ααρὼν τρισὶ πλείοσιν. s ἐπεκέμιζον ϛ καὶ τὰ ϛ Ιωσήφ ὀστᾶ, πάντ' ἐκεῖνα τοῖς υἱοῖς αὐτ' κελεύσαντ.

γ'. Αἰγύπτιοι δ' ὅτι τοῖς Ἑβραίοις ἐξελθεῖσι μετενόησαν· καὶ ϛ βασιλέως δεινῶς φέροντ, ὡς κ' ϛ γοητείαν t ϛ Μωϋσέως τούτων v γεγονότων, ἐπ' αὐτὸς ἐγνώκεσαν ἀπιέναι. καὶ λαβόντες ὅπλα κ' ϖεζικὸν ἐδίωκον, ὡς ἐπανάξοντες αὐτὸς εἰ καταλάβοιεν. καὶ γὰ οὐκ ἔτ' αὐτὸς ἐντυγχάνειν τῷ Θεῷ· τὸ γὰ ἔξοδον αὐτοῖς γεγονέναι. κρατήσειν ϛ ῥᾳδίως αὐτῶν ὑπέλαβον, ἀνόπλων τε ὄντων κ' ὑπὸ τ ὁδοιπορίας κεκοπωμένων. x κ' παρ' ἕκαστον ἀναπαυομένους ἢ χωρήσαντας, ἐπέπτυδον τὴν δίωξιν. καίτοι χαλεπῆς ὔσης ὁδοῦ ἐν τῆς γῆς, ἃ στρατοπέδοις μόνον ἀλλὰ κ' καθ' ἕνα. Μωϋσῆς ϛ ταύτη τὸς Ἑβραίους ἀπήγαγε, ἵν', εἰ μεταγνόησαντες οἱ Αἰγύπτιοι διώκειν ἐθέλοιεν, τιμωρίαν τῆς πονηρίας κ' ϖεζαβάσεως τ ὠμολογημένων ὑπέχοιεν· κ' Δι' y Παλαιστίνας, δυσμενῶς ἐχόντας κ' παλαιὰν ἀπέχθειαν ὄντας, z ὁπωσοῦν ἐβούλευτο λανθάνειν ἀπερχόμενοι. a ὅμορ γάρ ἐστι τῆ τ Αἰγυπτίων χώρᾳ. κ' Δι' τὴν τοῦ μὲν b ἄγεσαν εἰς τὴν Παλαιστίνων ὁδὸν ἀπήγαγε τ λαόν· ἀλλὰ Δι' τῆς ἐρήμου, πολλὴν ἀνύσας ὁδὸν κ' κακοπαθήσας, ἠθέλησεν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Χαναναίαν. ἐπ ϛ κ' Δι' τὰς ἐντολὰς ϛ Θεοῦ κελεύσαντ ἀναγεῖν τ λαὸν εἰς τὸ Σινᾶιον ὄρ, ἐκεῖ ποιήσοντας c τὰς θυσίας. καταλαβόντες ϛ τὸς Ἑβραίους οἱ Αἰγύπτιοι, εἰς μάχην παρεσκευάζοντο· καὶ συνελαυνόσης αὐτὸς ὑπὸ πολυχειρίας εἰς ὀλίγον χωρίον. ἐξακόσια γὰ αὐτοῖς ἅρματα εἵποντο σὺν ἱππεῦσι πεντακισμυρίοις, κ' ὁπλιτῶν μυριάδες ἦσαν εἴκοσι· τάς τε ὁδὸς ἀπέφραττον, αἷς ἔμελλε τὸς Ἑβραίους ὑπελαμβάνειν, d μεταξὺ κρημνῶν αὐτὸς ἀπορρώγων κ' τ θαλάττης ὑπολαμβάνοντες.

y Παλαιστίνας,] Suidas gentilia ambo poſuit, παλαιστικός. ὁ ϛ παλαιστίνης, παλαιστίνος. Sic enim lego. BERN. Sic *Baſ. G.* & *Vat.* Παλαιστικὸς *Big.* & *Samb.* Παλαιστινὸς habet lib. III: 5. VII: 89. *Herodotus*, ut & alibi *Baſ.* & *G.*

z Ὁπωσοῦν ἐβούλευτο] Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* ἀπάγειν ἐν ἐθ. *Big. Samb.* & *Caſ.* ἀπαγαγὼν ἐν ἐθ. *Vat.*

a Ὅμορος γάρ ἐστι] Viderat itaque Joſephus apud hiſtoriæ veræ parentem, l. VII. ἔστι ϛ οἱ φοίνικες (δηλονότι οἱ ἐν τῆ παλαιστίνη) τὸ παλαιὸν οἴκειον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπὶ τῆ ἐρυθρῆ θαλάσσῃ. ἐνθεῦτεν ϛ ὑπερβαίνοντες, τ' συρίης οἰκέουσι τὸ παρὰ θάλασσαν. τ ϛ συρίης τοῦτο τὸ χωρίον κ' τὸ μέχρις αἰγύπτου πᾶν, παλαιστίνη καλέεται. Egregium plane & antiquiſſimum inter Gentes de Exodo Iſraelitarum & de regione Palæſtina teſtimonium. BERN. Egregium plane & antiquiſſimum inter gentes de Exodo Iſraelitarum & de Palæſtina teſtimonium dat nobis *Herodotus*, Lib. VII. c. 89.

b Ἄγεσαν] Ἀπάγεσαν *Samb. Vat.* & *Caſ.*

c Τὰς θυσίας.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* τὰς deeſt *Editis.* ut & mox οἱ ante Αἰγύπτιοι.

d Μεταξὺ κρημνῶν] Retulit mihi ex Ægypto redux Enemannus, ſe illa via ex Ægypto ad montem Sinai profectum fuiſſe, qua ſuſpicabatur Iſraelitas olim iter feciſſe & deprehendiſſe tractus montium varios ita verſus ſinum Arabicum excurrere, uti mihi ſic depinxit. Vide A. B. C.



Pu-

νοῦσες. τελευτᾷ γὰρ εἰς αὐτὴν ὄρος, ὑπὸ τραχύτητος [c] ὁδῶν ἄπορον, καὶ φυγῆς ἀπολαμβανόμενον. τοιγαροῦν ἐν τῇ συμβολῇ τῇ πρὸς θάλασσαν ἅμα ὄρος τὸν Ἑβραίους ἀπέφραττον τῷ στρατοπέδῳ, καὶ σῶμα τοῦτο ἱδρυσάμενοι· ὅπως τὴν εἰς τὸ πεδίον ἔξοδον ὦσιν αὐτοὺς ἀφῃρημένοι.

δ'. Μήτ' οὖν ὑπομένειν πολιορκουμένων τρόπῳ διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ἐπιτηδείων δυνάμενοι, μήτε φυγῆς ἀπορίαν ὁρῶντες, ὅπλων τε ἀπαίζοντες εἰ καὶ μάχεσθαι δόξειεν αὐτοῖς· ἐν ἐλπίσι γὰρ [f] πάντα ἀπολέσθαι καθεζήκεσαν, εἰ μὴ παραδώσουσιν ἑαυτοὺς [g] τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθελουσίους. καὶ τὸν Μωϋσῆν ἠπόρουν, πάντων ἀπολελειμμένοι τῶν ἐκ θεοῦ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς σημείων γεγονότων· ὡς καὶ τὸν προφήτην παρορμῶντα, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενον, ὑπὸ ἀπιστίας λίθοις ἐθελῆσαι βαλεῖν, παραδιδόναι τε [h] σφᾶς τοῖς Αἰγυπτίοις διεγνωκέναι. πένθος τε ἦν καὶ ὀδυρμὸς γυναικῶν καὶ παίδων πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχόντων τὸν ὄλεθρον, ὄρεσι καὶ θαλάσσῃ περικεκλεισμένων καὶ πολεμίοις, καὶ φυγὴν ἑκατέρωθεν ἐκ τούτων ἀπονοούντων.

ε'. Μωϋσῆς δ', καίπερ ἀχριαίνοντος πρὸς αὐτὸν τοῦ πλήθους, ὅτι αὐτὸς ἐνέκαμνε τῇ περὶ αὐτοὺς προνοίᾳ, καὶ τῷ Θεῷ κατεφρόνει· τά τε ἄλλα πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα προεῖπε παρεσχηκότος, καὶ μηδὲ τότ' αὐτοὺς ἐάσοντος ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς [i] ἡμένους, ἢ δουλεύειν ἢ ἀπολέσθαι. καὶ σὰς ἐν μέσοις, [k] "ἄνδρες ἀνθρώποις, εἶπε, "καλῶς τὰ παρόντα πεπολιτευμένοις πρὸς ἡμᾶς δίκαιον "ἦν ἀπιστεῖν, ὡς ἐκ ὁμοίοις ἐσομένοις πρὸς τὰ μέλλον- "τα· τὸ δὲ θεῖον νῦν ἀπογινώσκειν ὑμᾶς προνοίας, "μανίας ἔργον ἂν εἴη· παρ' ἃ πάντ' ὑμῖν ἀπήντηκεν, "ὅσα δι' ἐμοῦ πρὸς σωτηρίαν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς δου- "λείας ἄνδρες προσδοκῶσιν ὑπέσχετο. [l] μᾶλλον δ' ἐχρῆν "ἐν ἀπόροις ὡς δοκεῖτε γεγονέναι βοηθὸν ἐλπίζειν τὸν "Θεόν· ὃς καὶ [m] τὸ νῦν εἰς ταὐτὸν ὑμᾶς περικεκλεῖσθαι "τὴν δυσχωρίαν ἔργον, ἵν' ἐξ ἀμηχάνων [n] ὅτ' οἰκεῖ- "αὐτοὺς νομίζητε σωτηρίαν ἔχειν, ἔνθ' οἱ πολέμιοι, [o] ἐκ "τούτων ῥυσάμενος τήν τε ἰσχὺν ἀποδείξηται τὴν ἑαυτοῦ, "καὶ τὴν [p] περὶ ἡμᾶς πρόνοιαν. ὁ γὰρ ὀλίγοις τὸ θεῖον "τὴν ἑαυτοῦ συμμαχίαν [q] οἷς ἂν εὔνουν ἢ δίδωσιν· ἀλλ' "ἐφ' οἷς ἀνθρωπίνῃ ἐλπίδα μὴ βλέπει πρὸς τὸ κρεῖττον "παροῦσαν. ὅθεν τοιούτῳ βοηθῷ πεπισευκότες, ᾧ δύνα- "μις ἐστὶ τὰ μικρὰ ποιῆσαι μεγάλα, καὶ τὸν τηλικούτων "ἀθενείαν καταψηφίσασθαι, μὴ [r] καταπέπληχθε τὴν "Αἰγυπτίων παρασκευήν. μήδ' ὅτι [s] θάλασσα καὶ κα- "τόπιν ὑμῖν ὄρη φυγῆς ὁδὸν οὐ παρέχοντα, διὰ "τοῦτ' ἀπογινώσκετε τῆς σωτηρίας· ἡμῖν γὰρ ἂν καὶ "ταῦθ' ὑμῖν πεδία διὰ θεοῦ θελήσαντος, καὶ γῆ τὸ πέ- "λαγος.

& mare concluſos tenentes. nam in illud procurrit mons, præruptus & invius, fugamque prohibens. Hebræos itaque montem inter & mare obſidione premebant, caſtris ad hoc oſtium poſitis; ut ipſis præcluderetur exitus ad planitiem.

4. Itaque cum neque obſeſſorum more ſubſiſtere propter commeatus inopiam potuerint, neque fuga evadendi viam perſpexerint, neque arma habuerint, etſi quam maxime pugnare vellent; nihil iis præter *aſperiorem* pereundi ſpem ſupererat, ni ſeſe Ægyptiis voluntarios dederent. Moyſem etiam incuſarunt, ſignorum obliti quæ pro eorum libertate ediderat Deus; eoque proceſſerunt, ut Prophetam *ad bene ſperandum* hortantem, & ſalutem illis pollicentem, præ incredulitate lapidare voluerint, ſeque in Ægyptiorum poteſtatem tradere decreverint. Quin & luctus erat & lamentatio mulierum & liberorum, mortem ante oculos habentium; cum eſſent montibus & mari ſimul & hoſtibus circumquaque incluſi, nec de ulla exhiſce effugiendi via cogitarent. *Hinc ejulatus Hebræorum & tumultus, ſpes nulla. Ex. c. 14.*

5. Moyſes autem, utut in eum efferata eſſet multitudo, neque ipſe quicquam de cura illorum remiſit, neque * ſuam contra Deum ſententiam tulit; qui & alia *omnia* quæ prædixerat pro eorum libertate præſtiterat, & tunc eos inimicis non permiſſurus erat, vel in ſervitutem retrahendos, vel morti tradendos. Cumque medius in concione conſtitiſſet, ait, "hominibus quidem, ſi in præ- "ſenti res veſtras bene geſſerint, haud æquum "eſſet diffidere, veluti ad caſdem in poſterum "gerendas minus idoneis: nunc vero de Dei pro- "videntia vos deſperare, ſummæ eſſet dementiæ; "qui omnia *ea* in vos contulit, quæ per me pro "ſalute *veſtra* ac liberatione à ſervitute etiam nihil "ſperantibus promiſit. Magis autem oportet vos, "in anguſtiis ut putatis conſtitutos, Deum auxi- "liatorem exſpectare; qui vos in arctum hunc lo- "cum nunc concludi voluit, ut, cum neque voſ- "metipſi exiſtimaretis, neque inimici, ex his dif- "ficultatibus vos in tutum recipi poſſe, ex iis vos "eripiendo cum ſui potentiam oſtenderet tum cu- "ram ejus in nos *ſingularem*. Deus enim iis, quos "benevolentia proſequitur, parvis in rebus ſuum "non accommodat auxilium: ſed tum demum, "cum videat hominibus nullam ſupereſſe ſpem "*cogitationemque* meliorum. Unde vos tali adju- "tore fretos, qui & parva in magna poteſt extol- "lere, tantarumque copiarum vires imminuere & "debilitare, ne terreat Ægyptiorum apparatus. "neque propter fugam mari & montibus à tergo "impeditam de ſalute deſperate: nam & iſti, Deo "*ita* volente, vobis erunt in planiciem, & mare "vertetur in terram. *Salutis Divinæ impatientem populum vix compeſcit Moyſes. Ex. c. 14.*

CAP.

Putabat ipſe Iſraelitas jam ad ſolitudinem Etam provectos (vide Exod. 13. 20.) quum juſſi ſunt a Deo regredi (vide Exod. 14. 2.) & inter Migdol & mare caſtra metari & quum fugere non poſſent niſi per mare, fuiſſe in loco hic per B indicato, ubi concluſi erant hinc & inde montibus, & ab anteriori parte, ubi D eſt, Pharaonis exercitum fuiſſe. Poſſet tamen, mea ſententia, credi eos fuiſſe in A. Hinc etiam doceri evidenter putabat, qua ratione dici poſſet in Etam fuiſſe Iſraelitas, antequam tranſgreſſi erant mare, & in Etam veniſſe poſtquam mare tranſierant. Narrabat porro ſe circa urbem Sues, quam dicebat eſſe debere neceſſario veterum Heroopolin, quod alio loco in vicinia eſſe non poſſet, cymbula fluvium trajeciſſe. REL.

e Ὁδῶν ἄπορον,] Ita in quatuor *MSS.* in *Editis* ὁδὸν ἄπορον. καὶ φ. ἀπολαμβανόμενοι τ. ἰ. τῇ προσβολῇ τῇ πρὸς θαλ.

f Πάντα ἀπολέσθαι] Mox καθεζήκεσαν vulgarius *Hen.* & *Busb.* BERN. Πάντως *Big.* & *Vat.*

g Τοῖς Αἰγυπτίοις] T. A. ἑθελεσίοις *Big.* τὸ κατ' Αἰγυπτίοις ἑθελεσίοις *Samb.* atque ita *Vat.* niſi quod τῷ habeat pro τό.

h Σφᾶς] Σφὰς *Samb.* & *Hen.* Mox θαλάττῃ περικεκλεισμένων libri plerique, ſæpius tamen per ſibilum. Ibidem *Hen.* & *Busb.* θαλάσσαις περικεκλεισμένων. BERN.

* *Suam contra Deum ſententiam tulit*;] Ita placuit interpretari vocem κατεφρόνει. eo fere modo quo apud *Thucyd.* (p. 67. *Ed. Oxon.*) καταφρόνησιν explicat *Scholiaſtes.*

i Ἡμένους,] Ἡσυμένους *Vat.*

k Οὐδὲ ἀνθρώποις,] Οὐδὲν εἶπε *Vat.*

l Μᾶλλον δ' ἐχρῆν] Ita ex *Big.* & *Samb.* in *aliis*, μᾶλλον ἢ χρὴν ὑμᾶς ἀπίστως γεγονέναι β.

m Τὸ νῦν εἰς ταὐτὸν] Illud τὸ abeſt *Big.* & *Samb.*

n Οἱ' οἰκεῖθ' αὐτοὺς] Ita *Samb.* & *Vat.* ὅτ' ἔδ' αὐτοὺς *Big.* ὅτε ἔστ' αὐτοὶ *Baſ.* & *G.* malo ὅθ' ἔθ' αὐτοί. BERN.

o Ἐκ τούτων] Ita *MSS.* in *Editis* ὁ ἐκ τούτων.

p Περὶ ἡμᾶς προνοίαν.] Περὶ ὑμᾶς *Big.* & *Samb.*

q Οἷς ἂν εὔνουν] Sic in *MSS.* in *Editis* ὅταν εὔνουν δίδ.

r Καταπέπληχθε] Ita *Big.* καταπεπλῆχθαι *Baſ.* & *G.*

s Θάλασσα] Ita *Samb.* & *Vat.* θάλασσα καθέστηκεν ὑμῖν καὶ ὄρη *Big.* θάλασσα καθέστηκεν ὑμῖν, ὄρη τε *Baſ.* & *G.*

VII. CAP. XVI.

Quomodo mare, ſciſſum Hebræis Ægyptios fugientibus, viam ad fugam aperuit.

ΚΕΦ. ις'.

Ως ἡ θάλασσα, τοῖς Ἑβραίοις διωκομένοις ὑπὸ τ Αἰγυπτίων ἀνακοπεῖσα, Φυγεῖν δι' αὐτῆς παρέσχεν,

Oratio Moyſis ad Deum pietatis ac fidei plena.

HÆc cum dixiſſet, eos ad mare ducebat, ſpectantibus Ægyptiis. Nam in conſpectu erant, &, perſequendi labore fatigati, pugnam in craſtinum diem differre è re ſua eſſe exiſtimabant. Ut primum vero ad littus venerat Moyſes, arrepta virga, Deum, ut auxilio ſibi foret & adjumento, invocat, hiſce verbis: "Tu quidem, ô Domine, "minime ignoras, quod fruſtra viribus aut cogi"tatione humana nitimur, ut mala præſentia vi"temus atque effugiamus. Sed jam tuum eſt ali"quid plane ſalutare exercitui expedire, qui tuæ "obſequendo voluntati Ægyptum reliquit. Nos "enim, alia omni de ſpe dejecti, & conſilio de"ſtituti, ad te ſolum confugimus, opem tuam "implorantes: & *jam* ſuſpenſis animis exſpecta"mus quid tua nobis conſtituat providentia, ut "ex Ægyptiorum ira furentium manibus eripia"mur. Quicquid autem hoc ſit quam ocyſſime "veniat, tuam nobis potentiam oſtendens: atque "populo, ex rerum deſperatione in pejus labenti, "animos reſtitue, & in ſalutis ſpem fiduciamque "erige. Non in aliis ſumus difficultatibus, quam "quas tua habes in poteſtate: nam tuum quidem "eſt mare, tuus vero & mons qui nos circumdat. "Ita ut hic quidem, te jubente, aperiri poſſit; "mare vero in terram converti. Poſſumus etiam "per aërem ſublimes ferri & evadere, ſi eo modo "nos ſervari velit tua potentia.

Τοσαῦτα εἰπὼν ἦλθε αὐτὸς [e] ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τ Αἰγυπτίων ὁρῶντων. [v] ἐν ὄψει τε γὰρ ἦσαν, καὶ, τῷ πόνῳ τεταλαιπωρημένοι τ διώξεως, εἰς τὴν ὑστεραίαν τὴν μάχην [x] ὑπερβάλλεσθαι καλῶς ἔχειν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δ' πρὸς τῷ αἰγιαλῷ Μωϋσῆς ἐγεγόνει, λαὸν τὸν βασιλέως [y] τ Θεὸν ἱκέτευε, καὶ σύμμαχον καὶ βοηθὸν ἐπάλλ [z] λέγων· "ἴσθ' αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖς, "[a] ὦ δέσποτα, ὅτι φυγεῖν ἡμῖν ἐκ τ παρόντων ἔστι κρεῖ"ττον καὶ κατ' ὑπόνοιαν ἐστὶν ἀνθρωπίνην. ἀλλ' [b] ἤδη "τι πάντως σωτήριον σπουδῇ, [c] τῷ κρείττονι τὸν βέ"λτιστον ἀφέντα τὴν Αἴγυπτον, σὸν ἔργον ἐπιτελεῖν. ἡμεῖς "τε ἄλλων ἀπεγνωκότες ἐλπίδα καὶ μηχανὴν, εἰς σὲ "μόνον [d] καταφεύγομεν· καὶ εἴτε θεῶν τ σῶν "ἀφροσύνῃ ἔλθοι ἐξαρπάσαι [e] τ Αἰγυπτίων ὀργῆς ἡμᾶς "δικαίαν ἀφορῶμεν. ἀφίκοιτο δὴ τοῦτο ταχέως, τὴν "σὴν ἐμφανίζον ἡμῖν δύναμιν· καὶ τ λαὸν, ὑπὸ ἀνελ"πιστίας καταπεπλωκότα πρὸς τὸ χεῖρον, ἀνάρσιον εἰς "εὐθυμίαν, καὶ τὸ πρὸς τ σωτηρίας θάρσος. [f] ἐν σοὶ "ἀλλοτρίοις δ' ἐσμὲν τοῖς ἀπόροις· ἀλλὰ σὴ μὲν ἡ θά"λασσα, σὸν δὲ τὸ προκλεῖον ἡμᾶς ὄρος. ὡς ἀνοιγῆναι "μὲν τοῦτο σὸν κελεύσαντος, ἁπόρρωγῆναι δὲ καὶ τὸ πέλα"γος. εἶναι δὲ ἡμῖν ἀπόδρασιν καὶ δι' ἀέρος, δόξαν "ἰσχύι τῇ σῇ τοῦτον ἡμᾶς σώζεσθαι τ τρόπον.

Mare rubrum virga percuſſum ſinu patente refugit.

quos in ſe populum collaturum eſſe viderat, ſoli Dei miniſterio ſemet addixit. Et adſcenſu quidem in montem Sinæum abſtinuit; in tabernaculum vero ingrediens, de iis reſponſa retulit quæ à Deo *ſupplex* rogabat: & hominis privati habitu contentus, & cæteris omnibus magis adhuc unum è populo referens, idque agens ut nihil ab aliis differre exiſtimetur, niſi quod *communi* eorum ſaluti proſpicere videretur. Præterea autem vivendi rationem deſcripſit & leges poſuit, quibus obſervandis & Deo placere poſſent, & vitam inculpatam agere. Iſta autem *omnia*, Deo illi dictante, ordinavit. Nunc igitur ad vitæ inſtituta legeſque orationem converto.

9. Veruntamen quod de Pontificis veſtitu prætermiſi, *prius* perſequi volo: nam is omnem prophetis fraudem & præſtigiarum anſam præcidebat. Verum ſi qui eo devenerint ut Dei auctoritate abutantur, Deo quidem liberum reliquit, quando ſacris intereſſe velit vel non adeſſe: id quod non Hebræis ſolum manifeſtum eſſe voluit, ſed & alienigenis qui huic forte ſpectaculo intervenirent. Nam ex lapidibus, quos ſuper humerum Pontificem ferre prædixi, (erant autem ſardonyches, atque eorum naturam oſtendere ſupervacuum puto, cum à nemine ignorentur) contigit ut alter micaret, quoties Deus ſacrificiis *propitius* adeſſet, qui in dextro humero fibulæ vice portabatur; *eximio* fulgore inde exſiliente, ut etiam procul poſitis illuceſceret, cum prius lapis eo careret ſplendore. Et certe hoc ipſum admirationem meretur apud omnes, qui non ex contemptu religionis ſapientiæ opinionem aucupantur. Sed quod hoc *multo* mirabilius eſt jam dicturus ſum. Nam per duodecim lapides, quos in pectore Pontifex Eſſenæ adſutos geſtat, Deus victoriam pugnaturis prænunciabat. Tantus enim ex iis † effulgebat ſplendor, cum nondum exercitus moveretur, ut toti populo manifeſtum fuerit, eorum auxilio adeſſe Deum. Unde & Græci, qui noſtras ſolennitates reverentur, quod ne quidem hiſce contradicere potuerint, Eſſenen appellant Λόγιον *Oraculum*. Ceſſavit autem Oraculum & ſardonyx fulgorem emittere, annis jam ‡ ducentis antequam ego hæc

Oraculum ceſſavit annis 174. ante excidium Templi ſecundi.

ἐώρα τὸ πλῆθος αὐτῷ παρέχειν ἕτοιμον, πρὸς μόνῃ [r] τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ διετέλει. καὶ τὸ μὲν εἰς τὸ Σιναῖον ἀνόδων ἀπείχετο, εἰς ἣ τὴν σκιρὴν εἰσιὼν, ἐχρηματίζετο περὶ ὧν ἐδεῖτο παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἰδιωτεύων καὶ τῇ στολῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἄγων ἑαυτὸν δημοτικώτερον, καὶ μηδὲν βουλόμενος τῶν πολλῶν διαφέρειν δοκεῖν, ἢ μόνῳ τῷ προνοεῖσθαι αὐτῶν βλέπεσθαι. ἔτι δὲ τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους ἔγραφε, καθ' οὓς κεχαρισμένως τῷ Θεῷ βιώσονται, μηδὲν ἀλλήλοις ἐγκαλεῖν ἔχοντες· ταῦτα μέντοι καὶ τῶν ὑπαγορεύσιν ἔχοντος Θεοῦ συνετάξατο. διέξειμι μὲν οὖν περὶ τῆς πολιτείας [s] καὶ τῶν νόμων.

Θ'. Ὃ μέντοι περὶ τῆς [t] τοῦ ἀρχιερέως στολῆς παρέλιπον, διελθεῖν βούλομαι· εὐδαιμόνει γὰρ [v] προφητῶν κακουργίαις [x] καταλέλοιπεν ἀφορμήν. εἰ δέ τινες τοιοῦτοι γένοιντο παρεγχειρεῖν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀξιώματι, αὐτοκράτορα [y] δὲ εἶναι τὸν Θεὸν συμπυνθάνεται [z] τοῖς ἱεροῖς [a] κατέλιπεν, ὁπότε θελήσοι, καὶ μὴ παρεῖναι· ὃ [b] τοῦτο δὲ ἐν Ἑβραίοις δῆλον εἶναι μόνον ἠθέλησεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξένοις συμπυνθάνεσθαι. τὸ γὰρ λίθων ὡς ἔπὶ τῶν ὤμων φέρειν τὸν ἀρχιερέα προεῖπον· [c] σαρδόνυχες ἦσαν, καὶ σημαίνειν αὐτῶν τὴν φύσιν ἡγεμονικὸν πρόσωπον, πᾶσιν εἰς γνῶσιν ἀφιγμένων· συνέβαινε λάμπειν, ὁπότε τὴν ἱερουργίας ὁ Θεὸς [d] παρὴν, τὸ ἕτερον τὸ ἐπὶ τῷ δεξιῷ τῶν ὤμων πεπορπημένον, αὐγῆς ἀποπηδώσης καὶ τοῖς πορρωτάτω φαινομένης, ὃ πρότερον ταύτης ὑπῆρχεν τῷ λίθῳ. θαυμαστὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο τοῖς μὴ τὴν σοφίαν ἐπ' σκαυλισμῷ τῶν θείων ἠσκηκόσιν. ὃ δ' ἐστὶ τούτου θαυμασιώτερον ἐρῶ. Διὰ γὰρ τῶν [e] δώδεκα λίθων, ὡς κατὰ στίχον ὁ ἀρχιερεὺς [f] ἐνερραμμένους [g] τῷ ἐσθῆτι φορεῖ, νίκην μέλλουσι πολεμεῖν προεμαίνουεν ὁ Θεός. [h] τοσοῦτον γὰρ ἀπήστραπεν ἀπ' αὐτῶν αὐγὴ μήπω τῆς γραπτῆς κεκινημένης, ὡς τῷ πλήθει παντὶ γνώριμον εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν Θεὸν εἰς τὴν ἀπόκρισιν. ὅθεν Ἕλληνες, οἱ τὰ ἡμέτερα τιμῶντες ἔθη, διὰ τὸ μηδὲν ἀντιλέγειν δύνασθαι τούτοις, τὸν ἐσθῆτα λόγιον καλοῦσιν. [i] ἐπαύσατο μὲν οὖν ὅ τε ἐσθὴς καὶ ὁ σαρδόνυξ τῆς λάμπειν [k] ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταυτὶ ἐμὲ γράφειν τὴν γραφήν, τῆς Θεοῦ

[r] Τῇ τοῦ Θεοῦ] Articulum τῇ adjecimus ex *Big. Samb.* & *Vat.* ut &, poſt v. ſex, articulum τὰς ante νόμους.

[s] Καὶ τῶν νόμων.] Καὶ τῶν νόμων αὐτῶν legerat *Vet. Interpr.*

[t] Τῆς ἀρχιερέως] Illud τοῦ pariter ex *MSS.*

[v] Προφητῶν] Συκοφαντῶν κακουργίας κατέλιπεν ita ſponte mutarunt *Big.* & *Samb.* quod cæteri ex ſententia Joſephi expreſſerant σοφῶν κακουργίας καταλέλοιπεν ἀφορμήν. Aut indiligenter factum eſt συκοφαντῶν, ex ὑποφητῶν ipſius Flavii. *Epiphanius Prophetarum* reddidit. BERN. Συκοφαντῶν κακουργίας κατέλιπεν *Big. Samb. (Coll. Voſſ.)* & *Vat.* Forſan tamen factum eſt συκοφαντῶν ex ὑποφητῶν *Joſephi.* In melioribus *Epiphanii* codicibus *prophetarum*, in aliis *detrahentium.*

[x] Καταλέλοιπεν] Κατέλιπεν *Big.* & *Samb.* HUDS. Forte, κατέλιπε μάρτυρας vel quid ſimile. Senſus: Deus, ſi quis falſus Propheta ſub nomine Dei loqui falſa tentaret; voluit ſacerdotes eſſe teſtes, in ſua poteſtate eſſe, adeſſe, ſi velit, vel abeſſe: & hoc non tantum Hebræis, ſed & peregrinis, qui adeſſent, voluit conſtare. COCC.

[y] Δ' εἶναι] Forte δὴ εἶναι. COCC.

[z] Τοῖς ἱεροῖς] Τοῖς ἱεροῖς *Big. Samb.* & *Epiphanius.* τὰς ἱερὰς Editionum par. *Samb.* tamen ita diſtinguit κατέλιπεν· ὁπότε θελήσοι ἢ μὴ παρεῖναι· καὶ τ &c. BERN. Ita ex *Big.* (*Coll, Voſſ.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* in *Editis aliiſque* τὰς ἱερὰς.

[a] Κατέλιπεν,] Fortaſſis an verbum κατέλιπε huc deſcenderat ex verſu ſuperiori κατέλιπεν ἀφορμὴν: nam ſine incongruo abeſſe poteſt, vel jam adeſſe. Quinimo id adſeruit interpres Scholaſticus, *ſcire dereliquit.* BERN. Verbum κατέλιπεν ex ſuperiori verſu huc deſcendiſſe cum *Bernardo* ſuſpicor, nam ſine incongruo abeſſe poteſt, vel jam adeſſe. Quinimo id aſſeruit *Vet. Interpr.*

[b] Τοῦτο δ' ἐν] *Baſ.* & *G.* τοῦτ' ἐν & mox τὸ ἢ *Hen.* & *Busb.*

[c] Σαρδόνυχες] Hic σαρδωνυχες in pleriſque *MSS.* contra *Vat. Baſ.* & *G.* & utriuſque linguæ poëtas. BERN. & HUDS.

[d] Παρήν,] Παρῇ *Samb. Big.* παρεῖ *Baſ.* & *Gen.* παρείη *Hen.* & *Busb.* BERN.

[e] Δώδεκα λίθων,] Conſimilia narrat *Nicephorus* in *Eclogis*, & *Georgius Syncellus:* atque ante eos *Chryſoſtomus* orat. tertia *adv. Judæos*, *Theodoretus* in *Quæſt. Biblicis* haud ſemel, & *Cyrillus Alexandrinus* lib. XI. *de Adorat. Spirit.*

[f] Ἐνερραμμένους] Ἀνερραμμένους *Busb.* & *Hen.* ὑπερραμμένους ritu Attico *Big.* & *Samb.* Editores ὑπεσταλμένους, ut Græcum vulgus. BERN. Sic *Big.* & *Samb.* ritu Attico. ἀνερραμμένους *Hen.* & *Busb.* ὑπεσταλμένους *Baſ.* & *G.*

[g] Τῷ ἐσθῇ] Τῷ ἐσθῆ *Samb. Baſ.* & *Gen.* τῷ ἐσθὶ jam nunc *Big.* atque mox in quarto caſuum τὴ ἐσθῆνα codex omnis. τῷ ἐσθῖ *Busb.* atque *Hen.* Reponere malui ἐσθῇ & ἐσθῆνα, ut alibi libri noſtri. Variant enim nimium Librarii in vocibus ignotis. ἐσθὶ vero eſt שחי, ἐσθῆς שחין à Syris. Statim νίκη *Hen.* Et poſt paucos verſus *Busb.* γνώριμον εἶναι τῷ παρεῖναι τὸ Θεὸν &c. BERN. Ἐσθῇ, ut & mox ἐσθῆνα & ἐσθῆνες cum libris noſtris alibi reponere placuit ex Syris pro ἐσθῆς, ἐσθῆνα & ἐσθῆ, quæ omnia hic loci repræſentant, excepto quod infra paulo ante finem ἐσθῆνες habeat *Vat.*

[h] Τοσαύτη] Non is ſum ego, qui *Joſepho* (ut aliis ſolenne eſt) hac in parte falſi notam auſim inurere; cum fortaſſe Deus, qui *piſcinam Bethesdæ* Judæis reliquam fecit, ut ſe omnem populi ſui curam non abjeciſſe teſtaretur, hoc etiam miraculum (aliis tum prophetiis ceſſantibus) exſtare voluerit.

† *Effulgebat ſplendor,*] Vide *Philonem Jud. de Monarchia* lib. 2. *Chryſoſt.* 37. adverſus Judæos, & *Auguſtinum* lib. 2. Quæſt. ſuper Exodum. Adde *Prideauxii* Connex. Hiſt. V. & N. T. part. 1. p. 154. &c. HUDS. in *Add.*

[i] Ἐπαύσατο] Splendorem illum, utpote qui non totam oraculi hujuſce naturam compleverit, poſt Captivitatem, quâ *Urim* & *Thummim* cecidiſſe dicuntur, permanſiſſe veriſimile facit *Spencerus* in Diſſertat. *de Urim & Thummim.* cap. 4. §. 8.

[k] Ἔτεσι διακοσίοις] Annis 200. ante Joſephum lucere deſierunt. At erant nihilominus lapides in pectorali Pontificis, quod & Talmudici fatentur; ſed oracula Deus per illos non edidit. Ne quis errorem in numeris ſuſpicetur, ſciat & Syncellum in chronico ita ex Joſepho citare pag. 134. REL.

‡ *Ducentis*] Vide *Caſaub.* contra *Baronium* p. 231. HUDS. in *Add.*

Θεῷ] δυχερεάνατ☉ ἐπὶ τῇ ϖ☽αβάσει τῶν νόμων · πε- conſcriberem, cum Deus moleſte ferret tranſgreſſio-

l Δυχερεάνατ☉] Δυχερεώνοτ☉ *Hen.* Hæc ita delibavit Nicephorus in Eclogis ſuis, Τὰς ἐπὶ τ῎ ὤμων ☿ ὀχιαρείας ὀυο σαρδώνυχας, ϗ τὰς ιβ'. λίθυς τὰς ἐπὶ τῷ ϛήθ☉ σημαίνειν ἀει ☽ἀφ᾽ ἑ αὐγῆς ἢ ϗ ἑ ἐπισκοπῆσεως ῎ ἰσομένων ὅς τε πόλεμον ϗ ῎ λοιπῶν τὸν ἔκ☽Ζιν· ϗ ☽ἀφ᾽ τοῦτο λόγιον λέγεσ☽ τὸ ἐπὶ ☿ ϛήθυς. παύσασ☽ ☿ τὸν τοιαύτην ϖ☽εργείαν ϖ☽ ἐτῶν σ'. ☿ ταὐ☽ ἑ ἰώσηπ☉ γράψας, ἀμαρτῶντ☉ ☿ λαῶ. Similiter Georgius Chronographus, ϖ☽ὶ τούτ☉ ☿ λογίου φησὶν ἰώσηπ☉ ὡς πρίτ☉, ὅτι οἱ ὀυο σαρδώνυχες οἱ ἐπὶ ῎ ὤμων ὀχιερέως, ϗ ἐπὶ ☿ ϛήθυς δωδεκάλιθ☉, λόγιον ϖαλῶ· ☽ἀφ᾽ τὸ σημαίνειν ἔν τε ἑ αὐγῆς τὰ χρηϛὰ, ϗ ὡς ἑ σκοιήσεως τὰ θεῖα ὡς πολέμους ϗ ἄλλοις ϖαθήμα☽ι τῷ ἰσρα☽λ. ἡ ☿ τοιαύτη σημασία, δήλωσις ἐλέγ☽θ ϗ ἀλήθεια, ὡς τῷ λογίῳ θεόθεν ἀϖαφαινομένη· ἥτις ϗ ἀμεῖβας ☿ λαῶ, φησὶν, ἐϖαύσα☽ο ϖ☽εργῆσα ἑ ἰωσήπου χρόνων ϖ☽ὸ τεσσ ἔτεσ☽ ☽ἀϛοχείοις. Nec alia mente dixit prædicator χρυσορρήμων concione tertia adverſus Judæos, Κείσθω γ᾽, ὅτι τὰ τείχη κατέσκαψαν ἄνθρωποι, —— μὴ ϗ τὰς ϖ☽οφήτας ἄνθρωποι ἔϖαυσαν; μὴ τὴν ☿ πνεύμα☽ος χάριν ἀνεῖλον; μὴ τὰ ἄθλα τὰ σεμνὰ τὰ ϖαρ᾽ ὑμῖν αὐτοὶ κατέλυσαν; οἷον τὸ φανὲν ὡς ☿ ἱλασηρίου φέρειν τὸν ἐπὶ τῷ χείσμα☽ι ϑυμιώμενον ϖ☽ὸ ἐργείαν, τὸν δήλωσιν (אורים) τὸν ἐπὶ ῎ λίθων ☿ ἱερέως; ὁ γ᾽ ἄνθρω☽ος εἰς ῎ ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα ὅλον τὸν ἐπὶ ῎ θυσίας ☽ἀφανίαν ἐπλήρω. ϗ ϖάλιν ἀνὰ μέσον ῎ χερουβεὶμ ὡς ☿ ἱλασηρίου φωνή τις ἐφέρε☽, ϗ τὰ μέλλοντα ϖ☽ὸ λεγε. ϖάλιν ἐπὶ ῎ λίθων ῎ ἐπὶ ☿ ϛήθυς ☿ ὀχιερέως, ὅσ☽ερ ἐκάλυν δήλωσιν, ἐγίνε☽ τις ἔκλαμψις, ϗ τὰ μέλοντα ἐσήμαινε. ϖῶς τοίνυν, λοιϖὸν χείσε☽ ἔοι, ἢ ☿ ϖαιδείας χάρις ἐρίπτο☽ ϗ τὸ ἅλμυον ὠσεϖήδα, ϗ ϖῶς ☽ὴ τούτοις διηκόνυν τοῖς ϖαίσμα☽ι. Doctiſſimus etiam Theodoretus in Quæſt. Biblicis haud ſemel, ὡς ☿ τῷ ϛήθ☉ τὸ καλούμενον λόγιον, λογικὸν συγκαλύϖ☽ον ϖαρδίαν. ἔοικε ☿ ϗ τοῦτο ιβ'. λίθυς ϖ☽οσημοσμένυς, ☽ἀϕορεῖν ἔχοντας χρείαν. ☽ἀφ᾽ ☿ τούτων ἐδηλοῦ ϖολέμου συμϖερηθέν☉ ἢ νίκη ἢ ἧτ☽α· ϖ☽οσάγαγε γὰρ φησὶν ὁ σωὴλ τὸ ἐφούδ. εἶτα τὸν νικὴν μαθὼν ἐϖῆγαγε, συνάγαγε τὸ ἐφούδ· ϗ ὅτως ἐξώπλιζε ☿ λαόν. ☽ἀφ᾽ τοῦτο εἰρηκὼς ὁ ☿ ὅλων θεός· ϗ ἐϖιθήσεις (Ex. c. 28.) τὸ λόγιον ☿ κρίσεως ἐϖὶ τὸ ϛῆθ☉ ἀαρων, ϗ συνάψεις αὐτὸ τὸν δήλωσιν ϗ τὸν ἀλήθειαν. ϗ δήλωσιν ϖ῎ ἐκάλε☽ τὰ σκεῦθαι μωὺμα☽α· ἀλήθειαν ☿, ☿ μωυμάτων τὸ ἀψευδές. Dein Procopius ad Exodi c. 28. 30. Καὶ ἐϖιθήσεις ἐϖὶ τὸ λογεῖον ☿ κρίσεως τὸν δήλωσιν ϗ τὸν ἀλήθειαν. *Incertum eſt*, inquit, *an alii hic intelligendi ſint lapides, vel capienda ſit duorum nominum quaſi in tabella quadam inſcriptio*: ſic interpres non optimus. Et alibi, δότε λαὶ δῆλυς αὐτῷ ☾ ἀλήθειαν. *Inter* XII. *enim lapides in pectorali ſitos* Claritas *erat* & Veritas, *per alios duos lapides repræſentatæ*. Hæc aſſerit Theologus Gazæus propter Cyrillum Alexandriæ, qui lib. XI. de Adorat. Spiritali inter alia narrat: Καὶ ϖῶς γε τούτοις συναναπλέκε☽θαί φησι ϗ ἑτέρους ταῖς ιβ'. λίθοις ϖ☽οσεικάζ☽θ, λέγων· ϗ ἐπιθήσεις ἐϖὶ τὸ λογεῖον ☿ κρίσεως τὸν δήλωσιν ϗ τὸν ἀλήθειαν. ὃ μὲν ὅτι ϗ ☽ἀμφιβάλλυσι συναγωγὰς, ϖότερον δὴ λίθους ἢ ὡς ἐν μικρῷ ϖιναξίῳ γλυφὰς ϖ☽οσέοικεν. Paulo poſt idem Patriarcha, εἴτ᾽ οὖν εἶσι ϗ ταῦτα (δῆλυς intelligit) λίθοι, εἴτ᾽ ὡς ἐν πίναξι χρυσῇ ☿ ὀνομάτων γραφῇ, ϖολυπαθῶς ☽ἀφ᾽ ὑ λέγει ὁ λόγ☉. Verum ille ad Oſeæ c. 3. paulo fidentior, εἶτα ϖ☽οσέταχεν ἐξ ὀνόμα☽ ☿ φυλῶν ιβ. τῷ τεχνήμα☽ι σοφῶς ἐντέχνως ὑφάναν λίθυς· δύο γε μὴν ἑτέρους μέ☽αξὺ ☿ ἄλλων, οἷς ἓν ὀνόμα☽α ἡ δήλωσις ϗ ἡ ἀλήθεια. Adamantius etiam ex hoc myſterio ſuum φιλωνισμὸν & allegorizandi cacoethes acriter defendit, Λογεῖον inquit hom. VI. in Lev. *ſapientiæ ſtudium eſt, quia ſapientia in ratione conſiſtit: ſed quæ ſit ſapientiæ hujus & rationis virtus oſtendit. Impoſuit enim ſuper eum Logium, & impoſuit ſuper Logium manifeſtationem & veritatem. Non enim ſufficit Pontifici habere ſapientiam & ſcire omnium rationem, niſi poſſit etiam populo manifeſtare quæ novit, &c. Hoc eſt ergo* ſuperpoſuiſſe rationali manifeſtationem & veritatem. *Infelices illi, qui hæc legentes, omnem intelligentiam ſuam erga ſenſum veſtimenti corporalis effundunt. Dicant nobis quale eſt veſtimentum manifeſtationis, aut indumentum quale eſt veritatis? quæ mulieres iſta texuerint, in quo hæc unquam ſint confecta textrino?* De *Eſſene* inſuper hæc inſeruit Græculus quidam Lexico Suidæ contra Manuſcriptorum fidem, loco non ſuo ad ἐπῳδὴ, quod nugacius eſſe arbitror, quam jam repeterem inde, vel de Quæſtionibus Anaſtaſii Niceni, aut de adſumento Epiphanii p. 250. vol. 2. Conſtat tamen iſtum συζητητὴν ex commentariis Cyrilli Alexandrini corrupiſſe ſententiam veterem, maxime ubi ait, ὁ ☿ ἱερεὺς ϗ ϖολείϖων εἰς τὸ ἐφοὺδ, ἐρώτα ☿ ϑεόν. ϗ εἰ μὴ ἄρεσον λῷ τῷ ϑεῷ τὸ ἐρώτημα, εὐθέως ἔσ☽αψεν ὁ ἀδάμας λίθ☉, ϗ ἰφιγγοβολῇ ἀκτῖνας ϖέμϖων. εἰ ☿ σὺν ἄρεσον, ἔμενεν ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ὁ λίθ☉. Prope hinc abeſt opinio Saxonis doctiſſimi Bedæ. *Pones autem in rationali judicii doctrinam & veritatem. Ideo* doctrina & veritas *in rationali judicii ſive literis impreſſa, ſeu nominis tantum ſacramento erant impoſita, ut Pontifex eadem veſte indutus meminiſſet ſe rationibus doctrinæ & veritatis inquirendis per acceptum ſacerdotium fuiſſe conſecratum. Ut quod exterius typicum in veſte præfulgebat, intus in corde veraciter expreſſum coruſcaret.* Βαθὺ ☿ λογεῖον τὸ χρῆμα (ut cum Cyrillo & Abeneſdra dicam) ſolicitum habuit S. Auguſtinum, *In quali re vel metallo poneretur ſuper rationale* (haud intra ipſum) *Demonſtratio & Veritas, quoniam talia dicit fieri in veſte ſacerdotis quæ corporaliter fiunt, invenire difficile eſt.* *Fabulantur tamen quidam, lapidem fuiſſe, cujus color ſive ad adverſa ſive ad proſpera mutaretur, quando ſacerdos intrabat in ſancta: & hoc eſſe quod ait, Et afferat Aaron judicia filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum; oſtendens videlicet in illa Demonſtratinne & Veritate, quid de illis judicaverit Dominus. Quanquam poſſit intelligi Demonſtrationem & Veritatem literis impoſitam ſuper Logium.* Talia refert Doctor Occidentis. Reſponſi itaque *certi clarique* ſymbolum, ut veri Dei oracula eſſe poſſunt, aut etiam argumentum *ſapientiæ* ac *probitatis* Pontificis Hebræi, (prout gemmea illa ἀλήθεια, quam à collo Sacerdotis Judiciſque pariter ſummi Ægyptiorum dependiſſe legimus, mentem æqui prudentem atque tenacem denotabat,) האורים והתומים. *Urim vethummim*, quod eſt *lumina & perfectiones*, φῶτομοι καὶ τελειώσεις in ſevera Tranſlatione Aquilæ, δῆλοι (unde forte Oraculo Apollineo nomen,) & quandoque δήλωσις καὶ ἀλήθεια LXXII. Alexandrinis, convenientius quidem periapto Sapphirino Præſidis Ægyptii, aut *doctrinæ & perfectio* in Vulgatioribus Bibliis Latinorum, poſt Joſephum de *luce mera, mira, ac perfectiſſima*, haud diverſa de re exponunt Origines, Chryſoſtomus, Hieronymus, Chriſtianorum quidam alii, & ex Magiſtris Judæorum non pauci. Nemo enim adhuc auſus erat in plicas Sacratiſſimi Thoracis icunculas fatidicas aut par homuncionum Magicorum ante Abeneſdram Aſtrologorum inducere. Hic vero pro אורים ותומים ſubſtituit τελέσματα χαλδαϊκὰ & μορφώματα (quomodo Aquila תרפים interpretatus erat) צורות שיעשו בעלי הכוכבים, referente ad Legem Nachmanide, non Maimonide, quod viri docti ſcribunt. Quorſum ægrius fero ab aliquot Chriſtianorum Doctorum tam pravam conjecturam Abrahami Judæi prolixo ac ſedulo opere defendi, & unicum à rerum conditu verum verequé venerandum Oraculum in ſacerrimum idololatriæ argumentum converti. Prudentius ſane, ſi hiaret unquam latus dextrum Pectoralis, Dei Summi nomen τετραγράμματον, quod Uzielides, Jarchius, Levis Gerſonis, & Iſaacus Aramæ, aliique fecerunt, aut hoc nobile attributum, divinum hunc titulum, ὄνειμι ὑϑυμμίμ, τὸ φῶς ϗ τὸ τέλειον, aut *Lumen puriſſimum perfectiſſimumque*, ὅτι ὁ ϑεὸς φῶς ἐϛὶ, 1 Joh. 1. 5. vel Jus etiam δικάλογον, meliori an manu quam Beſeleli in tabella aurea gemmeave expreſſum, loculo ſacro indere. Prudentius porro cum Saliano & Græcis quibuſdam juxta duodecim gemmas ſolidi & clauſi undique Logii, ſic volunt *Urim & Thummim* literis ſcriptis adfigere. Non poterant equidem expedire ſe Judæi abs criminationibus Philoſophorum, ſi Abeneſdræ opinio increbuiſſet uſquam, non Idololatriam prorſus evitare & ſuperſtitionis Ægyptiacæ perridendam mimeſin; neque ſe tueri ipſum Pontifex Dei contra verba digiti Divini, ὑ ποιήσεις σεαυτῷ פסל εἴδωλον, ὑδὲ ϖαντὸς ὁμοίωμα: aut dicto Strabonis hominis incircumciſi de Lege eadem, ἐὰν δεῖ ϖᾶσαν ξοανοποιΐαν. Idola tamen ſunt tui Teraphim, vir docte: Urim tui ſunt ſimulacra, ſunt ſculptilia. Quis interim Hebræorum vel Sacerdotum, ſeverus licet & cunctator, imagines fata eloquentes & ἀνθρωπίσκους victoriarum ſponſores illubenter adoraret, tanquam rem ſanctiſſimam Deoque plenam? Aut ex contrario, quis prudens ſcienſque Antiſtes talia teleſmata ſuo de pectore confeſtim non rejectaret odio merito vanitatis Ægyptiæ? Refutat etiam egregie commentum illud toties à Reverendo Viro vocatus laudatuſque Diodorus ſuæ Bibliothecæ libro XI. ἄγαλμα ☿ ϑεῶν τὸ σωμάλον ὑ κατισκάζ☽ειν ὁ μανὸς· ☽ἀφ᾽ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι ☿ ϑεόν. τὰς ☿ ϑυσίας ἐξηλλαγμένας συνισησ☽θ ☿ ϖ☽ὸς τοῖς ἄλλοις ἔθνε☽, ϗ τὰς ϗ ☿ βίου ἀγωγάς. ☽ἀφ᾽ γὰρ τὸν ἰδίαν ξενηλα☽είαν ἀϖάνθρω☽ον τινα ϗ μισόξενον βίον εἰσηγήσατο. Fatetur etiam Strabo Moyſen inter ſuos Religionem & cultum inſtituiſſe liberum quidem ϑεοφορίαις ϗ ἄλλαις ϖαγμαλείαις ἀτόποις, liberum itaque duobus geniis Chr. Caſtrenſis. Falluntur autem nimium noſtrates Hegus & Spencerus, quod Philonem Judæum ſuæ ſententiæ patronum exiſtiment, aut ejus hæc verba de idolorum quorundam theca interpretentur, τὸ ☿ λογίον τετράγωνον διπλοῦν κατεσκεύαζε͂το, ὡσανεὶ βάσις ἵνα δύο ἀρετὰς ἀγαλματοφορῇ, δήλωσίν τε ϗ ἀλήθειαν. Quod eſt Spencero Paraphraſtæ, *Logium eo ſine duplex factum, ut illius fundum vel medium* (at nihil tale, concavum nihil intellexit Judæus dixitve, ſed pannum firmitatis cauſa duplum, quo lapides bis ſex cum ſuis palis recte ac fortiter ſuſtineret) *eo felicius duabus imaginibus ferendis inſerviret: quæ quidem imagines Manifeſtatio & Veritas dictæ ſunt.* Alioquin ait ſe neſcire *cur λογίον ἀρετὰς ἀγαλματοφορεῖν, virtutes quaſi in imaginibus ferre* dixerit. Aliter tamen Origenes, Hieronymus, Beda, S. Eccleſiæ Patres alii Græci Latinique ſentiebant, qui ob animum oculoſque habuerunt verba illa Philonis. Quinimo qualem rem putarit eſſe δήλωσιν ϗ ἀλήθειαν, ipſe Philo exponit p. 824. ubi phraſis magis claret, quam aliquis judicii non intercepti aut Græce callens obſcuram & difficilem ſentiat. Ecce illum libro II. de Divina Monarchia, ſeu contra Idololatras. σύμπας ☿ ὁ τόπ☉ καλεῖ͂ λογεῖον ἐτύμως· ἐπεὶ τὰ ϗ ὁρατὰ ϖάντα λόγοις καὶ ἀναλογίαις δεδημιούργῆ καὶ συντέτακ☽. ἐπὶ ☿ ϗ λογεῖα δὶς ἓξ ὑφάμα☽α καϑαποικίλλ, ϖ☽οσαγορεύων τὸ μὲ δήλωσιν, τὸ δ᾽ ἀλήθειαν. αἰνίττε͂ ☿ ☽ἀφ᾽ μὲ τὰ ἀληθείας, ὅλα ὁρατὰ τὸ ☽ἀφάπαν ψεῦδ☉· ἐπιδείκνυσι δ᾽ ϑεμένη· ☽ἀφ᾽ τὰ δηλώσεως, ὅλα αἱ κατ᾽ ὁρατὰ φύσεις ἕκασα δηλῦσι ☿ ϖαρ᾽ ἡμῖν, ἃ καϑ᾽ αὑ☽ϖάντως ἂν λῷ ἄγνωσα. Dixerat idem p. 670. ex Tralatione LXXII. Alexandrinorum, *Logium quadratum duplexque fecit, inſtar baſis, quo virtutes geminas Manifeſtationem inquam & Virtutem ſuſtineret.* Sic vertenda ſunt Græca ſuperius memorata. Quippe baſium & firmitas & figura quadrata eſſe ſolet: at loculi ratio omnis excluditur. Iterum p. 672. χῆμα ☿ τετράγωνον τῷ λογείῳ. χρὴ γὰρ τὰ ϖ☽ὸ φύσεως λόγον ϗ ☿ ϗ ἀνθρώϖ☉ βιϐηκέναι ϖάϑη ϖαρ᾽ ὃ ϗ τὰς εἰρημένας ἀρετὰς ϖ☽οσεκλήρωσεν αὐτῷ, δήλωσίν τε καὶ ἀλήθειαν. ὃ μὲν ἀπὸ καὶ δυσὶ λόγοις τοῖς καϑ᾽ ἕκασον ἡμῶν, δύο ἀρετῶς ἀπέντιμε οἰκείας. τῷ μὲ ϖρο͂ϑορικῷ δήλωσιν, τῷ ☿ ϗ ☽ἀμοιβὰν ἀλήθειαν. Ne cogites, quæſo, de imagunculis diploidi Rationalis inferendis, ἀγαλματοφορεῖν ſimplicius ſignificat *geſtare, ferre*, ac *repræſentare*. Leges enim paulo poſt apud hunc Philoſophum, cui quidem id verbum peculiare eſſe videtur & proprium, p. 673. propter

siones legum: de quibus opportunior erit dicendi locus. Nunc autem cœptam narrationem persequar.

ἐν ὧν ἐρῶμεν ἁρμοδιώτερον. τρέψομαι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἐξῆς λόγον.

ι'. Ka-

Ephodam πολυμίτου quatuorque quasi elementis variam, τὸ μίμημα τοῦ κόσμου σύνδυμον, ὀφείλει (ὁ ἀρχιερεὺς) τῇ Δρυσίᾳ τὸ ἀποδεῖγμα διδοὺς ἀγαλματοφορῶν (quod est, *Universi ferens exemplar*) αὐτὸς πρέπον τινὰ ὡς τὸν ἐν κόσμῳ φύσιν μιμήσασθαι, καὶ βραχὺς κόσμος εἶναι. Huc sane respexit Hesychius illo interpretamento, ἀγαλματοφόρος, ὡς ἄγαλμα (φέρων, si volo) σὺν τῇ ψυχῇ. Necnon eadem Suidas & Antonius Philosophus in Lexicis, ἀγαλματοφορούμενον, ἀγάλματα ἤγουν τύπους (ideas) τοῦ νοητοῦ τῶν φέρων σὺν ἑαυτῷ· ὅτως φίλων. ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, hæc & alia veterum Lexicorum; κἀνταῦθα ἁμάρτοι τις, κἄντε εἰκὼν, ἄντε εἴδωλον, opportune addit Etymologus; Eustathius insuper definite ad ιλ. δ'. ἄγαλμα λέγεται παντὶ τῷ ποιητῷ πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται· ὃ ἐκ ὡς ἡ συνήθεια, τὸ ξόανον. Etymologus etiam ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα, ex scholiis majorum ιλ'. δ'. ad optimum vatem. Ita me legisse memini in Apocryphis Bibliorum ἄγαλμα τῆς πολυσχλίας in melioribus codd. pro ἀγαλλίαμα. Pariter ex ipso Philone Hesychius ἀγαλματοφορεῖται, καλλωπίζεται. Fusius adhuc Suidæ Lexicon, ἀγάλματα τὰ τοῦ θείου μιμήματα, καὶ πάντα τοῦ κόσμου τινὸς μετέχοντα. ὁμοίως, βασιλεῖ ἢ καὶ ἄγαλμα. καὶ ἡσίοδος, τὸ ὅρμον ἄγαλμα καλεῖ· εὐριπίδης τὸ ἐπὶ τεχνῆς κόσμον Cippum: ἄγαλμα, εἴδωλον, βρέτας, χάρμα, καλλονὴ, καύχημα, ἀνδριὰς, ἐπιγραφή. Quapropter sidera cœli decora, quæ Templi Dei ἀναθήματα vocat Philo, aliquis gentium ὑφηνὲ ἀγάλματα prius nuncuparat. Quid plura? πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀέθλων, ait Mæonides in Ulysse suo γ'. 274. ἐμμεμαῶτα ὑφαντὰ eadem interpretatur Didymus verus, alii ἀναθήματα, sicut ὀδ. μ, 347. Iterum ὀδ. τ. 257. κεῖνῳ ἄγαλμ' εἶναι, *quo ornaretur*. Nec omittas incomparabilis Poëtæ versum de indumento non dissimili *Rationalis* Hebraici, ὀδ. σ. 299. Ἰθυντὸν λιτὸν θεράποντα φορεύμενος ἀγάλματα, *Monile servus adportabat, perpulchrum sane ornamentum*. Modeste quidem Magnus Grotius ad Oraculum Pontificale retulerat *Veritatem Sapphirinam*, quæ ob pectus Judicis Ægyptii rite dependebat, tanquam imitamen impotens ac puerile: at majori mox fiducia, majori adhuc errore Spencerus ac Marshamus nostri à gemma illa Ægyptia Divini Urim originem audent deducere. Sive tamen huc traducas, sive illuc, aliena erit Tralatio ac violenta. Aptabatur enim ad tribunal cervici ἀρχιδικαστοῦ torques pretioso *Veritatis* simulachro gravis, ut insigne necessarium sui officii, jurisque tum dicendi nota. Submonet adeo Historicus Siculus, τοῦ δ' ἀμφιδεσμίου ἦρχον, ἐπειδὰν τὸν τῆς ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς περιθῆται. Præterquam enim quod כלוזי זהב רבו ab omni ævo dabatur rerum Ægyptiarum administratoribus, ut ex Josephi honore paret atque è monumentis Hieroglyptarum, non symbolum ullum aptius, non circumponi potuit collo Præsulis dignius μνημόσυνον Integritatis illius ac Sapientiæ, quas supra cæteros mortales excolere oportet Fori dominos semperque profiterit. Id factum revera retulit Ælianus l. 14. c. 34. *Variorum*; id significatum voluere Hierophantæ. Has etenim ambas virtutes, Fidem dico ac Sapientiam, tum apud Hypophetas Ægyptios tum Bibliorum S. Scriptores aliam vox אמרת & *methmet* i. e. ἀλήθεια interpretando denotabat, sicut in peroratione Josuæ morientis, c. 24. 14. κατεύθυνατε κυρίῳ ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ, βεταμὲ ἀσὲμετ בתמים ובאמרת. Easdem quidem virtutes jam à Deo per miraculum Pontifici suo affusas, dum nomine ejus Responsa redderet, notione eminenti significabant אורים ותומים. Bulla itaque Ægyptia, quod vides, ad Aaronem nostrum neutiquam pertinet, ἀδὲν ὡς; σὐθετιασμὸν. Ex Octateucho equidem Juris patrii, non aliunde pronuntiabat ἀρχιδικαστὴς Ægyptius, melioris partis libello ad icunculam *Veritatis* rite admoto. Præterea Maimonidem in Josephi sententiam concessisse ex Opere Maximo ipsius abunde patet, necnon Josephus Carus Asariasque Idumæus de eo fatentur. Quandoquidem illa Moysis c. 10. §. 10. de *sacra Suppellectile* עשו בבירת שני אורים ותומים כדי להשלים שמנה בגדים ואעפ"י שלא היו נשאלין בהן מפני שלא היתה שם רוח הקדש, *Apparata quidem fuere sub Æde secunda Urim Thummim, haud tamen consulta defectu Sancti Spiritus*, animadvertat auctor *Ceseph Misne* ex c. 1. *Cidduſim* f. 31. fuisse desumpta "בימי בירת שני בקשו חכמים אבנים לאפוד וגו, *Stante adhuc Templo secundo Ascalonitæ petebant Sapientes quæsitum lapides pro Ephoda:* idem plane denotat *Urim* apud Maimonidem, quod in Talmudo *Abanim*. Dein ut pretium hinc æstimes S. Oraculi, mutescentis licet jam ævo extremo Templi & subobscuri, *Demæ gemmario*, sic referunt Doctores Babylonii, *pro parte quadam decoris* διδεκαλίθου *numerabat Rab Cahana* ריגרי זהב *Daricos* 80000 sive sexagies mille libras Sterlingicas. Quapropter c. 9. *Cele micdas*, ubi accurate egerat Maimonides de Essene aliisque vestibus Sacerdotum faciendis, ne verbulum injecit de Urim Thummimve: verum enimvero capite sequente Responsum Divinum אורים dictum & תומים; literis gemmarum eminentibus jam olim editum asserit. Quinettam deplorandæ stultitiæ est Gorionidæ isti fidem ullam habere, qui vel Annio pravior, partim ex Talmude, ex Fl. Josepho partim, sed & ab Historiæ Romanæ scriptoribus pessimis opus illepidum compegit. Pro voce non humana, quam auditam contendit vir doctus Urim consulenti, verba Josephi (cujus liquet satis sententia) πυνθανομένοις ἡμῖν φανὴν ἢ δίδαζιν ὁ θεὸς, de Saulo scisciatore nequam & frustraneo, nequicquam detorquet: quoties enim responsum erat, Dei organon adstitit Pontifex, Dei sententiam elocutus est. Quomodo de Eleazaro narrant Doctores Babylonii in *Baba batra* c. 8. cum olim distribueretur Palæstina inter victores Israelitas: *Dixit hic Præsul Spiritu Sancto dirigente, adstante tum apud illum Josua Imperatore, adscendit Zabulon, simulque Acco sors sua:* pariterque de cæteris tribuum ipse prænuntiavit, והרי מכיון ברוח הקדש ואמר זבולון עולה והחוף עכו עולה עמו וגו" Scholæ quidem Jerosolymitanæ hac de re olim disputabant Gemara Jerosol. *Jomæ* c. 7. sed Moyses duo, Maimonides & Cosensis, aliique Judaici juris consulti sententiam alteram de *literis emissitiis* potiorem faciunt suamque. אירת תניי תני הכתוב בולט מאן דאמר הקול היתה שומע והתא דכתיב וישמע ארת הקול Occurram nunc cæteris Doctorum objectiunculis. Frustra illi urgent cum Nachmanide גלוי· δείξει Exodi c. 28. 30. ונתת את האורים ואת התומים: dum talia sæpius legantur in Sacris, ut statim in Genesi וישכן את הכרובים, ἔταξε τὰ χερουβὶμ, quorum equidem mentio nulla præverterat. Insistunt adhuc imporenter locutioni Hebraicæ ונתת אל החשן המשפט את האורים ואת התומים, *Pones autem inde in Rationali Judicii Doctrinam &c.* Jonathan recentior, Salomo, Gersonides ex Judæis, Christianorum etiam multi, quo Essenis plagulas rursum aperirent aut tabulas reconditum aut idola. Verum אל in hoc versu non solum ante על (quod Masorethæ adnotarunt "ח אל על) sed etiam pro illo scribi codex Hebræus Samaritarum, ad Exodi c. 40. 20. Græcusque Judæorum Alexandrinorum facile persuadent. Hic enim legit Ex. c 28. 30. καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τοῦ κρίσεως τὸν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν: *Superimpones Rationali Judicii*, ut Ecclesiæ veteris Doctores sunt interpretati. Ille autem adhuc uberius, ושמת את האורים ואת התמים ונתתה על חשן המשפט non ut Judaicus (ונתת אל את האורים ואת התמים: *Dein fabricatis Urim* (seu *Orim* vel *Arim*, nam *Vau* non legitur in ea voce apud Samaritas) *& Thummim* (vel *Thammim*) *impones ea super Pectorale Judicii*. Pariter natio illa in utraque suarum versionum Syriaca & Arabica. ותעבר ארת נאיריה ואת שלמיה ותתן אל השן רינה את נאיריה ואת שלמיה. وتصبع الانوار والكمل وتجعل علي صدري الحكم الانوار والكمل. Atque, ut scias ex diligentia hæc accessisse textui Hebraico, eadem repetito legunt Cuthæorum nepotes ad Ex. c. 39. 21. inter sacra opera. Unde post verba isthæc, ἵνα μὴ χαλάσῃ (יזר vel יזח) τὸ λογεῖον ἀπὸ τῆς ἐπωμίδος, καθὰ συνέταξε κύριος τῷ μωυσῇ, hoc amplius additur וישימו ארת האורים ואת התמים כאשר צוה יהוה את משה ואבדו ארת נאיריה ואת שלמיה וגו", necnon Arabicus وصنعوا الانوار والكمل &c. *Fecere insuper Urim Thummimque, quemodo Deus Moysen jusserat.* Rursumque Lev. c. 8. 7. 8. quando primum Pontificem investivit frater ויתן עליו ארת האפד וישם על החשן ארת האורים ואת התמים Quod Tralatio Græca rite expressit, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπωμίδα· —— καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτῷ (vel ἐπ' αὐτὸν) τὸ λογεῖον, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον τὸν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Paraphrases pariter Samaritarum Arabicæ & Syriacæ. ויהב על חשנה את נאיריה ואת שלמיה. وجعل علي الصدر الانوار والكمل. Sed & Christiani apud Syros ויהב על פרסא, *Posuitque super Thoracem, &c.* Onceloſi tamen vetustissima versio pro אל החשן legit ubique בחושנא, ἐν λογείῳ; indeque Cl. Saadias في البدنة. Hieronymi etiam illa pervulgata, *Quod* humerale *aptavit Rationali, in quo erat Doctrina & Veritas:* ambigue. Quoniam vero Exodi c. 39. Essenis modus & fabrica accurate describitur, lapidumque adhuc ordines, nomina, & occellatura explicantur omnino absque Urim & Thummim: & vicissim Lev. c. 8. in Aaronis καταχολισμῷ memorantur Urim & Thummim, tanquam Rationalis dignum ἐπίθεμα (dicitur enim ויהן על אל החשן ארת האורים avt התמים) tacita interim gemmarum tetrastœchia: idem sane v. 30. c. 28. Exodi Epanalepsi quadam substitui existimabis, atque aliis verbis intelligi, quod præcedente versu dictum fuit; quinetiam post ambos illos venire epiphonematis loco diligentem Pectoris descriptionem. Perpende rite illa commata, ita cum priscis Judæorum Christianorumque deprehendes opus Urim & Thummim à Gemmario minime distingui. Pariter enim Aaroni imperatum, v. 29. pretiose insculpta *nomina filiorum Israel in Rationali Judicii* (בחשן המשפט i. e. ἐν λογείῳ μαντικῷ) *portare super pectus suum, quando ingrederetur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.* Atque itidem v. f. 30. *Pones autem in Rationali Judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper.* Bis dictum, perpetuo hos lapides, hæc feret ille splendida symbola, ut θεοπρέπτον magnorumque eventuum Divinum dictatorem decet. Hujusmodi vero repetitiones in libris Sacris occurrere sæpe & Criticorum sobrii & insani jam adnotarunt. Allegorias autem & Rhetorum schemata jam inter opera & colores Besselelis plumarii inducere, alienum prorsus existimo & violentum: quamvis viri plurimi Ecclesiastici *Doctrinam & Veritatem*, quas Rationali Judicii adponi ἐ κριτήριον jusserat v. 30. solum de sapientia & integritate ipsius Pontificis, minime de re sensili oculorumque deliciis accipi voluerunt. Sed è contra paucis fortasse placebit interpretatio facilior & simplicior, *Superaddes Pectorali Oraculo lucem & perfectionem*, i. e Gemmarum ordines puros, claros, summaque arte expolitos dabis. Veruntamen nobilissimum hoc Oraculum, quod reverenter & de arduis

ι'. Καθιερωμένης γὰρ ἤδη τ σκιλῶης, καὶ διακεκοσμη-

10. Tabernaculo jam dedicato, & omnibus quæ *Munera ad Deo oblata.*

duis duntaxat Reipublicæ negotiis juriſve ſacri controverſiis conſulere ſolebant Principes ac Seniores Hebræorum, Num. c. 27. 21. & in Miſna *Jome* c. 7. §. 5. quomodo vel de plano Delphico refert Plutarchus: οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς ἐπέβαινε φῶς αὐτὸς ἀνθρωπόδοξα χρηστηριῶν, οὐδ' ὁ δῆμος ἦρχε ἐγκωμίας· ἀλλὰ πόλεις μέγα δυνάμενοι (ita Tribus Iſraelitides) καὶ βασιλεῖς καὶ τύραννοι, (Saulis, Davides, Ozias) μάτην οὐδὲν φθονεῖς ἐστύγχανον τῷ θεῷ ἐφ' ἑαυτοῖς πραγμάτων· non alia voce editum erat quam Summi Sacerdotis ejuſve Vicarii, multo minus Idolorum præcordialium ſibilis, ut noſter contendit, neque etiam ſono ſolo ac impersonali, ut alii quidam. Illud enim בת קול ſive *vocem aſſam* appellitant Judæi, atque loco Urim demum ſubſtitutum Philoſophos ſuos Simonem, Hillelem, Jonathanem, Johannem Zacchæi, alioſque perculiſſe perhibent. ὃ γὰρ ἐν θεῷ ἠχῆεν, ut de Pythio ad verum θεσπέσιον rurſus Chæronenſis Sophiſtæ verba transferam, οὐδὲ ὁ φθόγγος, ἀλλὰ ἡ ἀρχιερεὺς. οὗτον ἔμοιγε τὰς φανὰς ἐκείνας παρέσχηται, καὶ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ φέρε τὸ μέλλον. Quod & Heraclidæ Apophthegma jactat, τὰ μαντεῖα τὰ ἐν τοῖς διλφοῖς, ὅτε λέγῃ, ὅτε κρύπτῃ, ἀλλὰ σημαίνῃ. Aut Adamantium noſtrum potius audiamus adverſus Celſum p. 334. οἱ ἐν τοῖς ἰουδαίοις ἀρχιερεῖς (maxime Pontifices & Triumphorum arbitri: quamvis hoſce ſub imo gradu Vatum detrudant Rabbini, Prophetarum, Excommunicationum, terminorum aliorumve vaniſſimi diſtributores) διὰ τ φῶς τὴν ψυχὴν αὐτῶν, ἵν' ὅπως ἐνομίσθη, ἀφῆς ἢ καλυμμὸν αὐγῆς πέμπουσι, διορθωτέρας τὸ ἐν ἐγνοοῦ, ἢ τὴν ψυχὴν λαμπρότερον. Quocirca admirandam illam animi faculeatem ſtatim Sacerdoti à Deo inditam fuiſſe, pectoralium lapidum inſolitus fulgor & ipſi & Regi ſciſcitanti populoque ſimul ſpectanti oſtendebat & confirmabat. Sic olim ſereniſſimus Legiſlator à monte Dei vultu radiante deſcendens, non ingenii humani commenta, ſed jus Divinum Hebræis ſe tuliſſe demonſtrabat. Hinc illa Pontificis veneratio, is honor, quem etiam Scriptores Gentium celare noluere. τὴν ἀρχιερέα νομίζοντα οἱ ἰουδαῖοι, inquit Diodorus lib. XL. αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθ τ θεοῦ προσημαίνοντα· (quomodo dixerat de eo vates patrius Malachias c. 2. 7. כי שלאך יהוה הוא) ὅτε παρέχεσθαι πίστεως ἐπὶ τὴν γῆν ἀφικνεῖν αὐτὸν, &c. Quinetiam ab hoc Oraculo, quod Ephodæ nexu firmiſſimo adjunctum erat, hoc cæde præcepto, *Ut ferat Aaron Oraculum ſeu Reſponſa Decretorii ſymbolum* חשן המשפט *pro filiis Iſrael coram Domino jugiter* לבני ישראל תמיד, obtinuit phraſis illa apud Judæos, רוח אלהיהם לבשה את וכרי=ם ἀρχιερεῖς. Inſulſum valde commentum eſt quod legitur c. 5. Joſephi falſi & Rabbinici ex editionibus Venera ac Pragenſi, (nam editio Munſteriana, & MS. Arabicum Gorionidæ penes Cl. Huntingtonum nugis hiſce carent) *faſſum fuiſſe Magno Macedoni Hananiam Pontificem* (ſic eum vocat ille Nebulo, ſicus Talmudiſtæ Simeonem pro vero nomine Jaddua) *ab exilio Babylonico uſque abſcondita fuiſſe clam Judæis Urim & Thummim*, מיום גלות חביית יחזה בגלות בבל ניגלמו (נגמו) ממנו האורים ותומים, *rogaturum tamen O. M. de eventu belli Perſici precibus ſuis: quo facto miſit per Angelum*, inquit, *in Spiritu Sancto*, שלח במלאכו ברוח קדשו. Quaſi alterum horum non eſſet ſuperfluum, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, aut δι' ἀγγέλων: vel ſuæ factionis Patriarchæ (ad *Sotæ* c. 9.) non affirmaſſent Spiritum S. æque ac Urim ignotum fuiſſe Templo ſecundo.

Verum de tempore, quando hoc Oraculum deſeruiſſe tandem ingratos Judæos planeque evanuiſſe affirmat Joſephus, multa eum fiducia atque criſta reprehendunt ſugillantque recentis ævi Theologi, Schotanus, Braunius, aliique dictis Phariſæorum freti. Fertur enim inter διαστάσεις Codicis *Sota* c. 9. §. 11. משמתו נביאים ראשונים בטלו אורים ותומים, *Cum patribus prioribus*, Samuelem volunt Davidemque ita intelligi Huna nomodidaſcalus & Spencerus noſter, cæteri melius quotquot Prophetarum Ædem priorem viderant, *interiiſſe una Divinam hanc* διάστιξιν *Urim Thummimque*. Quippe per ora Doctorum jactabatur & hæc ſententia, Nachmane Gemarico atteſtante, משחרב מקדש ראשון בטלו ערי מגרש ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבירת דויר, *Ab excidio Templi Salomonici ſublatum eſſe Levitis jus ſuburbicarium*, necnon ſiluiſſe inde *Oraculum Pontificale*, *ac vacaſſe Thronum Davidis*. Docet etiam Miſna *Jome* c. 5. משגיטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים, *Ex quo ablata eſt Arca*, quam cum Tabernaculo altum occuluiſſe Jeremiam clam cæteris mortalibus, præter Judam Laciſionem, Joſephum ben Gorion, alioſque Rabbinos, ex priſcis ἀναγραφαῖς enarrat Jaſon Cyrenæus l. 2. Macc. c. 2. *nimirum à prioribus prophetiæ ſeculis*, cum jam perlata eſſet Arca inter Iſraelitas per annos mille, aut nongentos parco computo apud auctorem Coſri, τὰ ἀγιαίτατ, *lapidem ſolum habet*. Fabulam autem hujuſce ſimilem legas apud Gregorium Syrum de Thineſo defoſſore Supellectilis Divinæ. Inſuper de quinque deſideratis Ædis poſterioris, modo rem veram dixerint, inter ſe ſatis conſonant Scholæ Judæorum, Babylonicæ ac Palæſtinæ. Nam R. Achas, Samuel bar Janna, aliique doctores Urbis ad *Taanioth* c. 2. f. 65. a, ſecta ingenioſa & imaginatrix ex Haggæi verbulo אספר, pro quo legi juſſerant Scribæ veteres *Eccabedah* אכברה, eliciunt propter omiſſam ה Domum Zorobabelicam quinque his decoribus caruiſſe, *Igne Sacro*, *Arca fœderis* (*cum Propitiatorio & Cherubinis*, inquiunt Babylonii) *Urim Thummimque*, *tum Oleo Conſecrationis* (aut *Shecina* ex traditione Babylonica, *Spiritu* denique *Sancto*. חמשה דברים חיה המקדש ואלו הן ארון וכפורת וכרובים ושמן המשחה ורוח הקדש על שם וארצה בו ואכברה. Sed apud Rabbinos Tranſeuphratenſes hoc modo, ומאי רבתיב וארצה בו ואכבר וקרינן ואכברה כאי שנא דכתיב הא אלו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני ואלו הן ארון וכפורת וכרובים ושמן המשחה ורוח הקדש אורים ותומים. Attamen gratis hæc dicuntur & fide Talmudica. Quocirca ignem ἐγκαυτηρίῳ non defuiſſe prorſus novo holocauromatum Altari, quin pridem defoſſum Jeremia auctore, docent adeo Commentaria ipſius Ἑβραϊκὰ, quæ vel Hebraice aliquando legerat Eccleſia Nazarena, & ab his S. Hieron. ad Matth. c. 27. Hunc denique ex liquido, mirum factu, excitaſſe Nehemiam focoque ſacro reddidiſſe, ſatis probant literæ Senatus Solymitani ad Ariſtobulum virum philoſophum & γενεᾶν ἱερέων ſtirpe nobili oriundum, reliquoſque per Ægyptum Judæos miſſæ *Maccab.* l. 2. quarum auctoritas opus omne Talmudicum annis multis ſuperat. Quin vero Rabbaniſtæ magis forte credant Gorionidæ, qui eadem refert lib. 1. c. 17. ſui Παραλειπόμενα. Porro autem *ignem ſacrum* non ſine prodigio ſuſcitatum denuo legimus, cum fanum Dei repurgaret Clariſſimus Judas l. 2. Macc. c. 10. καὶ νέον καταβάσαντες ἕτερον θυσιαστήριον ἐποίησαν· ἐκ πυρεύσαντες λίθους, ἐκ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνήνεγκαν θυσίας μετὰ διετῆ χρόνον. Iſta enim ſic explicat gratus dignuſque Rabbinulis hiſtoricus Gorionides, *Edito tum altari novo invocatoque Numine Igni Sacro, ſtatim ille erumpens de ſaxo altaris ligna hiſtoriaſque jam impoſitas voravit. Inſuper hunc virum ſervavit Altare ad tertiam* μεϑοικεσίαν, *ſive luce continua ad Templi ſecundi excidium.* וינגו מיבח חדש ויתנו בשר הזבח עליו ויערכו עצים ואש הקדש לא מצאו ויקראו אל יי ותצא אש מן האבן אשר על המזבח ויתנו עצים עליה ותהי האש ההיא ער הגולה השלישית. Idemque Arabice in Bibliis Londinenſibus, licet editores hoc neſcirent, وبنوا مذبحا جديدا ولما تقرب القرابين عليه وصلوا الي الله عز وجل في اظهار نار مقدسة تبقي علي المذبح فخرجت نار من بعض حجارة المذبح فاحرقت الحطب والقربان ومنها بقيت النار في المذبح الي الجلبة الثالثة. Et adhuc diſtentius falſi Joſephi exemplar Huntingtonianum, وبنوا مذبح جديد وجعلوا عليه الحطب والقرابين. ثم صلوا ودعوا الي الله عز وجل وسالوه ان يظهر لهم نار علي المذبح واستجاب الله دعاهم وظهرت نار من حجارة المذبح بقدرة الله فاحرقت الحطب والقرابين. ثم بقيت بعد ذلك ولم تنطفي منه ذلك الوقت الي ان خرب القدس في المرة الثانية. Hæc igitur contra fabulas Talmudicas valde opponenda pro Igne Cœleſti apud Ædem ſecundam. Deinde שכינה *Præſentiam* ſummi Numinis in Æde ſua & διαδικασίαν Canonicum, & maxime ſub Quia III. P. M. καὶ τ ἐνδυμάτων πνεῖν καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάμεως ἐπιφάνειαν μιχαλίου adverſus vim ſacrilegam Heliodori declarat ſecundus Maccab. c. 3. ubi prodigiorum ſatis, agnovitque ſero ipſe Heliodorus θεῖον τ τόπον (τ ναὸν ἐλλοπότε), ἀληθῶς εἶναί τινα, θεῖα δυνάμιν. Quinimo *Spiritum Sanctum* רוח הקדש minime alienum fuiſſe ignotumque Domus ſecundæ cultoribus, ſed occupaſſe magis Sacerdotum piorumque hominum multa pectora, licet non κατ' ἀκριβῆ ἀναδοχὴν, velut ſub regibus Judaicis contigerat, paſſim teſtatur in ſcriptis ſuis Joſephus; dum Jadduas & Johannes Hyrcanus magni Pontifices, animiſque magnis, Judas Eſſenorum decus, aliique Divinandi chariſmate decorati memorantur. Omitto nunc indubia nomina vatum Haggæi & Zachariæ: quos diu vixiſſe ſub altero Templo, atque ad Simeonis Juſti pontificatum, quando primum malunt Talmudiſtæ *Bathcol* fuiſſe auditum vice רוח הקדש, nimirum ad exortum Sadduciſmi annumque XL. Templi reſtaurati Prophetiæ nobile domum prorogaſſe, innuunt ad *Joma* c. 4. veteres Scholaſtici, & ſæpius in Coſri adfirmat Judas Levita Religionis Judaicæ ſapientiſſimus defenſor. Prava tamen induſtria commenti fuerant Doctores Talmudici, ſimul cum Malachiæ anima avolaſſe hinc Spiritus S. gratiam, nihil relinqui Divinum in terris aut expectari præter Suſurrum quendam, quo forte fidem derogarent non ſolum votis ac ſpei flagranti Hilleliſtarum Sammeanorumque de Meſſia vero temporibus Herodianis comparituro: ſed atrocius, tot vaticiniis Zachariæ, Symeonis, Annæ, Elizabethæ, & Mariæ de ſalute mortalibus tum naſcente, tot Oraculis ipſius Jeſu, tot prædictis Apoſtolorum ejus, miriſque linguarum ac prophetiarum donis famoſiſſima Pentecoſte in primam Chriſtianorum Eccleſiam effuſis. Veruntamen illo omnino eventu probatum eſt, quod diu jam dixerat inter Ædis ſecundæ architectos Haggæus, μεγάλη ἔσαι ἡ δόξα τ οἴκου τούτου ὑπὲρ τὴν πρώτην. Ne & hoc taceam, egregiam creviſſe gloriam Domus ſecundæ ex tot donariis Regum Ægypti, Syriæ reliquæque Aſiæ, ex tantis ſumtibus Symeonis pontificis, de quibus fuſe Maccabaica. Adverſatur etiam ſententia Rabbinica verbo veteri Hoſeæ c. 3. 4. ubi optimus promiſſor poſt annos multos ἀνάρχους & ἀνιέρους, ſic erant illi Babylonicæ calamitatis, ad jus cultumque intermiſſum reverſuros ait Judæos. Quandoquidem vero Sacra & Canonica Judæorum Scriptura pertinuit ad imperium Artaxerxis μαχρχείρ, ſicut opere alio affirmat Joſephus, & geſta Mardochæi exposcunt,

ad ſacerdotes ſpectant rite peractis, tunc populus Deum ſecum in eodem tentorio habitare ratus eſt, & ad ipſum ſacrificiis honorandum & laudibus perſequendum ſemet convertit, quaſi jam ab omni mali exſpectatione liberatus eſſet, & meliora in poſterum ſibimet polliceretur: Deoque munera tam privatim quam publice per ſingulas tribus offerebat. Principes enim tribuum bini convenientes vehiculum & duos boves afferebant. Illa itaque ſex erant, & tabernaculum in itineribus deportabant. Ad hæc unuſquiſque *eorum* phialam adducit, & lancem, & acerram; (hanc quidem decem Daricos valentem & ſuffimentis refertam; lanx autem & phiala, erant enim argenteæ, ſimul quidem ſiclos ducentos pendebant, in phialam vero duntaxat ſeptuaginta expenſi ſunt; plenæ autem erant ſimulâ oleo ſubacta, quali ad altare in ſacrificiis u-

μένων τῶν περὶ τὰς ἱερέας, τότε πολὴθ Θ δμόσκλευον [m] αὐτῷ τ Θεὸν ἔκρινεν εἶναι, καὶ τρέπεται πρὸς θυσίας τε καὶ [n] αἰνέσεις, ὡς ἄπασαν ἤδη κακῶ ἀπροσδοκήτου ἀπεωσμένου, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἀμεινόνων [o] ἐπιθυμοῦντες· δωρεάς τε τῷ Θεῷ, τὰς μὲν κοινῆ, τὰς δὲ κατ' ἰδίαν, [p] ἀνετίθεσαν κατὰ Φυλάς. οἵ τε γὰ Φύλαρχοι καθ' δύο σωελθόντες, ἅμαξαν καὶ δύο βόας προσκομίζουσιν. [q] ἐξ μὲν οὖ ἦσαν αὗται, [r] καὶ τὴν σκηνὴν ἐν τ ὁδοιπορίαις παρεκόμιζον. πρὸς τούτοις ἕκας Θ φιάλην τε κομίζει καὶ τρυβλίον καὶ θυίσκην· τὴν μὲν, [s] Δαρεικὰς δέκα δυναμένην, καὶ πλήρη [t] θυμιαμάτων, τὸ δὲ [v] τρυβλίον καὶ ἡ φιάλη, [x] ἀργύρεα δὲ ἦν, σίκλους μὲν [y] δὴ αἱ δύο [z] διακοσίους εἶλκον, εἰς δὲ τὴν φιάλην ἑβδομήκοντα μόνοι δεδαπάνηντο, πλήρεις δὲ ἦσαν ἀλεύρων [a] ἐλαίῳ πεφυραμένων, οἷς ὅτι τῷ βωμῷ χρῶντο πρὸς

---

scunt, plus 12. annis poſt Templum conſummatum, deſeruit tardius illud Sanctuarium atque etiam charum pectus Pontificis vis Spiritus Divini, quæ eſt *μανία*, quam afflicta Rabbinorum natio conqueritur. Serione autem illi dicant *Unctionis Oleum* in Templo poſteriori deſiderari, qui *Sabbat* f. 21. b. ex una lenticula מפר אחר P. M. ſigillo notata per octiduum Templi ejuſdem à Maccabæo repurgati lampades omnes miraculo facto illuſtrari contendunt, indeque *Feſtum Luminum* nomine ſuo ac tempore merito celebrari? Obſtat autem quam maxime figmento Rabbinico de evanidis gemmis Pontificum quotquot ſub Æde nova Deo Creatori miniſtrarent, interdictum Hatirſatæ, qui cum vatibus poſterioribus אחרונים, ut loquitur Talmudum in *Sota* c. 9. §. 11. *Synhedrin* c 1. §. 13. & *Megilla* f. 16. una floruit, libri ſui c. 7. 9. ita definitum ævo ac præciſum, *Donec ſteterit Sacerdos Urim Thummimque inſtructus, tantæ controverſiæ dirimendæ par.* Hoc fruſtra eludere tentat Nachman Gemaricus ex locutionibus diſſimilibus & remotis valde, עד שיתיו מתים ויבא משיח בן דויד, *Dum mortui ſurrexerint, aut huc venerit Meſſias Davide oriundus.* Ruit igitur *quinque defectuum* fabula, quam nec Aſarias Idumæus concoquere unquam potuit. Altera vero ſententia, qua ſe obſtrinxit Spencerus, inauditum adeo fuiſſe etiam ſub Templo priore Urim, tam ſacris ſcriptoribus quam Rabbinicis, præſertim Rabbæ Samuelidæ Talmudiſtæ ex 2 Paral. 26. 5. diſputanti, omnique plane vetuſtati adverſatur. Unde ſola manet Joſepho ſacerdoti meritaque fides. Vir enim iſte prænobilis, ut erat Sacrorum Rituum ſuæque pariter originis ſtudioſiſſimus indagator, Oraculi hujus exitum ignorare haud potuit.

Præterea, quod præcipuum eſſe video in hac cauſa, nullum tempus aptius occurrit digniuſque, quando fulgores ſui Oraculi extingueret iratum Numen, Pontificique ſilentium imponeret, quam κῆ ζ Ὑρκάνου ἱερατικῶ hoc loco retulit Joſephus. Ea fuit virtus Johannis Hyrcani, pietas tanta, prudentia, fortitudo, & conſtantia, ut cum meliori anima abſcedere haud poterat diva Ἀλήθεια: tanta ſtatim nequities faſtuſque Ariſtobuli & ſuccedentium ei Pontificum, tot flagitia & parricidia, nihil mirum ſi à tam cruentis & pollutis pectoribus abhorruerit S. Dei Spiritus, ſive hac occaſione in ſedes meliores ſuperaſque omnino ſe receperit. Quippe de Johanne illo in ſcriptis ſuis encomia ſparſit Joſephus, nullis aut pauciſſimis moralium conceſſa. Μακαριστάτ Θ ὄντος, ait ipſe initio Bellorum, περὶ μὲν τὰ κρείττω δόξα μόν Θ εἶχε, τῶν τε ἀρχὴν ἔθνους καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν. ἀμέλει γὰ αὐ τῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τ μελλόντων ἀγνοεῖν. Tum in Archæologicis eundem magnum principem, magnum ſacerdotem, malleumque ſuperſtitionis Samaritiçæ ita exornat libro XIII. τὴν ἀρχὴν Ἀριστοβούλ Θ τ ἄριστον τρόπον ἔτεσι λά. τελευτᾷ. ἄξι Θ γὰν ὑπὸ Θ τοῦ θεοῦ κεκλῆσθαι ἀρχῆς Θ ἔθνους καὶ τ ἀρχιερωσύνης τιμῆς καὶ προφητείας. Vel aſſentiant verpi ſuo Gorionidæ, ut legitur in Bibliis Waltonianis & Bibliotheca doctiſſimi Huntingtoni, *Poſtquam Hyrcanus acceperat literas Senatus Romani ſibi tanquam Regi Judæorum inſcriptas*, يسمي ملك مند ذلك الوقت وكان قبل ذلك انما يسمي الكاهن الاكبر فقط فاجتمعت اليه منزلة الملك ومنزلة الكهانة. وهو اول من سمي ملك في اليهود في مدة البيت الاثاني. Quantus autem idem vates fuerit, cum docuit nuncium Divinum de prælio Sebaſteno, quod ipſum perculit dum operaretur forte die graviſſimo τ ἱλασμῶ in Adyto, l. 4. c. 5. Joſephi Rabbinici, Munſtero edente, tum præſagia minus fauſta quæ in ſomniis de Alexandro ſibi ſucceſſuro cœlitus ſenſerat, c. 7. ejuſdem editionis Bibl Polygl. c. 26. Idem adverterat Julius Chronographus, τότε ἐπὶ Θεοφιλίᾳ, ſic dicit Africanus ille de יוחנן כהן גדול, ποτὲ μαρτυρεῖ ὁ ἱώσηπ Θ. Addo ego, καὶ ποτὲ μ οἱ Φαρισαῖοι. Nam de hoc Præſule intelligi oportet quæcunque narrantur in Maſſicta *Sote* c. 9. §. 10. non ita de atavo ipſius, quod opinantur Rabbini recentiores, hiſtoriarum bonarum lues. Herois autem hujus filius maluit multo Rex apparere quam Pontifex: quorſum occiſis Alexandra genitrice fratreque Antigono, & arrepto ſibi Davidis diademate, Augurium Divinum profanavit jureque merito amiſit, conſilii ſacri prorſus inexpertus. Unde rite dictum primo Maccab. c. 14. 41. votis Populi ac Cleri Judaici, Demetrio omnino aſſentiente, conſtitui Simonem ἡγούμενον καὶ ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἕως τ ἀναστῆναι πιστὸν προφήτην, quod eſt, dum venerit Elias aut Moyſi compar aliquis, qui poſſet ſacerdotium tribui ſuæ, ſuæ regnum poſtliminio reſtituere, thronumque Davidis ſtabilire. Conſimili autem phraſi male utitur maximus Grotius ex l. 1. Macc. c. 4. 46. adverſus prophetias ſecundæ Ædis. Fas etenim fuit Altaris polluti ſaxa recondi in הר הבית, μέχρι Θ ἀνενεχθῆναι τ προφήτην Θ ἀπαγγεῖλαι περὶ αὐτῶν, tempore inquam Alcimi ψευδοπρίεως. Quanquam nemo non fatebitur rarius effulſiſſe Rationale durante Domo illa, divinandique honorem Judæis tum parcius fuiſſe conceſſum, aut nullum plane inter eos comparandum cum Vatibus Biblicis, Elia Eſaia & Jeremia, ante tempora Chriſtiana emicuiſſe. Sic enim interpretabere illud Maccabaicum, ferociente Bacchida ἐχθρὸς θλῖψις, ἣ ἧς οὐκ ἐχθρὸς ἄφ' ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης αὐτοῖς. Quandoquidem ſub Alexandro Magno Scriptorum Divinorum aliquot uſque floruiſſe Jadduæ יודע Pontificis nomen indicat, quod centum plus annis recentius noſcebatur quam illa Eſdræ & Nehemiæ. Vide hujus librum c. 12. v. 11, 22, 26. Ne tamen Pontifices Simonem ſequentes jam memorare opus ſit, aut ſtultum Hyrcanum, aut monſtrum illud Hebraicum Jannæum, κῆ τ ὑμᾶς Ε Θ θύειν ἀνάξιον, aliave nomina Sacerdotum Regentium, Deo Populoque Judæorum inviſa: illa quidem ſecula corrupti Sacerdotii notavit, quod mirabere, Strabo Geographus. οἱ δ μαντῶ Ἀμφιδεξαμένοι, ab illo enim genus hieraticum deducit, χρόνους μὲν ὅσους διεμεναν δικαιοπραγοῦντες Ε θεοσεβῶς ὡς ἀληθῶς ὄντες· ἔπειτα ἰφισταμένων ἐπὶ τὸν ἱερατικὸν τὸ μ πρῶτον δεισιδαιμόνων, ἔπειτα τυφωνικῶν ἀνθρώπων, &c. Tum de Amphiarao Trophonio aliiſque diſſerens θεοσεβεῖς, τοιοῦτ Θ δέ ἐς οὐδ Ε ὁ μαντὴς, addit, κῆ οἱ Ἀμφιδεξάμενοι εἰκότως· τὰς μὲ ἀρχὰς λαβόντες ὑ Φύλαν, ὀκταετηρίδος ἐφ' ἑκάστου· ἤδη δ' οὐδ Φασιεῖς τυφωνομένης τ ἱερατείας, πρῶτ Θ ἀπ' ἰερέως ἀπόδειξιν ἑαυτῶ βασιλέα Ἀλέξανδρ Θ. τοῦτο δ' ἦσαν ἡδὺ ὑγιαινάς τι κῆ ἀμεταβόλ Θ. Nam Ariſtobuli patris faſtum, qui vix annum integrum manſerat, ſcriptor bonus prætermiſit. Denique à felici obitu optimi Hyrcanorum, atque adeo ſub infelici brevique regno Ariſtobuli filii ejus, ceſſerant anni plane ducenti, ut alibi commonſtramus, ad penultimum Domitiani Cæſaris, quum hæc talia ſcriberet Mattathiades, ducentis etiam annis Matthia atavo ſuo gibboſo ſerior. Hinc equidem ſilere Pectus Pontificis, hinc extingui ſacram lucem Eſſenæ. Ardua res eſt & rara, quod vides, à lectione Rabbinorum non delirare. BERN.

m Αὐτῷ τ Θ.ον] Ἑαυτῷ *Big.* & *Samb.* quod non plus valet quam αὐτῷ *reliquorum.*

n Αἰνέσεις,] Ἀνέσεις male legerat *Vet. Interpr.*

o Ἐπιθυμοῦντες·] Lege ἐνδυμοῦντες. COCC.

p Ἀνετίθεσαν] *Samb. Busb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Hen.* ἐτίθεσαν: quia præcedens ἰδίαν præpoſitionem huic verbo abſtulerat. BERN.

ς. Verum antagoniſtæ occurrit juvenis cum occulto ſuo adjutore. ille autem Deus erat. Et cum è lapidibus, quos in peram ex torrente *delectos* conjecerat, unum deprompſiſſet fundæque adaptaſſet, *eum* in adverſam Goliathi frontem jacit, qui vi ſua ad cerebrum uſque penetrabat: ita ut mox veterno correptus in faciem procideret Goliathus. Cum autem *Davides* curſu ad eum contendiſſet, ſuper hoſtem jacentem conſtitit: ſtrictoque illius enſe, quod ipſe gladium non habuerit, ei caput amputat. Verum concidente Goliatho, ſuperantur fugamque capeſſunt Palæſtini. nam ſpectatiſſimum *è ſuis* proſtratum videntes, & de rerum ſumma *jam* metuentes, non amplius *in acie* conſiſtere decreverunt; ſed in turpem & ignominioſam fugam ſemet conjicientes periculum evadere conabantur. Saulus autem & univerſus Hebræorum exercitus ſublato clamore in eos irruunt, multiſque cæſis, eos uſque ad Gittæ fines & portas Aſcalonis perſequuntur. Et è Palæſtinis quidem ceciderunt triginta circiter millia; & duplo plures vulnerati ſunt. Porro Saulus, ad caſtra eorum reverſus, munimenta diripit ac incendit: caput autem Goliathi Davides in ſuum tentorium reportavit, & gladium *ejus* Deo conſecravit.

ε. Απαντᾷ ᾗ ὁ νεανίσκος μετὰ συμμάχου μὴ βλεπομένου τῷ πολεμίῳ. Θεὸς δ' ἦν οὗτος. καὶ ἀνελόμενος ἐκ τοῦ πήρας ὧν εἰς αὐτὴν κατῆκεν ἐκ τοῦ χειμάρρου λίθον ἕνα, καὶ ἀφεὶς τῇ σφενδόνῃ, βάλλει ἐπὶ τὸ Γολίαθον εἰς τὸ μέτωπον, καὶ διῆλθεν ἕως τοῦ ἐγκεφάλου τὸ βληθέν· ὡς εὐθὺς καρωθέντα πεσεῖν τὸ Γολίαθον ἐπὶ τὸν ὄψιν. δραμὼν δ' ἐφίσταται τῷ πολεμίῳ κειμένῳ· καὶ τῇ ῥομφαίᾳ τῇ ἐκείνου, μάχιμον ἐκ ἔχων αὐτὸς, ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. πεσὼν δ' ὁ Γολίαθος, ἥπτα καὶ φυγὴ γίνεται Παλαιστίνοις. τὸ γὰρ δοκιμώτατον ἰδόντες ἐρριμμένον, καὶ ὡσεὶ τῶν ὅλων δείσαντες, οὐκ ἔτι μένειν διεγνώκεσαν· ἀλλ' αἰσχρᾷ καὶ ἀνάνδρῳ φυγῇ θηδιδόντες αὐτοὺς, ἐξαρπάζειν τὸν κινδύνων ἐπῆρῶντο. Σαοὺλος δὲ καὶ πᾶς ὁ τῶν Ἑβραίων στρατὸς ἀλαλάξαντες ἐκπηδῶσιν εἰς αὐτούς· καὶ πολλοὺς ἀποσφάττοντες διώκουσιν ἄχρι τῶν Γίττης ὁρίων καὶ τῶν πυλῶν τῆς Ασκάλωνος. καὶ θνήσκουσι μὲν τῶν Παλαιστίνων εἰς τρισμυρίους· δὶς δὲ τοσαῦτοι τραυματίαι γίνονται. Σαοὺλος δὲ, ἀποστρέψας εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν, διαρπάζει τὸ χαράκωμα καὶ ἐνέπρησεν· τὴν δὲ κεφαλὴν τοῦ Γολιάθου Δαυίδης εἰς τὴν ἰδίαν σκηνὴν ἐκόμισεν, καὶ τὴν ῥομφαίαν ἀνέθηκεν τῷ Θεῷ.

CAP. X.

Davidi ob res præclare geſtas invidet Saulus; atque, occaſione inſidias illi ſtruendi arrepta, pollicetur ſe filiam ei daturum in matrimonium, ſi ſexcenta Palæſtinorum capita attulerit.

Saulus, ob res præclare geſtas Davidi invidens, ſtatuit eum periculis objicere. 1 *Reg. c.* 18.

SAuli autem invidiam & odium in ipſum concitarunt mulieres. Exercitui enim triumphanti occurrentes cum cymbalis & tympanis, & omne genus lætitia, canebant; mulieres quidem, multas à Saulo occiſas eſſe Palæſtinorum chiliadas, virgines vero, myriadas à Davide deletas. Hæc autem cum audiret rex, ſibi quidem minus amplum tribui teſtimonium, juveni vero multas myriadas adſcribi; & ſecum reputaret, nihil adeo ei poſt *tam* glorioſam acclamationem deeſſe ac regnum, Davidem metuere & ſuſpectum habere cœpit. ac cum à priori quidem ordine (quod ex formidine propinquus ipſi & vicinus admodum videretur, quippe qui armiger ſibi conſtitutus erat) eum amoviſſet, militum tribunum creat, dato quidem ei loco meliore, ſibimet vero ut putabat tutiore. Secum enim ſtatuebat eum in hoſtes & pugnas emittere, ut pericula obeundo forte periret.

ΚΕΦ. ί.

Δαυίδῃ ἀριστεύσαντι φθονεῖ ὁ Σαοὺλος· καὶ, δραξάμενος ἀφορμῆς περὶ τὰ κατ' ἐκεῖνα ἐπιβουλῆς, ὑπισχνεῖται αὐτῷ δοσοδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἂν ἑξακοσίας κεφαλὰς κομίσῃ τῶν Παλαιστίνων.

Φθόνον δὲ καὶ μῖσος τοῦ Σαοὺλος περὶ αὐτὸν αἱ γυναῖκες ἐρεθίζουσιν. ὑπαντῶσαι γὰρ τῇ στρατιᾷ νικηφόρῳ μετὰ κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ παντοίας χαρᾶς, ᾖδον· αἱ μὲν γυναῖκες, ὡς πολλὰς Σαοὺλος ἀπώλεσε Παλαιστίνων χιλιάδας, αἱ παρθένοι δὲ, ὡς μυριάδας Δαυίδης ἀφανίσαι. τούτων δ' ἀκούων ὁ βασιλεὺς, ὡς τὸ μὲν ἔλαττον τῆς μαρτυρίας αὐτὸς λάβοι, τὸ δὲ τῶν μυριάδων πλῆθος ἀναπηδᾷ τῷ νεανίσκῳ· καὶ λογιζόμενος μηδὲν ἄτοπος μὴ λαμπρὰν ἀφορμὴν ἢ τὴν βασιλείαν ὑστερεῖν αὐτῷ, φοβεῖται καὶ ὑποπτεύει ἤδη τὸν Δαυίδην. καὶ τὴν μὲν πρώτης τάξεως· ἐπὶ τῷ δεῖ πλησίον αὐτοῦ καὶ λίαν ἐγγὺς ἐδόκει, ἐποίησε γὰρ αὐτὸν ὁπλοφόρον· μεταπεσὼν, ἀποδείκνυσι χιλίαρχον, δι' ὃν αὐτῷ χώραν ἀμείνονα μὲν, ᾗ ὡς ἐνόμιζεν αὐτῷ. ἐβούλετο γὰρ εἰς τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἐκπέμπειν καὶ τὰς μάχας, ὡς ἐν τοῖς κινδύνοις τεθνηξόμενον.

Davidem amat Sauli filia, eique in matrimonium ſponderur, modo is Saulo DC. *afferat Palæſtinorum capita.*

2. Davides autem, Deum ſibi ubique *præſens* in auxilium adſciſcens quocunque ſe conferret, res proſpere gerebat; eique omnia feliciter cedere conſpiciebantur: adeo ut, ex fortitudinis eminentia, & populus *eum in deliciis haberet*, & Sauli filia adhuc virgo amore ejus caperetur; affectuque prævalente manifeſto ſe proderet, & *hanc ob rem* ad patrem deferretur. Ille vero, ut oblatam ad inſidias Davidi ſtruendum occaſionem amplexurus, *hoc* libenter audivit, filiæque amorem ei renunciantibus dicebat, ſe alacriter illi virginem daturum; *utpote* quod hoc foret ipſi *eam* accepturo pe-

Βʹ. Δαυίδης ᾗ, πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἑπομένου ὅπου ποτ' ἀφίκοιτο, κατώρθου, καὶ διὰ πραγῶν ἐλέπετο· ὡς, δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀνδρείας, τὸν τε λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν Σαοὺλος θυγατέρα, παρθένον ἔτι οὖσαν, λαθεῖν ἔρωτα, καὶ τῷ πάθει ὑπερκεχεῖσθαι φανερὸν γενέσθαι, καὶ διαβληθῆναι πρὸς τὸν πατέρα. ὁ δ', ὡς ἐφορμῇ χρησόμενος τοῖς περὶ Δαυίδην ἐπιβουλῆς, ἡδέως ἤκουσε· καὶ δώσειν προθύμως αὐτῷ τὴν παρθένον πρὸς τοὺς τοῦ ἔρωτος μηνύσαντας αὐτῆς ἔφη, χρησόμενον ἀπωλείας καὶ κινδύνων αἴτιον αὐτῷ λήψομένῳ. "καὶ "πυ-

i Πελαιſίνοις.] Τοῖς Παλαιſίνοις *Vat.*

k Διεγνώκεσαν·] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* διεγνωσαν.

l Αὐτὸς,] Λυτὴς & ἑαυτὸς *Big.* mente eadem.

m Εἰς αὐτὰς·] Sic cum *MSS.* ἐπ' αὐτὸς *Baſ* & *G.*

n Ασκάλωνος.] Ex *S. Literis* Ακκάρων. HUDS. Malim Ακκαρῶνος, uti legitur. 1 Sam. 17. 52. ſed & οἱ ὁ ibi habent ἕως τῆ πύλης Ασκαλῶνος, ubi in Hebræo eſt עקרון שערי *πύλαι Ακκαρῶν*. REL.

o Αφανίσαι.] Iterum ex *MSS.* ἀφανῆσαι in *Editis*, contra canonem Grammaticum.

p Τάξεως·] Παρατάξεως *Vat.* & mox ἐπὶ τῷ δ. *Samb.*

q Ασφαλεστέραν] Σφαλερὰν *Big.* & *Samb.* melius *Baſ. G.* & *Epiphanius* αὐτῷ imputant Saulo.

r Οπου ποτ' ἀφίκοιτο,] Ita *Vat.* ὅπου ποτ' ἀφίκοιτο *Baſ.* & *G.* ὅποι ποτ' ἀφίκοιτο *Big.* & *Samb.* Poſſumus & locum hoc modo interpungere, Δαυίδης ᾗ, πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἑπαγόμενος, ὅπου ποτ' ἀφίκοιτο κατώρθου.

s Τόν τε λαὸν] Ita in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* τόν τε λαὸν αὐτοῦ ἐῶν, καὶ τὴν *Baſ.* & *G.*

t Υπερκεχυτῶντ] Aut ὑπερκεχυτῶς ὄντ cum *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* ἐπικεχυμένον *Epiphan.*

u Χρησόμενον] Χρησάμενον *Big. Samb. Hen.* & *Busb.*

x Καταγνοὺς γὰρ,] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* καταγνόντα *Baſ.* & *G.*

y Εξα-

"πγῦῶ γὃ, εἶπεν, ἀιπῷ τ̃ τ̃ ϑυγατρός μȣ γάμον,
"ἀν [y] ἑξακοσίας μοι κομίσῃ κεφαλὰς τῶν πολεμίων.
"ὁ ὃ χ̀ γέρως ὅτω λαμπρ̃ πεφιϑέντ@, χ̀ βȣλό-
"μεν@ [z] ἐπ' ἔργῳ πȣϑόλῳ χ̀ ἀπίτῳ λαβεῖν
"κλέος, [a] ὁρμήσ μὲν ὑπὸ τὼ πρ̃ξιν· ἀφαφαρήσε-
"ται δ' ὑπὸ τῶν Παλαιστίνων, χ̀ χωρήσ μοι τὰ κατ'
"αὐτὸν ὑπερπῶς. ἀπαλλαγήσομαι γὃ αὐτȣ̃· δι' ἄλλον
"αὐτὸν, ἀλλ' ȣχὶ δι' ἐμαυτ̃ κτείνας". [b] Διέφερεν
ὃ. τ̃ μ̃ Δαυίδȣ διάνοίας κελεύσ τὰς οἰκέτας λαμβάνειν,
[c] πῶς ἔχȣσι πρὸς τὸ γῆμαι τὼ κόρω. οἱ δ' ἤρξαντο διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν. [d] "ὅτι σέβȣσι μὲν αὐτὸν ὁ βασι-
λεὺς Σαȣλ@ χ̀ ὁ λαὸς ἅπας, βόλεται δ' αὐτῷ
κηδεῦσαι τῶ ϑυγατρί. ὁ ὃ, "μικρὸν [e] ἆρ' ὑμῖν,
"εἶπε, δοκεῖ γαμβρὸν γενέσθαι βασιλέως; ἐμοὶ δ' ȣχὶ
"τοιȣ̃τον φαίνεται, χ̀ μάλισα ὅτι ταπεινῶ, χ̀
"δόξης χ̀ τιμῆς ἀμοίρω". Σαȣλ@ ὃ, ἀγȣαλάν-
των αὐτῷ τῶν οἰκετῶν τὰς μ̃ Δαυίδȣ ὑποκρίσεις, "ὐ
"χρημάτων, ἔφη, δεῖσθαί με φρόζεται αὐτῷ, ὐδὲ
"[f] ἑδνων· [g] ἀπεμπολᾶν γάρ ἐστιν ὅτως τὼ ϑυγατέρα,
"μᾶλλον ἢ σωοικίζειν· γαμβροῦ δ' ἀνδρείαν ἔχοντ@
"χ̀ τὼ ἄλλω ἀρετὼ [h] πᾶσαν, ὧ ὁρᾶν ὑπάρχε-
"σαν αὐτῷ. βόλεσθαι δή [i] μοι παρ' αὐτȣ̃ λαβεῖν ἀντὶ
"μ̃ γάμȣ τ̃ ϑυγατρὸς, ὐ χρυσὸν ὐδ' ἄργυρον, οὐδ'
"ὅπως ταῦτ' ὐκ [k] τ̃ πατρὸς οἰκιῶν κομίσῃ· Παλαι-
"στίνων ὃ πομπὰν καὶ [l] κεφαλὰς αὐτῶν ἑξακοσίας.
"αὐτῷ τε γὃ ἐμοὶ τούτων ὐδὲν ἂν ὅτε [m] ποθεινότε-
"ρον ὅτε λαμπρότερον δῶρον γένοιτο· τ̃τε παγκὶ μȣ πο-
"λὺ τ̃ νενομισμένων ἐδνων ζηλωτότερον, τὸ σωοικεῖν
"ἀνδρὶ τοιότῳ, χ̀ μαρτυρομένῳ [n] τῶ πολεμίων ἥτταν.

γ'. Κομιζθέντων ὃ τούτων πρὸς τ̃ Δαυίδην τῶν λό-
γων, ἡδεῖς, [o] τ̃ Σαȣλον ἐπιϑυμοῦντα νομίζων αὐτȣ̃
πρὸς [p] τὴν συγγένειαν, οὐδὲ βȣλευσάμ̃ μελλήσας, οὐδ'
εἰ δυσκολόν ἢ δυσκολόν ἐστι τὸ προκείμενον ἔργον τῷ λο-
γισμῷ πρεινοήσας, ὥρμησεν ὑφὺς μ̃ τῆς ἐπομένης ὑπὸ
τοὺς πολεμίȣς, χ̀ τὼ ὑπὲρ τȣ̃ γάμȣ καταγγελμέ-
νων πρ̃ξιν· [q] χ̀, ὁ Θεὸς γὃ ἦν ὁ πάντα ποιῶν ὑμαρῆ
Ϲ δυνατὰ τῷ Δαυίδῃ, κτείνας πολλοὺς χ̀ κεφαλὰς
ἑξακοσίων ὑποτμῶν, ἦκε πρὸς τ̃ βασιλέα, ἀφ' ἧς
τούτων ὑποδείξεως τ̃ ἀντὶ τούτων γάμον ἀπαιτῶν. Σαȣ-
λ@ ὃ ȣκ ἔχων ἀναφυγεῖν ὐκ τ̃ ὑπεσχημένων· αἰ-
σχρὸν γὃ ὑπελάμβανεν, ἢ ψευσάσθαι δοκεῖν, ἢ δι'
ὑποβολὴν, ἵν' ὡς ἀδυνάτοις ὑπ̃χειρῶν ὁ Δαυίδης [r] ἐνα-
ποθάνῃ, τ̃ γάμον ἐπηγγέλθαι· δίδωσιν αὐτῷ [s] τῶ ϑυ-
γατέρα, [t] Μιχάλαν ὀνόματι.

riculorum & exitii causa. "Spondeo enim, aje-
"bat, me filiam meam ei collocaturum in matri-
"monium, si sexcenta hostium capita mihi addu-
"cat. nam ille, & quod præmium adeo præcla-
"rum sibi propositum esset, volensque ex opere
"periculoso & incredibili gloriam adipisci, ad rem
"quidem aggrediendam properabit; erit autem ut
"à Palæstinis perimatur, & *sic* mihi pulchre pro-
"cedent quæ in illum molior. ab eo enim libera-
"bor; cum ipsum per alium & non propria ma-
"nu interfecero". Jubet itaque domesticis ut
Davidis mentem explorarent, quomodo se erga
puellæ conjugium habeat. Illi vero ad ipsum ver-
ba facere cœperunt, quod Saulus quidem rex cum
populo universo eum amore prosequatur, vellet-
que ei filiam suam connubio jungere. At ille re-
spondebat, "num vos igitur parvi ducitis regium
"fieri generum? mihi vero non ita esse videtur;
"præsertim cum homo tenuis sim, gloriæque &
"honoris expers". Saulus autem, cum ei dome-
stici retulissent Davidis responsa, dicebat, "illi
"nunciate me non pecuniis egere neque dote (hoc
"enim esset filiam potius vendere quam elocare)
"sed genero, qui fortitudine & aliis omnibus vir-
"tutibus præcellat, quas in ipso videre est. Vel-
"le itaque me ab eo pro filiæ nuptiis accipere,
"non aurum aut argentum, neque ut hæc è pa-
"ternis ædibus afferat; * sed Palæstinorum sup-
"plicium & sexcenta illorum capita. nam & mi-
"hi ipsi nullum aliud munus hisce splendidius aut
"præstabilius potest accidere: atque filiæ meæ do-
"te legitima multo optabilius est, cum tali viro
"matrimonium inire, & qui *præclarum adeo* victo-
"riæ de hostibus reportatæ attulerit testimonium.

3. Hæc postquam verba Davidi nunciata essent, *Davides iis* delectatus, existimans quod Saulus studuerit cum sibi cognatione conjungere, antequam *se in* consilium adhibuerit, aut secum animo reputave-rit, an res proposita facile fieri possit necne, statim ad hostes cum sodalibus suis contendit, & ad opus sibi pro nuptiis denunciatum aggreditur: atque (Deus enim erat qui fecit ut Davidi cuncta facilia essent & possibilia) cæsis *hostium* plurimis, absciss*isque* sexcentorum capitibus, ad regem revertebatur, ob ea in conspectum ejus adducta nuptias pro illis *pactas ab eo* postulans. Saulus autem nihil habens quod obtenderet cur promissis non staret (turpe enim ducebat, ut aut quidquam mentitus videretur, aut nuptias ex insidiis pollicitus, ut Davides, factu difficillima adeundo, se morti objiceret) ei filiam, Michalam nomine, nuptum locat. *Michalam meretur in matrimonium.* 1 *Reg. c.* 11. XII.

[y] Ἑξακοσίας μοι] In tot *capitibus Palæstinis* conveniunt omnes *Codd.* tam *Græci* quam *Latini*, & propter illos *P. Comestor.* tum inter *Historicos Græcos*, idem annotarunt *Zonaras* & *Glycas*: & prior horum hisce verbis, ὁ ὃ Ἰώσηπ@ ȣχ ἑκαῖῳ ἀκριβȣσίας κομίται τ̃ Δαεῖδ, ἀλλὰ ἑξακοσίας κεφαλὰς τ̃ ἀλλοφύλων.

[z] Ἐπ' ἔργῳ πȣϑόλῳ χ̀ ἀπίτῳ] Παραβολώτατ@ ἀγωνιςὴς Antipater Ἀλωσ. lib. 1. c. 9. §. 5. πȣϑόλους κρατήσαντ@ Plutarch. in Cat. Min. 784. A. πȣϑολώτερ@ vid. 761. B. SPANH.

[a] Ὀρμήσ μ̃] Aliter legisse videtur *Epiphan.* nam vertit, *procedere tendebat ad causam. Saulus autem ducebat eum fore ab hostibus perimendum.*

[b] Διέφερεν ὃ] Διάφερεν δὴ *Big.* & *Samb.*

[c] Πῶς ἔχȣσι] Ὡς ἔχȣσι *Vat.* ὅτως ἔχȣσι *Busb.* & *Hen.*

[d] Ὅτι σέβȣσι μ̃] Ὅτι τοῖς ἔργοις μ̃ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς Σαȣλ@ χ̀ ὁ λαὸς ὑποθαυμάζȣσι. βόλε ὃ αὐτῷ *Vat.*

[e] Ἆρ' ὑμῖν,] Ita cum *Big.* & *Samb.* ἄρα in *Editis*, *Aliisque.* ἄρα ὑμῖν δοκεῖ, εἶπε, γαυκερὸν *Vat.*

[f] Ἑδνων.] Sic *Samb. Vat. Busb.* & *Hen.* ἰδνῶν in *Editis*, *Aliisque.* rectius tamen ἔδνων, si *Etymologo* & *Eustathio* fides habenda

[g] Ἀπεμπολᾶν γάρ ἐστιν ὅτως τὼ ϑυγατέρα,] Ἀπεμπολητὴς Lycophron p. 61. SPANH.

[h] Πᾶσαν,] Ἁπαραν *Big. Samb. Vat.* & mox βέλεσθαι δή με *Big.* & *Samb.*

[i] Μοι] *Coll. Big.* & *Voss.* μὲ. quod & vult *Coccejus.* Utrumque sibi constare potest. HAV.

[k] Τῶν πατρὸς] Τῶν μ̃ πατρὸς οἰκιῶν κομίσοι, Παλ. ὃ τιμωρίαν κεφαλὰς αὐτῷ *Vat.* τ̃ μ̃ πατρὸς οἰκείων agnoscunt *Big. Samb.* & *Epiphan.*

* *Sed Palæstinorum supplicium & sexcenta illorum capita.*] Sed pro supplicio hostium capita sexcenta Palæstinorum, *Epiphan.* ac si legisset, πολεμίων δ' εἰς τιμωρίαν κεφαλὰς Παλαιστίνων ἑξακοσίας.

[l] Κεφαλὰς αὐτῶν] Genitale caput, quod metere solebant Judæi, uti Rutilius in itinerario loquitur. vide 1 Sam. 18. 24. REL

[m] Ποθεινότερον] Περιτιμότερον *Vat. Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Glossa.*

[n] Τῶ πολεμίων ἥτταν.] Vel cum *Samb.* & *Vat.* τῶν τ̃ πολεμίων ἥτταν.

[o] Τὸν Σαȣλον] Ἐπὶ τῷ (τὸ *Coll. Voss.*) τ̃ Σαȣλον *Big. Samb. Vat.* & *Gall.*

[p] Τῶ συγγένειαν,] Τῆς συγγενείας, ὐδὲ βȣλόσεως π. *Vat.*

[q] Καὶ, ὁ Θεὸς γὃ ἦν] Sic in quinque *MSS.* in *Editis*, χ̀ ὁ Θεὸς γὃ ἦν ὁ πάντα ποιῶν ὑμαρῆ χ̀ δυσκὸλ δίδο τῷ Δαεῖδη. κτείνας γὃ πολλὺς, κεφαλὰς &c. non tamen ita *Epiphanius*, qui vertit, *Deus enim erat, qui cuncta facilia Davidi & possibilia faciebat. Cumque multos interemisset, abscidens sexcenta capita venit ad regem* &c.

[r] Ἐναποθάνῃ.] Ἐπαποθάνῃ *Vat. Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Gall.*

[s] Τῶ ϑυγατέρα,] Illud τῶ ex *MSS.*

[t] Μιχάλαν ὀνόματι.] Ita super. Cap. VI. §. 5. Μελχόλω *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Gall.* Μελχὼ *Hen. Busb. Bas.* & *G.* Μελχόλλω *Vat.* ex Μελχὸλ LXXII. Μιχόλλω juxta *Epiphanium.* Μελχὼ extulit *Glycas.*

CAP. XI.

Ut Davides, dum Saulus ei insidias strueret, Jonathæ studio curaque, & Michalæ uxoris suæ artibus, periculis exemptus ad Samuelum prophetam se contulit.

Sauli propositum Davidis perimendi ei indicat Jonathas. 1 Reg. c. 19.

ATtamen non erat ut Saulus diu factis acquiesceret. Nam cum videret Davidem gratia tum apud Deum florere tum apud populum, *sibi ipsi* metuit: & cum metum occultare & dissimulare non valeret, utpote de rebus magnis, regno simul & vita, quorum vel altero privari gravis *est* calamitas; Davidem interficere in animum induxit, Jonathæque filio & domesticorum fidissimis in mandatis dedit ut eum tollerent. Ille vero demiratus quod de Davide adeo animum mutaverit, ut non solum, cum *antea* ipsi valde benevolus extitisset, leviter eum læderet, sed & morte afficeret, ex amore erga juvenem & virtutis ejus reverentia prodit ei patris arcanum & propositum: & quidem ei consulit sibi cavere, postridie semet è *regis* conspectu subducendo. se enim patrem salutationis specie aditurum, & occasione oblata de ipso cum eo colloquuturum; foreque ut causam *indignationis* cognoscat, eamque verbis extenuet: quod scilicet non oporteat ob istiusmodi rem illum occidere, qui tot quidem beneficiis populum affecerat, de se vero præclare meruerat; adeoque, si quam maxime peccasset, veniam jure consequi debeat. At ego te de patris animo certiorem faciam. Itaque Davides, bono consilio obsequutus, à regis ore oculisque concessit.

XIII. *Jonathas Saulo Davidem reconciliat. 1 Reg. c. 19.*

2. Proxima autem die Jonathas ad patrem profectus, cum eum hilarem & gaudio perfusum offendisset, cœpit de Davide apud ipsum *hujusmodi* orationem habere. "Ecquod peccatum, parvum "magnumve, ô pater, commissum esse arbitratus "es, ut jusseris interfici virum, qui multum quidem tibi ipsi in salutem profuerit, magis vero "contulerit ut res Palæstinis in supplicium cederent: porroque Hebræorum populum contume"liis & derisione, quam per quadraginta dies per"tulerunt, liberarit, cum solus *ex omnibus* hosti "*eos ad certamen* provocanti semet opponere ausus "fuerit; & qui posthæc retulerit quidem tot ho"stium capita quot ei imperata erant, in præmium "vero sororem meam in matrimonium acceperit. "adeo ut mors ejus nobis eo magis luctuosa futu"ra sit, non solum ipsius ob virtutem, sed & pro"pter necessitudinem quæ ei nobiscum intercedit. "Ejus quippe ex interitu injuriam unà patitur fi"lia tua, quæ, priusquam ex sociali vitæ consue"tudine fructus perceperit, viduitatem expertura "est. Hæc tecum reputando sine te ad mitiora "flecti, nihilque ei mali inferas, qui primum qui"dem nobis magnum beneficium præstitit tuæ sa"lutis, quando, cum tibi mali spiritus & dæmo"nes insiderent, illos quidem ejecerit, tuæ autem "animæ ab iis liberatæ tranquillitatem restituerit; "deinde vero hostes vindicta fuerit persequutus. "Nam opprobrio tibi erit horum oblivisci". His ce sermonibus Saulus delinitur, juratque filio se

ΚΕΦ. ια'.

Ως ὁ Δαυίδης, Σαούλ αὐτῷ ὑπεβουλεύοντι, τῇ παρδῇ καὶ ὑπιμελείᾳ Ιωνάθου, καὶ ταῖς τ γυναικὸς αὐτοῦ Μιχάλας τέχναις, κινδύνους ἐκφυγὼν ἦκε πρὸς τ προφήτην Σαμουήλον.

ΕΜελλε μὲν οὐκ ὀλίγου τοῖς γεγυμνέναις ἐμμένειν Σαούλῳ ἄρα. ὁρῶν γὰρ τὸν Δαυίδην παρὰ τῷ Θεῷ καὶ παρὰ τοῖς ὄχλοις εὐδοκιμοῦντα, κατέδεισε· καὶ τ φόβον οὐκ ἔχων ἀποκρύψασθαι, περὶ μεγάλων ὄντα βασιλείας τε καὶ ζωῆς, ὧν καὶ θατέρου στερηθῆναι συμφορὰ δεινὴ, κτεῖναι τ Δαυίδην διεγνώκει, καὶ παρασκευὴ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ Ιωνάθῃ τε τῷ παιδὶ καὶ τοῖς πιστοτάτοις [v] οἰκετῶν. ὁ δὲ τ πατέρα τ ὑπὲρ τῷ Δαυίδῃ μεταβολῆς θαυμάσας, οὐκ ἐπὶ μετρίοις ἀπὸ τ πολλῆς εὐνοίας, ἀλλ' ἐπὶ θανάτῳ γιγνομένης, καὶ τ νεανίσκον ἀγαπῶν καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ κατιδόμενος, λέγει πρὸς αὐτὸν τὸ ξ πατρὸς ἀπόῤῥητον καὶ τὴν παρασκευὴν συμβουλεύει μέντοι φυλάσσεσθαι γνόμενον σκοπὸν τὴν ὑπάρχουσαν ἡμέραν. αὐτὸς γὰρ [x] ἀπαντήσεσθαι τὸν πατέρα, καὶ [y] τῷ καιρῷ παραφανεῖσθαι αὐτῷ διαλεχθησόμενον περὶ αὐτοῦ, καὶ τ αἰτίαν μαθήσεσθαι καὶ παύσειν ἐκφαυλίσεως· ὡς δ' ἔστιν ἐπ' αὐτῇ κλίνειν τοσοῦτα μὲν ἀγαθὰ τὸ πλῆθος ἐργασάμενον, διάκειται δ' αὐτοῦ γεγυμνάσθαι, [z] δι' ἃ καὶ συγγνώμην ἂν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἁμαρτήμασιν εἰκότως εὕροιτο. δηλώσω δέ σοι τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην. Δαυίδης μὲν, πάθοις συμβουλίᾳ χρησῇ, ὑπεξίσταται τ ξ βασιλέως ὄψεως.

β'. Τῇ δ' ὑπιούσῃ πρὸς τ Σαούλον Ιωνάθης ἐλθὼν, ὡς ἱλαρόν τε καὶ χαίροντα κατέλαβεν, ἤρξατο [a] λόγον αὐτῷ περὶ ξ Δαυίδου ποιεῖσθαι. "[b] τί κατηγορεῖς "μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδίκημα, ὦ πάτερ, προστησάμενος ἀ"νελεῖν ἄνδρα, μέγα μὲν αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν ὀφεί"λοντα γεγυμνέναι, [c] μεῖζον δὲ πρὸς τὴν Παλαιστίνων τιμω"ρίαν· ὕβρεως δὲ καὶ [d] χλεύης ἀπαλλάξαντα τῶν Ε"βραίων λαὸν, ὃν ὑπὸ τετρακοντα [e] ἡμέρας ὑπέ"μεινε μόνον τολμῶν ὑποσῆναι τὴν ξ πολεμίου [f] πρό"κλησιν, καὶ μετὰ ταῦτα κομίσαντα μὲν ὅσας ἐπετάχ"θη κεφαλὰς τ ἐχθρῶν, λαβόντα δὲ ὑπὲρ τούτου γέ"ρας τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν πρὸς γάμον. [g] ὡς ἂν ἀλ"γυνότερον αὐτοῦ γένοιτ' ἡμῖν ὁ θάνατος, ἐ μόνον διὰ τὴν "[h] ἀρετὴν αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συγγέ"νειαν. σωφρονεῖται γὰρ αὐτοῦ τῷ θανάτῳ καὶ ἡ σὴ "θυγάτηρ, [i] χηρείαν πεῖν ἢ τ συμβιώσεως εἰς ὄψιν ἐλθεῖν μέλλουσα [k] πεφεύξειν. ταῦτα λογισάμενος, "μεταβαλοῦ πρὸς τὸ ἡμερώτερον, καὶ μηδὲν ποιήσῃς "κακὸν ἄνδρα, πρῶτον μὲν ἡμᾶς [l] εὐεργέτην μεγά"λων εὐεργετήσαντα τὴν σὴν σωτηρίαν, ὅτε σοι ξ "πονηρᾶς πνεύματος καὶ τῶν δαιμονίων ἐγκαθεζομέ"νων, τὰ μὲν ἐξέβαλεν, εἰρήνην δ' ἀπ' αὐτῶν τῇ "ψυχῇ σου παρέσχε· δεύτερον δὲ τὴν ἀπὸ τ πολε"μίων [m] ἐκδίκησιν. αἰσχρὸν γὰρ τούτων ὑπιλελῆσθαι". τούτοις παρηγορεῖται τοῖς λόγοις Σαούλος, καὶ μηδὲν ἀδικήσειν τὸν Δαυίδην ὄμνυσι τῷ παιδί. κρείττων γὰρ ὀρ-

v Οἰκετῶν.] Τῶν οἰκετῶν *Big. Samb.* & *Vat.*
x Απάντασθαι τ πατέρα,] Απάντασθαι *Iidem.*
y Τῷ καιρῷ] Articulum negligit *Vat.*
z Δι' ἃ καὶ συγγνώμην] Διὸ καὶ *Vat.*
a Λόγον αὐτῷ] Λόγους *Samb. Big. Hen.* & *Busb.*
b Τί κατηγορεῖς μικρὸν] Aut τί κατηγορεῖς αὐτῷ μικρὸν cum *Big. Samb.* & *Gall.*
c Μεῖζον] *Coll. Big.* & *Voss.* μείζω.
d Χλεύης ἀπαλλάξαντα] Lectio solus *Samb.* & mox τ τ Εβρ. *Big. Samb.* & *Vat.*
e Ημέρας ὑπέμεινε] Ημέρως *Vat.*
f Πρόκλησιν] Ita cum *Samb.* (*Coccejo*) & *Epiphanio.* πρόκλησιν in *cæteris.*
g Ως ἂν ἀλγεινότερος] Sic *Big.* (*Coccejus*) *Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliisque.* ὡς ἀλγεινότερος.
h Αρετὴν αὐτοῦ μόνον,] Eo modo cum *Big. Samb.* & *Gall.* ἀρετὴν μόνον *Bas.* & *G.* ἀρετὴν καὶ τὴν συνήθειαν. *Vat.*
i Χηρείαν] Forte χηρείας. COCC.
k Πεφεύξειν.] Λαμπόνιος solus *Vat.* πεφεύξεσθαι legere *Coccejus* jubet.
l Εὐεργέτην μεγάλων] Εὐεργεσίαν in quatuor *MSS.* quod & mavult *Coccejus.*
m Εκδίκησιν.] Vel cum *Big.* & *Samb.* ἐκδικίαν more Attico.

n Λό-

ὀργῆς καὶ φόβου ὁ δίκαιος [n] λόγος. Ἰωνάθης δὴ, μεταπεμψάμενος τὸν Δαυίδην, σημαίνει τε αὐτῷ χρηστὰ καὶ σωτήρια τὰ παρὰ τοῦ πατρός. ἄγει δὴ τοῦτον αὐτὸν· καὶ παρέμενε τῷ βασιλεῖ Δαυίδης ὥσπερ ἔμπροσθεν.

γ'. Κατὰ δὴ τοῦτον τὸν καιρὸν τῶν Παλαιστίνων στρατευσαμένων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους, πέμψας ὁ στρατὸς τὸν Δαυίδην πολεμήσοντα τοῖς Παλαιστίνοις. καὶ συμβαλὼν πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ νικήσας [o] ἐπάνεισι πρὸς τὸν βασιλέα. προσδέχεται δ' αὐτὸν ὁ Σαοὺλος, οὐχ' ὡς ἤλπισεν ἀπὸ τῆς κατορθώσεως, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φθονερίας αὐτοῦ λυπηθείς, ὡς ἐπισφαλέστερος αὐτὸς ἐκ τῶν ἐκείνου πράξεων γινόμενος. [p] ἐπεὶ δὴ πάλιν προσελθὸν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον ἐνορύσσει [q] πνεῦμα καὶ συνετάραττε· καλέσας εἰς τὸ δωμάτιον, ἐν ᾧ κατέκειτο, κατέχων τὸ δόρυ προσέπαιζε [r] τῷ ψαλμῷ καὶ τοῖς ὕμνοις ἐξᾴδειν αὐτόν. ἐκείνου δὲ τὰ κελευσθέντα ποιοῦντος, ἀφέμενος ἀκοντίζει τὸ δόρυ. καὶ τὸ μὲν [s] προϊδόμενος ὁ Δαυίδης ἐξέκλινε· φεύγει δὴ εἰς τὸν οἶκον τὸν αὐτοῦ, καὶ δι' ὅλης ἔμεινεν ἡμέρας αὐτόθι.

δ'. Νυκτὸς δὴ πέμψας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἄρχοντι τῆς ἑῴας φυλάττειν, [t] μὴ καὶ λάθῃ παντελῶς ἀφανὴς γενόμενος, ἵνα φωραθέντα εἰς τὸ δικαστήριον καὶ κρίσιν ἀδίκως ἀποκτείνῃ. [v] Μιχάλα δὲ ἡ γυνὴ Δαυίδου, θυγάτηρ δὲ βασιλέως, τὸν μὲν πατρὸς μαθοῦσα διάνοιαν, τῷ ἀνδρὶ [x] παρίσταται, δείλας ἔχουσα τὰς περὶ αὐτοῦ ἐλπίδας, καὶ περὶ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἀγωνιῶσα· ἐρήμου γὰρ αὐτὸν ζῆν ὑπομένειν ἐκείνα φρονήσειν. καὶ μή σε, φησὶν, ἥλιος ἐνταυθοῖ καταλάβοι· ἀφ' οὗ γὰρ ἔτι ὄψεταί σε. φεῦγε δὴ, ὡς τάχιστά σοι δυνατὰ προχωρεῖν ἡ παροῦσα νύξ, καὶ [y] ποιήσει δέ σοι ταῦτα ὁ Θεὸς μακροτέραν. ἴσθι γὰρ σωτὸν, ἂν φύγῃς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἀπολλύμενον. καὶ [z] καθιμήσασα διὰ θυρίδος αὐτὸν ἐξέσωσεν. ἔπειτα [a] σκεδάσασα τὸν κλίνην, ὡς ἐπὶ νοσοῦντι, καὶ ὑποθεῖσα τοῖς [b] ἐπιβολαίοις [c] ἧπαρ αἰγὸς, ἅμα ἡμέρᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς πέμψαντος ἐπὶ τὸν Δαυίδην, [d] ὠχλᾶτο διὰ τὸ νυκτὸς εἰπεῖν τοῖς παροῦσιν, ἐπιδείξασα τὸν κλίνην κατακεκαλυμμένην, καὶ τῷ πηδήματι τοῦ ἥπατος [e] σαλευόμενον τὸ ἐπιβόλαιον πτοηθεῖσα τὸ κατακείμενον τὸν Δαυίδην [f] ἀθυμήσειν. ἀπαγγελάντων δὲ τῶν πεμφθέντων, ὅτι γένοιτο διὰ τὸ νυκτὸς ἀσθενέστερος, ἐκέλευσεν ἔτως ἔχοντα κομισθῆναι. [g] βέλεσθε γὰρ αὐτὸν ἀνελεῖν. ἐλθόντες δὲ, καὶ ἀνακαλύψαντες τὴν κλίνην καὶ τὸ σόφισμα τῆς γυναικὸς εὑρόντες, ἀπήγγελλον τῷ βασιλεῖ. μεμφομένου δὲ τοῦ πατρὸς αὐτῇ ὅτι σώσασα μὲν τὸν ἐχθρὸν [h] αὐτοῦ, κατασοφίσηται δ' αὐτὸν, ἀπολογίαν σκήπτεται πιθανήν. "ἀπειλήσαντα γὰρ [i] αὐτῇ ἀπο-"κτείνειν, ἔφησε, τυχεῖν ἐκ τοῦ δέους τῆς περὶ τὸ σωθῆναι "σπουδῆς. ὑπὲρ ἧς συγγνώμην καλῶς ἔχειν αὐτῇ, καὶ "ἀνάγκην ἀλλὰ μὴ καθ' αἵρεσιν γιγνομένης. ἀφ' ὧν ἔ-"τως, ἔλεγε, οἴκοι [k] τὸν ἐχθρὸν ἐζήτεις ἀποκτεῖναι,

nullam Davidi facturum injuriam. iram enim metumque vicit justa defensio. Jonathas autem, accersito ad se Davide, indicat ei benigna *omnia* & salutaria à patre *exspectanda esse*. ipsumque ad eum adducit: atque apud regem remansit Davides, sicut antea.

3. Cæterum statim ab illo tempore, cum Palæstini adversus Hebræos copias iterum educerent, Davides cum exercitu *à Saulo* mittitur, ut bellum Palæstinis jungeret. ac congressus magna eos clade affecit, victorque reversus est ad regem. At non ita eum excipit Saulus, ut speravit, post rem feliciter administratam, sed prospero ejus successu mœstus, quasi ex rebus ab ipso *præclare* gestis in regni discrimen veniret. Cum autem dæmonis spiritu correptus iterum agitaretur & conturbaretur, accitum in cubiculum, in quo decumbebat, hastam in manu tenens jussit citharæ pulsu & hymnis ipsum excantare. Illo vero jussa exsequente, hastam protensam in eum jaculatur. atque ille quidem eam, ictu prævisо, declinavit: domum vero fuga se recipit, & in ea tota die permansit.

XIV. *Davidem, cum victoria reversum, Saulus iterum necare conatur.* 1 *Reg. c.* 19.

4. Noctu autem rex missis *lictoribus* mandat ut eum usque ad mane observarent, ne omnino lateret clam elapsus, ut in forum adductus & judicio perfusus morte plectatur. At Michala, uxor Davidis, regis vero filia, cum quod patri erat in animo intellexisset, ad maritum accedit, de ipso inter spem metumque dubia, & de vita sua admodum solicita, ut quæ nec ipsa vivere sustineret illo orbata. Cave, inquit, ne te sol hic loci offendat; ita enim erit ut te non amplius aspiciat. fuge autem qua per noctis hujus tenebras licet, eaque tibi producat Deus. scito enim teipsum, si deprehensus fueris, patris manibus periturum esse. Atque *adeo* cum per fenestram eum demisisset, à periculo conservavit. Deinde cum lectum stravisset, quasi propter ægrotantem, & stragulis capræ jecur subjecisset, prima luce cum pater illius ad Davidem misisset, dicebat, eam totam noctem inquietam exegisse, lecto operto illis qui aderant offenso, fideque facta, dum jecur palpitatione stragulas commoveret, id quod jacebat esse Davidem anhelantem. Ubi vero à *nunciis* missis *regi* relatum erat; quod per noctem male se haberet, jussit ut cum utcunque laborantem sibi afferrent. se enim velle illum perimere. Illi vero reversi, cum & lectum retexissent & fraudem à muliere compositam deprehendissent, ad regem rem detulerunt. Patre autem ipsam reprehendente, quod ejus quidem servaverit inimicum, illum vero deceperit, excusationem commenta est verisimilem. "Mortem e-"nim ei comminatum, dixit, metu extorsisse, ut "sua ad semet conservandum opera uteretur. quam-"obrem ei debere ignosci, quod necessitate ada-"cta & non sponte opem tulerit". adjiciebatque, "non enim puto te adeo inimici neci studere ac "meæ

Michala Davidem per fenestram demittit, fallitque Sauli nuncios. 1 *Reg. c.* 20.

Michala sese apud Saulum excusat, veniamque ab eo impetrat. 1 *Reg. c.* 19.

---

n Λόγος.] Λογισμὸς *Big. Samb. & Gall.*

o Ἐπάνεισι πρὸς τὸν βασιλέα.] Ita cum *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliisque* ἐπάνοδος.

p Ἐπεὶ δὴ πάλιν] Ἐπειδὴ *Vat.*

q Πνεῦμα καὶ συνεταράττε·] Ita cum *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Gall.* in *Editis*, *Aliisque* deest πνεῦμα. juxta *Epiphan.* καὶ πνεῦμα συνεταράττε.

r Τῷ ψαλμῷ καὶ τοῖς ὕμνοις ἐξᾴδειν αὐτόν] *Verte: jussit citharæ pulsu & hymnis seu cantu placare ipsum.* Ψαλμὸς nempe pulsus ad citharam. Vid. supr. cap. VIII. §. 2. Melius Ruffinus, *psallere & hymnos cantare præcepit*, modo *psallere* pro Græco ψάλλειν intelligatur. SPANH.

s Προϊδόμενος ὁ Δαυίδης] Sic *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.*

t Μὴ καὶ λάθῃ] Μὴ λάθῃ *Samb.* & *Epiphan.*

v Μιχάλα δὲ] Eo modo supra p. 328. §. 5. & 337. §. 3. Μιχὼ *Samb.* Μελχὼ *Bas.* & *G.* Μελχάλη *Busb.* Μελχολ Zonaras ex Interpretibus LXXII. Μελχόλη δὲ ἡ γυνὴ τοῦ Δαβὶδ *Vat.*

x Παρίσταται,] Παραγίνεσθαι legisse videtur *Epiphan.* παρίσταται δὲ λαθοῦσα ἔχ. *Samb.* & *Vat.*

y Ποιήσει δὲ] Ita *Big.* *Samb.* & *Epiphan.* ποιήσῃ in *Editis*, *Aliisque.*

z Καθιμήσασα διὰ θυρίδος] Ita omnes *MSS.* præter *Big.* qui cum *Editis* habet καθιμήσασα δὲ διὰ θ.

a Σκεδάσασα τὴν κλίνην,] Σκεπάσασα *Big. Samb.* & *Gall.* 1. σκεδάσασα καὶ σκεπάσασα *Vat.*

b Ἐπιβολαίοις] Περιβολαίοις *Big. Samb.* & *Vat.*

c Ἧπαρ αἰγὸς,] Καὶ γάρ φασι τῶν αἰγῶν τὸ ἧπαρ κινεῖσθαι μέχρι πολλοῦ. *Theodoret.* vol. I. p. 251.

d Ὠχλᾶτο] Ὀχλεῖτο *Hen.* & *Busb.*

e Σαλεύοντος] Ita cum *Busb.* & *Hen.* σαλεύοντι τὴν ἐπὶ τὸ ἐπιβόλαιον *Bas.* & *Gen.* σαλεύοντι τὴν ἐπιβολὴν *Big. Samb.* & *Vat.* σαλεύοντος ὑπὸ τὸ ἐπιβόλαιον legisse videtur *Epiphan.* Videsis Zonaram de eodem sophismate.

f Ἀθυμήσειν.] Ἀθυμεῖν *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* minus recte.

g Βέλεσθε γὰρ] Βέλεσθε *Big.* & *Samb.*

h Αὐτοῦ,] Illud αὐτοῦ, quod deerat in *Editis*, restituimus ex *MSS.* mox κατασοφίσηται τ' αὐτὸν *Vat.* & *Samb.*

i Αὐτῇ ἀποκτείνειν,] Ita *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* αὐτὸν in *Editis.* αὐτῇ σφᾶς ἀποκτείνειν *Busb.* & *Hen.*

k Τὸν ἐχθρὸν ἐζήτεις] Τὸν ἐχθρόν σε σπεύδοντα ἀποκτεῖναι *Big.* & *Samb.* οἴμοι τὸν ἐχθρὸν ἀποθανεῖν ὡς *Vat.*

"meæ ſaluti". Et Saulus quidem *hoc*, *quicquid erat culpæ*, puellæ condonat: Davides vero, cum fuga evaſiſſet, Ramatham ad Samuelum prophetam ſe contulit, eique inſidias ſibi à rege factas expoſuit, quodque parum abfuerit, quin mortem obiret ab ipſo haſta trajectus, adeoque cum nec in eum mali quidquam patraſſet, nec in pugnis cum hoſte minus ſtrenue ſe geſſiſſet, ſed Dei auſpiciis feliciterque dimicaſſet. id quod Saulo odii in Davidem cauſa erat.

Davides fugit ad Samuelum. Lictores, eum accerſitum miſſi, divino ſpiritu corripiuntur, poſtcaque ipſe etiam Saulus. 1 Reg. c. 19.

5. Propheta autem, cum intellexiſſet quam inique cum eo ageret rex, urbem quidem Ramatham reliquit, ſecum vero ducto Davide in locum quemdam Galbaath nominatum, illic cum eo aliquandiu morabatur. Ut vero Saulo nunciatum eſt, Davidem apud prophetam eſſe, nunciis miſſis in mandatis dedit, ut eum comprehenſum ad ipſum adducerent. Illi vero, cum ad Samuelum perveniſſent & in prophetarum cœtum incidiſſent, Dei ſpiritu afflantur, & *ipſi* vaticinari cœperunt. Hoc vero ubi Saulus acceperat, alios miſit ad Davidem *capiendum*. ac, cum illis idem quod prioribus accidiſſet, alios denuo ſummittebat. At tertiis *iſtis ſimiliter* vaticinantibus, tandem irarum plenus ipſe eo properavit. poſtquam vero propius jam aberat, Samuelus, antequam in conſpectum veniret, fecit ut ille prophetam ageret. Cum vero Saulus ad ipſum perveniſſet, vehementi ſpiritu agitatus non amplius ſuus eſſe videbatur; exutiſque veſtimentis toto *illo* die ac nocte humi ſtratus jacebat coram Samuelo & Davide.

De Sauli in Davidem odio tandem perſuadetur Jonathæ.

6. Cum autem Davides, illinc ad Jonatham Sauli filium profectus, *multa* de patris ejus inſidiis conquereretur, diceretque ut pater ejus ipſi perimendo, nulla facta injuria aut peccato commiſſo, quam maxime ſtuduerit; *ille* eum obſecrabat, ut neque ſuis de illo ſuſpicionibus *temere* crederet, neque aliorum calumniis, ſiqui eſſent qui hujuſmodi quid auderent, ſed ſibi animum adverteret & confideret. nihil enim tale in ipſum moliri patrem. cum enim voluiſſe ſibi indicare & in conſilium adhibere, ut qui de communi ſententia omnia ageret. Ille vero jurabat pro certo ita eſſe, rogabatque ut perſuaſus ipſius potius proſpiceret ſaluti, quam ſermonis veritatem deſpectui haberet: & tum demum vera eſſe omnia exiſtimaret, poſteaquam ipſum exſtinctum vel viderit vel audierit. adjiciebatque nolle patrem de hiſce quidquam cum eo communicare, quod norit qua in ipſum eſſet amicitia qualique affectu.

Davidis & Jonathæ conſultatio de noſcitando Sauli erga Davidem animo. 1 Reg. c. 23.

7. Jonathas autem triſtis, quod ei adeo de Sauli propoſito fidem fecerit, Davidem interrogabat, num quid ab eo ſibi fieri velit. Ille vero dicebat, "novi omnia te mihi conferre meique in gratiam "præſtare velle. Equidem cras novilunium agi-"tur: ſoleo autem *eo die* cum rege accumbere ad "epulas. quare, ſi ita tibi videtur, è civitate e-"greſſus ruri latebo. At tu, ſi me requiret rex,

ὡς ἐμὲ σώζεσθαι." καὶ συγγινώσκει μὲν τῇ κόρῃ Σαοὺλος· ὁ δὲ Δαυίδης, ἐκφυγὼν τὸν κίνδυνον, ἦκε πρὸς τὸν προφήτην Σαμουήλον εἰς [l] Ραμαθὰν, καὶ τοῦτο ἀπήγγελλε αὐτῷ τοῦτο τῶν βασιλέως ἐβούλωσε, καὶ ὡς σφᾶς μικρὸν ὑπ' αὐτοῦ τῷ δόρατι βληθεὶς ἀπεθάνοι, μήτ' ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν κακὸς ἡγούμενος, μήτ' ἐν τοῖς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀγῶσιν [m] ἀνανδρος, ἀλλ' ἐν ἅπασι [n] μὴ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπιτυχής. τὸ δὲ λοιπὸν μίσος Σαούλῳ τὸ πρὸς Δαυίδην ἀπεχθείας.

ε'. Μαθὼν δὲ ὁ προφήτης τοῦτο τὸν βασιλέως ἀδικίαν, καταλείπει μὲν τοῦτο πόλιν [o] Ραμαθάν. [p] ἀγαγὼν δὲ τὸν Δαυίδην ἐπί τινα τόπον, [q] Γαλβαὰθ ὄνομα, ἐκεῖ διέτριβε σὺν αὐτῷ. ὡς δὲ ἀπηγγέλθη τῷ Σαούλῳ πρᾶγμα τῷ προφήτῃ τυγχάνων ὁ Δαυίδης, πέμψας ὑπηρέτας [r] ἐπ' αὐτὸν, ἄγειν προσέταξεν συλλαμβάνοντας. οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς τὸν Σαμουήλον, καὶ καταλαβόντες προφητῶν ἐκκλησίαν, τοῦ θείου μεταλαμβάνουσι πνεύματος, καὶ προφητεύειν ἤρξαντο. Σαούλῳ δὲ ἀκούσας, ἄλλους ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν Δαυίδην. [s] κἀκείνων ταὐτὸ τοῖς πρώτοις παθόντων, πάλιν ἀπέστελλεν ἑτέρους. προφητευόντων δὲ καὶ τούτων τρίτων, πολλῷ μᾶλλον ὀργισθεὶς αὐτὸς ἐξώρμησεν. [t] ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦν ἤδη, Σαμουήλου, πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν, προφητεύειν ἐποίησεν. ἐλθὼν δὲ [v] πρὸς αὐτὸν Σαούλου, τοῦ πλείω πνεύματος ἐλαυνόμενος ἔκφρων γίνεται. καὶ τοῦ ἐσθῆτα [x] προϊδύσας [y] αὐτὸν, καταπεσὼν ἔκειτο δι' ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, [z] Σαμουήλου τε καὶ Δαυίδου βλεπόντων.

ς'. Ιωνάθης δὲ ὁ Σαούλου παῖς, ἀφικομένου πρὸς αὐτὸν ἐκεῖθεν Δαυίδου, καὶ πρὸ τοῦ πατρὸς ὑποδυομένου ἐπιβουλὰς, καὶ λέγοντος, ὡς οὐδὲν ἀδικήσας, ἀλλ' [a] ἐξαμαρτὼν σπουδάζοιτο τοῦ πατρὸς αὐτοῦ φονευθῆναι· μήτε αὐτῷ τοῦτ' ὑπονοοῦντι πιστεύειν παρεκάλει, μήτε τοῖς ἀλλοφύλοις, εἴ τινες ἄρα εἰσὶν οἱ τοῦτο πράττοντες, ἀλλ' αὐτῷ προσέχειν καὶ θαρρεῖν. μηδὲν γὰρ τοιοῦτον ἐπ' αὐτῷ φρονεῖν τὸν πατέρα. [b] φράσαι γὰρ αὐτῷ περὶ τούτου καὶ σύμβουλον προσλαβεῖν, τῇ κοινῇ γνώμῃ καὶ τἄλλα πράττοντα. ὁ δὲ ὤμνυεν ἢ μὴν ὅτως ἔχειν. καὶ πιστοῦντ' ἠξίου προνοεῖν αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ καταφρονοῦντ' [c] ἐπὶ ταληθέσι τοῖς λόγοις· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑπολαβεῖν, ὅταν ἢ θεάσηται [d] πεφονευμένον αὐτὸν ἢ πύθηται. μὴ λέγειν δὲ αὐτῷ τὸν πατέρα περὶ τούτων ἔφασκεν, εἰδότα τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ ἀφέσιν.

ζ'. Λυπηθεὶς δὲ ἐφ' ὅτῳ πιστωσαμένῳ τὸν Σαούλου προαίρεσιν Ιωνάθης, [e] ἐπηρώτα τίνος ἐξ αὐτοῦ βούλεται τυχεῖν. ὁ δὲ, "οἶδα γὰρ, ἔφη, πάντα σε χαρίζεσθαί μοι καὶ παρέ-"χειν ἐθέλοντα. νεμηνία μὲν εἰς τὸν ὑπιόντα ἐστὶν· ἐθος δὲ "ἔχω δειπνεῖν σὺν τῷ βασιλεῖ καθημένου. εἰ δή σοι δοκεῖ, "πορευθεὶς ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ πεδίῳ, λανθάνων [f] ἀφανι-"νῶ. σὺ δὲ, ὑπιζητήσαντος αὐτοῦ, λέγε πορευθῆναί με "εἰς

l Ραμαθὰν] Ita prout p. 307. §. 2. & *alibi*. Αρμαθὰ in *Editis*, *Aliiſque*. εἰς Αρμαθὰν ἤτοι Αρεμὲθ *Vat*.

m Ανανδρος,] Ανανδρου hic pro *ignavo*, alioquin pro *Vidua* apud Auctores; ut Æſchylus v. 289. Eurip. Andromach. 387. & alibi. SPANH.

n Μὴ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπιτυχής.] Ita edere viſum eſt cum μὴ τοῦ Θεοῦ μὲ καὶ ἐπιτυχής. τὸ δὲ λοιπὸν habeant *Baſ.* & *Gen.* μὴ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπιτυχίας. τοῦτο δὲ λοιπὸν *Big. Samb. Gall.* & *Vat.* ἀλλ' ἐν ἅπασι εὐθυμοῦ καὶ ἐπιτυχής. τὸ δὲ λοιπὸν *Vet. Interpr.*

o Ραμαθὰν·] Sup. Cap. VII. §. 5. SPANH.

p Αγαγὼν ἤ] Sic ex *MSS.* ἀγων in *Editis*.

q Γαλβαὰθ ὄνομα,] Ita *Baſ.* & *G.* Γαλβαὰθ juxta *Epiphanium*. Γαλβάαθον *Hen.* & *Busb.* ἐν Ραμᾷ Βαλγαὰθ, *Samb.* ἐν Ραμᾷ Βαλγαὰθ (*Coll. Voſſ.*) *Big.* ἐν Ραμᾶ Βαλγαάθα ὄνομα ἤτοι Ναϊαθὰ *Vat.* ſcripſit olim *Flavius*, quod puto à 1 Regum c. 20. v. 19. Ναυὲθ aut Ναυὶθ, aut Γαλγαυὰθ vel Γαλγαυὶθ, *Collis Naioth*. HUDS. Malim Ναϊὰθ, uti Interpretes Græci: nam *Naioth* eſt in contextu Hebræo. REL.

r Επ' αὐτὸν,] Πρὸς αὐτὸν ἄγειν ἐλήλυθοσι συλλαβόντας *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

s Κἀκείνων ταὐτὸ] Κἀκείνων δ' αὐτὰ *Vat.*

t Επεὶ δ' ἐγγὺς] Επεὶ δ' ἐγγὺς ὄντα εἶδε Σαμουήλου, στὰς &c. *Vat.*

v Πρὸς αὐτὸν Σαούλου,] Πρὸς αὐτὸν *Busb. Hen.* & *Epiphan.*

x Προϊδύσας] Id eſt, ἀποδύσας, ut conſtat ex Lib. VII. cap. 1. non procul ab initio. atque apud *Heſychium* προϊδίσαι, ἀποδύσαι.

y Αὐτὸν,] Ita ex *Samb.* αὐτὸν in *reliquis*.

z Σαμουήλου] Σαμουήλου καὶ Δ. *Vat.*

a Εξαμαρτὼν] Ἐξημαρτὼν *Samb.*

b Φράσαι γὰρ] Aut Φράσαι γὰρ ἂν αὐτῷ cum *Big. Samb.* & *Vat.* & mox καὶ τ' ἄλλα πρᾶττοντα *Vat.*

c Επὶ ταληθέσι] Επ' ἀληθέσι *Big.* & *Samb.* quod & præfert *Coccejus*. Vetus, *potius quam eum ſperneret quaſi mendacem*.

d Πεφονευμένον] Illa πεφονευμένον αὐτὸν deſunt *Vat.* neque ea agnoſcit *Vet. Interpr.*

e Επερώτα τίνος.] Επερωτᾷ *Vat.*

f Διαμφῶ.] Ita in quinque *MSS.* Δαμφῶ *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.*

"εἰς τ πατρίδα [g] Βηθλεέμ μ, ἑορτὴν μ τ φυλῆς ἀγά-
"σης, ποιήσειν, ὅτι σύ μοι [h] συγκεχώρηκας. κἂν μέν,
"οἷον εἰκὸς κ σώφρονες ἐσι λέγειν ὅπὶ φίλοις ἀποδημοῦσιν,
"ἐπ' ἀγαθῷ βεβάδικεν εἰπὴ· ἴσθι μηδὲν ὕπουλον [i] παρ'
"αὐτ εἶναι μηδ' ἐχθρόν. ἂν δ' [k] ὡς ἄλλως [l] ἀποκρί-
"νηται, τότ' ἔστω τεκμήριον τ κατ' ἐμὲ βεβουλευμένων.
"μισούσης δέ μοι τὴν διάνοιαν τὴν τ πατρὸς, οἰκτῶ τε
"νέμων τοῦτο κ φιλίᾳ, δι' ἣν πίστις τις παρ' ἐμοῦ λαβεῖν
"ἠξίωκας, αὐτός τε ἐμοὶ δοῦναι δεσπότης ὢν [m] οἰκέτῃ
"σῷ. εἰ δ' ὑφίσκεις τι ἐν ἐμοὶ πονηρὸν, αὐτὸς ἄνελε
"κ φθάσον τ πατέρα.

η'. Πρὸς ἣ τὸ τελευταῖον δυσχεράνας τ λόγων Ιωνά-
θης, [n] ποιήσειν ταῦτ' ἐπηγγείλατο· κἄν τι σκυθρωπὸν ὁ
πατὴρ αὐτοῦ κ τὴν ἀπέχθειαν [o] ἐμφανίζον ἀποκρίνηται,
μηνύειν. ἵνα δ' αὐτῷ [p] θαρρῇ μᾶλλον, ἐξαγαγὼν αὐ-
τὸν εἰς ὕπαιθρον κ καθαρὸν ἀέρα, ὀμὸν παρήσθ ὑπὲρ
τ Δαυίδου σωτηρίας ὤμνυε. "τ μὲν Θεὸν, εἶπε, τὸν
"πάντων, ὃν [q] πολλοῦ ὁρᾷς κ παντα χοῦ κεχυμένον, κ
"πρίν ἑρμηνεῦσαί με τοῖς λόγοις τὴν διάνοιαν ἤδη μου
"πυθέσθαι εἰδότα, μάρτυρα ποιοῦμαι τ πρὸς σὲ συνθηκῶν.
"ὡς οὐκ ἀνήσω τ πατέρα πολλάκις αὐτοῦ τ εὐμενείας
"διάπειραν λαμβάνων, πρὶν ἢ καταμαθεῖν εἴ τις ἐστὶ
"κ ταῖς ἀπορρήτοις αὐτοῦ τ ψυχῆς [r] νόσος. κα-
"ταμαθὼν δ' οὐκ [s] ἀποκρύψομαι· καταμηνύσω γὰρ πρὸς
"σὲ, κ πρᾶον ὄντα κ δυσμενῶς διακείμενον. οἶ-
"δεν γὰρ ἅτ ὁ Θεὸς, πῶς αὐτὸν εἶναι μετὰ σοῦ διὰ παν-
"τὸς εὔχομαι. ἔστι μὲν γὰρ νῦν, κ οὐκ ἀπολείψει σε.
"ποιήσω γὰρ τ ἐχθρὸν, [t] ἄνθ' ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς ἀντ' ἐγὼ,
"κρείττονα. σὺ μόνον μνημόνευε τούτων· κἂν ἀποθανεῖν
"μοι γένηται, τὰ τέκνα μου σῶζε, κ τὸν ὡσαύτως τ
"παρόντων μοι ἀμοιβὴν εἰς ἐκεῖνα καταθοῦ". ταῦτ'
ἐπομόσας, ἀπολύει τ Δαυίδην, εἴς τινα τόπον ἀπελ-
θεῖν τὸ πεδίον φράσας· ἐν ᾧ γυμναζόμενος [v] διετέλει.
γνοὺς γὰρ τὰ δόξαντα τοῦ πατρὸς, ἦξειν πρὸς αὐτὸν ἔφησεν
[x] ἐκεῖ, μόνον ἐπαγόμενος παῖδα. "[y] κἂν τρία ἀκόν-
"τια βαλὼν ὑπὲρ τὸν σκοπὸν κομίσῃ τῷ παιδὶ προστάσ-
"σω τὰ ἀκόντια, κεῖσθαι γὰρ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, γίνωσκε
"μηδὲν εἶναι φαῦλον πρὸς τοῦ πατρός· ἂν δὲ πάντα τὰ
"τούτων ἀκούσῃς μου λέγοντος, κ τὰ ἐναντία πρὸς τοῦ
"βασιλέως προσδόκα. τ μέν τοι γε ἀσφαλείας τεύξῃ
"παρ' ἐμοῦ, [z] κ οὐδὲν μὴ πάθῃς ἄτοπον· ὅπως δὲ μνη-
"σθῇς τούτων πρὸς τὸν τ ὠφελείας καιρὸν σκόπει, κ
"τοῖς ἐμοῖς μου χρῆσιμος". Δαυίδης μὲν οὖν τοσα-
ῦτας λαβὼν πρὸς Ιωνάθου τὰς πίστεις, εἰς τὸ συγκείμενον
ἀπηλλάγη χωρίον.

θ'. [a] Τῇ δ' ἐρχομένῃ, νεομηνίᾳ [b] δ' οὔσῃ, ἀγνί-
σας ὡς ἔθος εἶχεν ὁ βασιλεὺς ἦκεν ὅπὶ τὸ δεῖπνον. κ
προσκαθεζομένων αὐτῷ, τοῦ μὲν παιδὸς Ιωνάθου ἐκ δε-
ξιῶν, [c] Αβενήρου δὲ τοῦ [d] δεξιστρατήγου ἐκ τ ἑτέρων· ἰδὼν
τὸν τοῦ Δαυίδου καθέδραν [e] κενὴν, ἡσύχασεν, ὑπονοήσας

"dices me petiisse Bethleemam, patriam meam,
"quod tribus mea solenne sacrum celebret, adje-
"cto id permissu tuo factum. Et si quidem, ut
"verisimile est & dici solet de amicis peregre eun-
"tibus, dixerit, in rem suam profectus est, scito
"nihil ab eo agi dolose aut inimice. Sin vero ali-
"ter respondeat, hoc signo erit, quod aliquid in
"me animo agitaverit: mihi autem renunciabis
"voluntatem patris, idque ex misericordia & ami-
"citia, propter quam fidem à me accipere, & ipse
"dominus mihi servo tuo vicissim dare voluisti.
"Sed si quid mali me commisisse senseris, tu me
"interficias *velim* & patrem prævenias.

8. Cæterum Jonathas, verbis extremis ad in- *Amicitiæ fœdus inter Jonatham & Davidem icium.*
dignationem adductus, se quæ postulaverat factu-
rum promittebat: & si quid asperius retulerit pa-
ter, & quod præ se ferat odium, se indicare velle.
ut vero ipsi magis confideret, ei * in apertum e-
ducto purumque aëra jurejurando confirmat, se
nihil non tentaturum quod Davidi in salutem es-
set. Ajebat enim, † "Deum hunc, quem magnum
"esse animadvertis & per omnia diffusum, quique
"priusquam verbis eloquar mentem meam jam no-
"vit, testem appello fœderis quod tecum facio,
"me non cessaturum esse patris *in te* voluntatem
"modis omnibus explorare, donec comperiam ec-
"quid vitii in animæ ipsius involucris lateat. Cum
"vero ut se habeat intellexero, id te non celabo,
"sed tibi indicabo, sive benignus fuerit sive male-
"volus. Novit enim hic ipse Deus, ut illum tibi
"propitium adesse perpetuo precor. Nam &
"nunc quidem tecum est, & te non destituet: fa-
"cietque, sive pater meus sive ego tibi adversor,
"ut superior discedas. Tu horum duntaxat me-
"mor esto: &, si me mori contigerit, liberos meos
"serva, & gratiam mihi pro hisce debitam illis
"refer". Cum in hæc jurasset, Davidem dimit-
tit, jussum in certum agri locum secedere, in quo
se exercere moris erat. cognito enim patris ani-
mo, venturum se illic dixit, puero solum secum
adducto. "Et si, tribus jaculis ad scopum emissis,
"puero jussero ut illa petat (fore enim ut ante
"ipsum jaceant) pro certo nosce nihil triste à pa-
"tre *metuendum* esse. quod si contraria me dicere
"audieris, contraria similiter à rege exspecta. Ve-
"runtamen ego securitati tuæ prospiciam, & ni-
"hil mali patieris: tu vero, cum lætiora advene-
"rint tempora, fac horum memineris, curaque ut
"liberis meis prosis". Et quidem Davides, cum
hanc fidem à Jonatha accepisset, in locum consti-
tutum discessit.

9. Die vero sequenti, erat enim novilunium, *Jonatha irascitur Saulus, propter ejus in Davidem benevolentiam. 1 Reg. c. 20.*
rex, cum se pro more purificasset, venit ad con-
vivium. Cumque ei filius quidem Jonathas à dex-
tris assideret, Abenerus vero legatus exercitus à
sinistris, videns Davidis locum vacare tacuit, su-
spi-

g Βηθλείμ,] Sic cum *Big. Samb.* & *Vat.* Βηθλεὲμ *Hen.* & *Busb.* Βηθλεέμα aut Βηθλέεμα *Basil.* & G.
h Συγκεχώρηκας.] Συνεχώρησας solus *Vat.*
i Παρ' αὐτοῦ] Lege παρ' αὐτῷ. COCC.
k Ως ἄλλως] Ως omittit *Vat.*
l Αποκρίνηται,] Ita cum sex *MSS.* ἀποκρίνῃ in *Editis.*
m Οἰκέτῃ σῷ.] Illa οἰκέτῃ σῷ desunt *Vat.*
n Ποιήσειν] *Coll. Big.* & *Voss.* κἀν ποιῆτις.
o Εμφανίζον ἀποκρίνηται,] Ita cum *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* ἐμφανίζων ἀποκρίνῃ in *Editis*, *Aliisque.* ἐμφανίζων ἀπεκρίνατο μηνύειν *Vat.*
p Θαρρῇ] Aut θάρρῃ cum *Samb.* & *Vat.*
* *In apertum educto purumque aëra jurejurando confirmat,*] Sub dium exiit, ut cœlum intuens Deum juraret.
q Πολὺν ὁρᾷς] Μέγαν *Samb.* & *Epiphan.*
† *Deum hunc, quem magnum esse animadvertis & per omnia diffusum,*] Vetus, *quem magnum esse vides, & ubique præsentem.* Verto, *quem maximum vides & ubique diffusum.* Crediderim vero Josephum sese accommodasse Gentibus cœlum esse Deum putantibus. COCC. Juxta illud Lucani lib. IX. versu 580. *Jupiter est, quocunque vides, quocunque moveris.* Ita enim libri *MSS.* meliores, non *quodcunque.* HAV.
r Νόσος.] Γνεσῶν pro νόσος habent *Big. Samb. Vat.* & forsan *Epiphan.*
s Αποκρύψομαι·] Αποκρύψω μὲ *Big.* & *Samb.*
t Ανθ' ὁ πατὴρ] Εάν τε ὁ πατὴρ ἐμὸς, ἐάν τε ἐγὼ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.*
v Διετέλει.] Αὐτὸς διετέλει *Iidem.*
x Εκεῖ,] Ita cum iisdem *MSS.* ἐκεῖνος ἐπαγ. *Basil.* & G.
y Κἂν τρία ἀκόντια] Καὶ τρία ἀκόντια ἢ βαλὼν *Big.* τρία ἀκόντια βαλὼν *Samb.* & *Epiphan.*
z Καὶ οὐδὲν μὴ] Καὶ σὺ ἢ μὴ πάθῃς ἄτοπον· ὅπως ἢ μνηθῇς πρὸς τ *Vat.*
a Τῇ δ' ἐρχομένῃ,] Ita cum *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* τῇ δ' ἐρχομένῃ.
b Δ' οὔσῃ,] Δ' ὢν, δι' ὃν ἁγνίσας *Big.* & *Vat.*
c Αβενήρου] Αβενήρου *Vat.*
d Δεχισρατήγου] Ita in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἀνισρατήγου *Basil.* & G.
e Κενὴν,] Κειμένην *Vat.*

ſpicatus, ideo eum abeſſe quod à coitu non eſſet purus. Poſtquam autem poſtridie novilunii non adeſſet, quærebat à Jonatha filio; qua de cauſa Jeſſæi filius tam pridie quam eo die à convivio & cœna abfuerit. Ille vero reſpondit eum ipſius permiſſu in patriam, ut convenerant, conceſſiſſe, tribu *ſua* feſtum ſolenne agente: quin etiam ipſum ad ſacrificium invitaſſe. & ſi mihi, inquit, veniam dederis, eò proficiſcor: noſti enim meam erga illum benevolentiam. Tunc deprehendit Jonathas, quam infeſto pater ejus in Davidem eſſet animo: & voluntatem ejus plane perſpectam habuit. Haud enim ab ira temperabat Saulus, ſed convicia projiciens, à profugis natum hoſtemque appellabat, & ſocium Davidis adjutoremque eſſe dicebat; & neque ipſum revereri neque matrem ſuam dum iſta cogitaret: nolleque hoc ſibi perſuaſum eſſe, regnum ipſis parum tutum eſſe, quamdiu ſuperſit Davides. quamobrem ſe cum accitûrum eſſe dixit, ut ſupplicium lueret. Cum vero Jonathas ſubjiceret, quid commiſit, ut tanta illum puniendi te inceſſeret cupido? non amplius Saulus verbis *contumelioſis* probriſque iram exprompſit; ſed arrepta haſta in ipſum inſiluit, necem ei decernens. Et facinus quidem non perpetravit, ab amicis impeditus: verum jam filio haud dubium erat, quin Davidem odio proſequeretur, eumque interficere *quammaxime* deſideraret; cum parum abfuerit à filio etiam propter illum manu ſua perimendo.

Jonathas, de Sauli in Davidem odio perſuaſus, ejus ſaluti proſpicit. 1 *Reg. c.* 20.

10. Et tunc quidem regis filius è convivio ſe proripiens, ut qui præ mœrore cibum capere non potuerit, noctem fletu egit inſomnem, quod de vita quidem ſua periclitatus fuerit, Davides vero morti eſſet deſtinatus. At prima luce ante urbem in agrum, ſpecie quidem ſemet exercendi, re ipſa vero ut amico patris affectum indicaret, ſicuti conſtitutum erat, proceſſit. Cumque Jonathas omnia, in quæ convenerant, feciſſet, puerum quidem pediſſequum in urbem dimittit, ipſe vero in ſolitudine Davidi in conſpectum venit & colloquium. Cumque ille ſe oſtendiſſet, Jonathæ ad pedes accidit, & *eum* adorans animæ ſuæ ſervatorem appellabat. Illum vero à terra attollit *Jonathas*, & ſibi invicem impliciti, longiuſcule ſeſe mutuo & non ſine lachrymis deoſculati ſunt; ſortem ſuam deplorantes, & quod ea eſſent ætate & ſuæ invideretur amicitiæ, porroque locorum intervallo disjungendi eſſent, quod ipſis nihil à morte differre videbatur. Cum autem vix ſe ex luctu recollegiſſent, ſeque mutuo obſecraſſent ut fidei jurejurando datæ forent memores, ab invicem diſceſſerunt.

ὁ καθαρεύσειν αὐτὸν [f] ἀπὸ σωμῶσίας ὑστερῶν. ὡς ἢ καὶ τῇ δευτέρᾳ τ νεμηνίας ὁ παρὼν, ἐπιζητοῦντος δὲ τὸν παῖδος Ιωνάθου· ὅτι καὶ τὴ παρελθόσῃ καὶ ταυτῃ δεῖπνου καὶ τ ἑστιάσεως ὁ τ Ιεσσαὶου παῖς ἀπολέλειπται. ὁ δὲ, πεπρεῦσθαι κατ' τὰς συνήκας, ἔφησεν, αὐτὸν εἰς τὴν ἑαυτῶ πατρίδα, τ φυλῆς ἑορτὴν ἀγούσης, ἀπιτρέψαντος αὐτῶ· καλέσαι μέντοι καὶ τὸν ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θυσίαν. κἂν [g] συγχωρῇς, φησὶν, ἀπέρχομαι· τὴν γὰρ εὔνοιάν μου τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπίστασαι. τότε τὴν πρὸς Δαυίδην τῶ πατρὸς Ιωνάθης ἐπέγνω δυσμένειαν, καὶ τραχυνῶς τὴν ὄλλην αὐτοῦ βλέψιν εἶδεν. ὁ γὰρ κατέχε τ ὀργῆς Σαοὺλος, ἀλλὰ βλασφημῶν ἐξ αὐτομόλων γεγυμνασμένον καὶ πολέμιον ἀπεκάλει, καὶ κοινωνὸν τῶ Δαυίδου καὶ συνεργὸν ἔλεγε, καὶ μηδ' αὐτὸν αἰδεῖσθαι μήτε τὴν μητέρα αὐτοῦ, ταῦτα φρονοῦντα· καὶ μὴ βουλόμενον πεισθῆναι τοῦτ', ὅτι μέχρις οὗ περίεσι Δαυίδης ἀσφαλῶς αὐτοῖς τὰ τ βασιλείας ἕξει. μεταπέμψαι τοιγαροῦν αὐτὸν ἐφησεν, ἵνα δῷ δίκην. καταντυχόντος δὲ Ιωνάθου, τί δ' ἀδικηθεῖται [h] κολάσαι θέλεις; οὐκ ἔτ' εἰς λόγους καὶ βλασφημίας τὴν ὀργὴν ὁ Σαοὺλος ἐξένεγκεν· ἀλλ' ἁρπάσας τὸ δόρυ ἀνεπήδησεν εἰς αὐτὸν, ἀποκτεῖναι θέλων. καὶ τὸ μὲν ἔργον οὐκ ἔφθασε διακωλυθεὶς ὑπὸ τ φίλων· φανερὸς δὲ ἐγένετο τῷ παιδὶ, μισῶν τ Δαυίδην, καὶ διαχρήσασθαι ποθῶν, ὡς βραχὺ μικρὸν δι' ἐκείνου [i] αὐτόχειρ τ παιδὸς γεγονέναι.

ι'. Καὶ τότε μὲν ὁ τοῦ βασιλέως παῖς ἐκπηδήσας ἀπὸ τοῦ δείπνου, καὶ μηδὲν ὑπὸ λύπης προσενέγκασθαι δυνηθεὶς, κλαίων αὐτὸν μὲν τοῦ βραχὺ μικρὸν [k] ἀπολέσθαι, τοῦ κατακεκρίσθαι δ' ἀποθανεῖν Δαυίδην, [l] ἐνυκτέρευσεν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ, πρὸς τ πόλεως εἰς τὸ πεδίον, ὡς [m] γυμνασόμενος μὲν, δηλώσων δ' τῷ φίλῳ τὴν [n] τοῦ πατρὸς διάθεσιν, ὡς συνέβη· [o] πρόεισι. ποιήσας δ' ὁ Ιωνάθης τὰ συγκείμενα, τ μὲν ἑπόμενον ἀπολύει εἰς τὴν πόλιν παῖδα· ὁ δ' ἐν ἐρημίᾳ τῷ Δαυίδῃ παρῆλθεν εἰς ὄψιν [p] αὐτῷ καὶ λόγους. [q] ἀναφανεὶς δ' οὕτως, πίπτει πρὸς τ Ιωνάθου ποδῶν, καὶ προσκυνῶν σωτῆρα αὐτοῦ τ ψυχῆς ἀπεκάλει. ἀνίσησι δ' ἀπὸ [r] τ γῆς αὐτόν· καὶ περιπλακέντες [s] ἀλλήλοις, μακρά τε ἠπάζοντο καὶ δεδακρυμένα, [t] τὴν τε ἡλικίαν ἀποθρηνοῦντες αὐτῶν καὶ τὴν ἐφθονημένην ἑταιρίαν, καὶ τ μέλλοντα διαχωρισμὸν, ὃς οὐδὲν αὐτοῖς ἐδόκει θανάτου διαφέρειν. μόλις δ' ἐκ θρήνων ἀνανήψαντες, καὶ μεμνῆσθαι τ ὅρκων ἀλλήλοις προσκελευσάμενοι, διελύθησαν.

CAP. XII.

Ut Davides fuga ſe recipit ad Achimelechum, deinde ad Palæſtinorum & Moabitarum reges: utque Saulus Achimelechum cum tota ejus cognatione perimit.

Davides Achimelechum pontificem adit. 1 *Reg. c.* 21.

AT Davides, regem fugiens bellumque ab ipſo *intentatum*, in urbem Nobam ſe confert

ΚΕΦ. ιϛ'.

Ὡς ὁ Δαυίδης φεύγων πρὸς Αχιμέλεχον, ἔπεμπε πρὸς τὸς Παλαισίνων καὶ Μωαβιτῶν βασιλέας· καὶ ὡς ὁ Σαοὺλος ἀποκτείνει τ Αχιμέλεχον καὶ τὸν γρεὰν αὐτοῦ.

Δαυίδης ἢ [v] φεύγων τ βασιλέα καὶ τ ἐξ αὐτῶ [x] πόλεμον, εἰς [y] Νωβᾶν ἀφικνεῖται πόλιν πρὸς [z] Αχιμέλεχον

f Ἀπὸ σωμῶσίας ὑστερῶν.] Ὑπὸ σωμῶσίας *Vat.*
g Συγχωρῇς,] Συγχωρήσης *Vat.*
h Κολάσαι θέλεις;] Κολάσασθαι *Big.* & *Samb.*
i Αὐτόχειρ] Aut communius cum *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* αὐτόχειρα.
k Ἀπολέσθαι,] Ἀπολέσθαι· κατακεκρίσθαι δ' ἀποθανεῖν Δαυίδην διενυκτέρευσεν *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vat.* qui mox habet, ἅμα δ' ἡμέρᾳ πρὸς τὸ πεδίον πρὸ τ πόλεως.
l Ἐνυκτέρευσεν.] *Coll. Voſſ.* & *Big.* διενυκτέρευσεν.
m Γυμνασόμενος μὲν] Ita cum *libris omnibus*, præter *Busb. Baſ.* & *Gen.* qui habent γυμνασόμενος.
n Τῆ πατρὸς διάθεσιν,] Τῆ βασιλέως *Vat.*
o Προέισι.] Ita in *MSS.* in *Editis* προέσησι.
p Αὐτῷ καὶ λόγους.] Αὐτῷ deeſt *Vat.*
q Ἀναφανεὶς] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* ἄνω θανεὶς in *Editis. Aliiſque.* & mox πρὸ τ Ιωνάθου ποδῶν *Samb.* & *Vat.*
r Τῆς γῆς] Τὰς non agnoſcit *Vat.*
s Ἀλλήλοις,] Ἀλλήλας *Vat.*
t Τὴν τε] Lege τὴν θ'. COCC.
v Φεύγων τ βασιλέα] Ita cum *MSS.* & *Zonara.* φυγὼν *Baſ.* & *G.*
x Πόλεμον,] Θάνατον *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Gall.* 1. & *Epiphan.* non male.
y Νωβᾶν ἀφικνεῖται] Ita *Gen.* juxta *Biblia S.* & *Epiphanium* in prima ſyllaba. Ναβᾶν *Baſ.* Ναβαὺν *Big.* & *Samb.* Ναβᾶν aut Ναβᾶ *Busb. Hen.* & *Zon.* Νοβᾶ aut Νοβᾶ *Hieronymo* & LXXII. Ναβᾶν ἤτοι Νοβᾶν *Vat.*
virtutem sectandam omnes alliciantur, quique gloriam propinabit, & viam ad memoriam sempiternam muniet: magnumque etiam gentium regibus & civitatum principibus rerum præclararum desiderium studiumque injiciet; atque ad pericula & mortem pro patria subeundam incitamento erit, simul ac documento ut mala quæque graviora despiciant. Facit autem Saulus Hebræorum rex, ut hunc sermonem instituam. Ille enim, licet noverat quæ eventura essent, mortemque sibi imminere ex prophetæ prædictione, haud tamen secum statuit eam effugere; aut vitæ amore suum exercitum hostibus prodere, atque adeo regiam majestatem dehonestare: sed, seipsum cum tota sua domo liberisque objiciens periculis, præclarum esse duxit una cum illis pro populo sibi subjecto pugnando occumbere; maluitque ut filii, qui strenui essent, mortem oppeterent, quam ut in incerto relinqueret, quales moribus futuri sunt *superstites*. se enim successorum loco posterorumque laudem & perpetuam memoriam habiturum. Hic igitur justus & fortis & prudens mihi videtur solus; & si quis fuerit talis, aut meruerit ut testimonium ob virtutem ei ab omnibus tribuatur. Haud enim mihi recte facere videntur, qui ad bellum cum certa victoriæ redituque incolumis spe profectos, etiamsi magnifici aliquid gesserint, fortes appellarunt, quoties illorum in historiis aliisve scriptis mentionem fecerint. Equidem & his sua laus debetur. Veruntamen illi soli strenui, & magna ausi, & periculorum contemptores jure dici possunt, quicunque Saulum æmulati sunt. Nam ut aliqui, nescientes quidem quid ipsis in bello eventurum sit, non segniter illud aggrediantur, sed futuri incerto se committentes in eo jactentur, non adeo generosi est animi, quamvis multa egregia præstiterint: ut vero, cum nihil benigni cogitatione præceperint, sed moriendum esse præsciverint, idque in acie dimicando, tum demum neque terrerentur, neque malum *imminens* expavescerent, sed ei prægnito obviam irent, hoc ego viri vere fortis indicium esse censeo. Hoc igitur Saulus fecit, ut ostenderet debere quidem omnes, qui gloriam post mortem expetunt, ista facere, ex quibus sibimet hæc ipsa accresceret: præcipue vero reges, quasi illis non liceret ob imperii magnitudinem, non modo non malis esse erga subditos, sed ne quidem mediocriter bonis. Hisce adhuc plura de Saulo ejusque præcellenti fortitudine dicere potui, materia nobis *ampla* ex argumento suppeditata. Sed, ne in ejus laudibus præter decorum lascivire videar, denuo revertor unde in hæc digressus sum.

Palæstini proceres Davidem secum militare nolunt. 1 *Reg.* c. 29.

5. Cum jam Palæstini, sicut antea dixi, castra metassent, & copias suas per gentes & satrapias recensuissent, novissimus cum suo exercitu venit rex Anchus; ejusque agmina claudebat Davides cum sua militum sexcentorum cohorte. Illum autem ubi viderunt Palæstinorum duces, regem percontabantur; undenam illis adessent isti Hebræi, & à quibus vocati. Ille vero Davidem esse dicebat, qui Saulum dominum suum fugerat, quemque ad se venientem exceperat: at nunc, ut gratiam vicissim referat, deque Saulo vindictam sumat, illis sup-

πάντες ἀρετὴν διώξειν, καὶ [z] δηλοῦντα δόξαν, καὶ μνήμην [a] αἰώνιον ἀθάνατον δωρησόμενον, παρέσεσθαι· πολλὴν καὶ βασιλεῦσιν ἐθνῶν καὶ ἄρχουσι [b] πόλεων ἐπιθυμίαν καὶ ἀσφάλειαν τῶν καλῶν ἐνθήσουσα, καὶ πρός τε τὸς κινδύνους [c] καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν πατρίδων θάνατον προτρεψομένη, καὶ πάντων καταφρονεῖν διδάξουσα τῶν δεινῶν. ἔχω δ' αἰτίαν ἐγὼ λόγου τούτου Σαῦλον τὸν τῶν Ἑβραίων βασιλέα. ἔστω γάρ, καὶ περ εἰδὼς τὰ συμβησόμενα, καὶ τὸν ἐπικείμενον θάνατον, ἐκ προφήτου προειρηκότος, οὐκ ἔγνω φυγεῖν αὐτὸν, οὐδὲ φιλοψυχήσας προδοῦναι μὲν τοὺς οἰκείους τοῖς πολεμίοις, καθυβρίσαι δὲ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα· ἀλλὰ προθύμως αὐτὸν παυσικὶ μετὰ τῶν τέκνων τοῖς κινδυνίοις, καλὸν ἡγήσατο εἶναι, πεσεῖν μετὰ τούτων, ὑπὲρ τῶν βασιλευομένων μαχόμενος, καὶ τοὺς παῖδας ἀποθανεῖν μᾶλλον ἀγαθοὺς ὄντας, ἢ καταλιπεῖν ἐπ' ἀδήλῳ, [d] τὸ ποδαποὶ γνήσονται τὸν τρόπον. προσδοκῶν γὰρ καὶ γνώσεσθαι τὸν ἔπαινον καὶ τιμὴν ἀγήρω μνήμην ἕξειν. ἔστω οὖν δίκαιος καὶ ἀνδρεῖος, καὶ σώφρων ἐμοί γε δοκεῖ μόνος, καὶ εἴ τις γένοιτο τοιοῦτος ἢ γνώσεται, τιμὴν μαρτυρίαν ἐπ' ἀρετῇ καρπώσασθαι προσῆκε πάντων [e] ἀξιος. τοὺς γὰρ μετ' ἐλπίδων ὑπὲρ πολέμου ἐξελθόντας [f] καὶ σώους ὑποστρέψοντας, ἐπεὶ δ' ἄν τις προπεράξωντας λαμπρὸν, ἃ μοι δοκοῦσι καλῶς ποιεῖν ἀνδρείους ἀποκαλοῦντες, ὅσοι περὶ τοιούτων ἐν ταῖς ἱστορίαις καὶ τοῖς ἄλλοις συγγράμμασιν εἰρήκασιν. ἀλλὰ δίκαιοι μέν εἰσι κἀκεῖνοι τυγχάνειν ἀποδοχῆς· εὐψυχοι γὰρ, καὶ μεγαλότολμοι, καὶ τῶν δεινῶν καταφρονηταὶ μόνοι δικαίως ἂν λέγοιντο πάντες οἱ Σαῦλον μιμησάμενοι. τὸ μὲν γὰρ οὐκ εἰδότας [g] τί μέλλοι συμβήσεσθαι καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς, μὴ μαλακισθεῖαι πρὶν αὐτὸν, ἀλλ' ἀδήλῳ τῷ μέλλοντι θαρσύνας αὐτὸς ἐπ' αὐτὰ συλεύειν, [h] ἀσφ' ὅτως γνωσαῖον, κἂν ἔργα πολλὰ προπεραξάμενοι τύχωσι· τὸ γὰρ μηδὲν ἐν τῇ προνοίᾳ χρῆσιν προσδοκῶντας, ἀλλὰ προειδότας ὡς δεῖ θανεῖν, καὶ τὸν παθεῖν μαχομένους, [i] εἶτα μηδὲ φοβηθῆναι, μηδὲ καταπλαγῆναι τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ χωρῆσαι προγυμνασκόμενον, τοῦτ' ἀνδρεία ἀληθῶς πεπμήριον [k] ἐγὼ κρίνω. Σαῦλος τοίνυν τοῦτο ἐποίησεν, ἐπιδείξας ὅτι πάσης μὲν προσῆκε τὸ μὴ τὸ θάνατον δυσημίας γλιχομένους ταῦτα ποιεῖν, ἐξ ὧν ἂν αὐτοῖς ταὐτὸν καταλίποιεν· μᾶλλον δὲ τοὺς βασιλέας, ὡς οὐκ ἔχον αὐτοῖς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς [l] ἃ μόνον ἀ κακοῖς εἶναι πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἀλλ' ἀφ' ἀναγκαίοις χρῆσις. ἐπὶ τούτων πολεῖ πρὸς Σαούλα καὶ [m] τῆς δύψυχίας λέγειν ἐδυνάμην, ὕλλως ἡμῖν χορηγησάσης τῆς ὑποθέσεως. ἀλλ' ἵνα μὴ [n] φανῶ ἀπεροκάλως αὐτὸ χρώμενος τοῖς ἐπαίνοις, ἐπάνειμι πάλιν [o] ἀφ' ὧν εἰς τοῦτο ἐξέβην.

ε'. Καταστρατοπεδευκότων γὰρ τῶν Παλαιστίνων, ὡς προεῖπον, καὶ κατὰ ἔθνη καὶ βασιλείας καὶ [p] σατραπείας ἐπαριθμουμένων τὴν δύναμιν, τελευταῖος βασιλεὺς παρῆλθεν [q] Ἀγχὴς μετὰ τῆς ἰδίας φρατρίας· μετ' αὐτὸν δὲ ὁ Δαυίδης, μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν εἵπετο. θεασάμενοι δὲ αὐτὸν οἱ στρατηγοὶ τῶν Παλαιστίνων· πόθεν εἶπον ἥκοντες οἱ Ἑβραῖοι, καὶ τίνων καλουμένων, ἠρώτων τὸν βασιλέα. ὁ δὲ Δαυίδην ἔλεγε εἶναι, τὸν φυγόντα Σαῦλον τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα δέξασθαι· καὶ νῦν, τῆς χάριτος ἀμοιβὴν ἐκτί-

z Δηλοῦντα δόξαν,] Ζηλοῦντα *Vat.*
a Αἰώνιον ἀθάνατον] Αἰώνιον *Samb. Big.* & *Vat.*
b Πόλεων ἐπιθυμίαν] Λαῶν juxta *Epiphan.*
c Καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν πατρίδων] Illa καὶ τὸν desunt *Epiphanio.*
d Τὸ ποδαποὶ] Illud τὸ non agnoscit *Vat.* HUDS. Forte ποταποὶ. COCC.
e Ἀξιος.] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* ἀξιῶ in *Editis*, *Aliisque.*
f Καὶ σώους ἐπιστρέψοντας,] Καὶ ὑγιῶς ὑποστρέψαντας *Vat.*
g Τί μέλλοι συμβήσεσθαι] Τί μέλλῃ *Big.* & *Samb.*
h Οὐδ' ὅτως γνωσαῖον,] Οὐχ ὅτως *Big.* (*Cocrejus*) *Samb.* & *Vat.*
i Εἶτα μηδὲ φοβηθῆναι, μηδὲ] Εἶτα ἢ μὴ in *Iisdem.*
k Ἐγὼ κρίνω.] Ἐγωγε in quatuor *MSS.*
l Οὐ μόνον ἃ κακοῖς εἶναι] Οὐ μόνον κακοῖς *Vat.*
m Τῆς δύψυχίας] Τῆς δύψυχίας αὐτῷ λίγειν ἠδυνάμην *Vat.*
n Φανῶ ἀπεροκάλως αὐτὸ χρώμενος] Φανῶμαι *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* & mox χρώμενοι in iisdem. φανῶμαι ἀπεροκάλως αὐτῷ χρῶμαι τοῖς ἐπαίνοις *Vat.*
o Ἀφ' ὧν] Ἀφ' ὧν εἰς τοῦτ' ἐξέβημεν *Vat.*
p Σατραπείας] Σατραπείας *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Gall.*
q Ἀγχὴς] Ἀγχίζης *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Epiphan.* ὁ Ἀγχισος *Vat.* dein, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Δαβίδης *Vat.* καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Δαυίδης *Big.* & *Samb.*
r Κατα-

ἐκτίσαι βυλόμενον καὶ τιμωρήσασθαι τ Σάυλον, συμμαχεῖν αὐτοῖς. ἐμέμφη ἢ ὑπὸ τ στρατηγῶν, ἄνδρα παρειληφὼς ὅτι συμμαχίαν πολέμιον· καὶ ἀποπέμπειν σωεξέλθοιεν, μὴ καὶ λάθῃ μέγα δι' αὐτὸν κακὸν τὰς φίλας ἐργασάμενον. [r] καιρὸν γὰρ οὐτῷ παρέξειν ἢ καταλλαγῆναι πρὸς τ δεσπότην, [s] κακώσαντα τὴν ἡμετέραν δύναμιν. [t] ὁ δὴ καὶ προορώμενον, εἰς τ τόπον, ὃν ἔδωκεν αὐτῷ κατοικεῖν, σκέλθοιεν ἀποπέμπειν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις ὁπλίταις. τοῦτον γὰρ εἶναι Δαυίδην ὃν ᾄδουσιν αἱ παρθένοι, πολλὰς μυριάδας Παλαιστίνων ἀπολέσαντα. ταῦτ' ἀκούσας ὁ τ Γιτθῶν βασιλεὺς, καὶ καλῶς εἰρῆσθαι λογισάμενον, καλέσας τ Δαυίδην, "ἐγὼ "μὲν, [v] εἶπε, μαρτυρῶ σοὶ πολλὴν [x] περὶ ἐμὲ εὐνοιαν "καὶ εὔνοιαν, [y] καὶ διὰ τοῦτο σὲ σύμμαχον ἐπηγόμην. σὺ "δοκεῖ ἢ [z] ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς. ἀλλ' ἄπιθι μεθ' ἡμέ"ραν εἰς ὃν ἔδωκά σοι τόπον, μηδὲν ὑπονοῶν ἄτοπον, "κἀκεῖ φύλαττέ μοι τὴν χώραν, μή τινες εἰς αὐτὴν "τ πολεμίων [a] εἰσβάλλωσιν. ἔσι ἢ σοὶ τοῦτο συμμαχίας "μέρος". καὶ Δαυίδης μὲν, ὡς σκέλθοιεν ὁ τ Γιτθῶν βασιλεὺς, ἦκεν εἰς [b] Σίκελλαν. καθ' ὃν ἢ καιρὸν ἐξ αὐτῆς συμμαχήσων τοῖς Παλαιστίνοις ἀπῆλθε, τὸ τῶν Αμαληκιτῶν ἔθνος ἐπελθὸν [c] αἱρεῖ τὴν Σίκελλαν καὶ πυρπολεῖ, καὶ ἐμπρήσαντες, καὶ πολλὴν λείαν ἄλλην ἐκ τε αὐτῆς σκείνης καὶ τ ἄλλης τῶν Παλαιστίνων χώρας λαβόντες ἀνεχώρησαν.

ς'. Ἐκπεπορθημένην ἢ τὴν Σίκελλαν καταλαβὼν ὁ Δαυίδης, καὶ διηρπασμένα πάντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἑαυτοῦ, δύο γὰρ ἦσαν, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν ἑτέρων [d] σὺν τοῖς τέκνοις ἠχμαλωτισμένας, [e] ὠδυρόμην ἢ ὧδε τὴν ἐθνῆτα. κλαίων ἢ καὶ ὀδυρόμενον μὴ τῶν φίλων, ὅτι τοσοῦτον [f] παρεῖτο τοῖς κακοῖς, ὥστε αὐτὸν [g] ὑπολείπειν ἤδη καὶ τὰ δάκρυα. [h] κινδυνεύσειν ἢ βληθεὶς ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ἀλγούντων ὅτι τ αἰχμαλωσίαις τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων, ἀποθανεῖν. [i] αὐτὸν γὰρ τῶν γεγονότων ἠτιῶντο. ἀναχὼν δ' ἐκ τ λύπης, καὶ τὴν Δρύνοιαν πρὸς τ Θεὸν ἀναπέμψας, παρεκάλεσε τ ἀρχιερέα [k] Ἀβιάθαρον ἐνδύσασθαι τὴν [l] ἱεραπικὴν στολὴν, καὶ ἐπερωτῆσαι τ Θεὸν, καὶ προφητεύσαι εἰ [m] διώξαιτο τοὺς Αμαληκίτας δίδωσι καταλαβεῖν, καὶ σώσαι μὲν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, τιμωρήσασθαι ἢ τοὺς ἐχθρούς. ὡς δ' ἀρχιερεὺς διώκειν κελεύσαντος, ἐκπηδήσας μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν εἵπετο τοῖς πολεμίοις. προσελθόντα δ' ὅτι ποτα χείμαρρον, [n] Βάσελον λεγόμενον, καὶ πλανωμένῳ τινὶ [o] προπεσόν, [p] Αἰγυπτίῳ μὲν τὸ γένος, ὑπὸ ἐνδείας καὶ λιμοῦ παρειμένῳ, τρισὶ γὰρ ἡμέραις ἐν τῇ ἐρημίᾳ πλανώμενον ἄσιτον διεκαρτέρησε, [q] πρῶτον αὐτὸν ποτῷ καὶ τροφῇ θεραπεύσαντες καὶ ἀναλαβὼν, ἐπύθετο τίνος τε εἴη καὶ πόθεν. ὁ ἢ γένος μὲν ἐσήμαινεν, Αἰγύπτιος ὤν· καταλειφθῆναι ἢ ὑπὸ δεσπότου [r] κατ' ἀῤῥωστίαν ἕπεσθαι μὴ δυνάμενον. ἐδήλου δ' [s] αὐτὸν τ καταπεπονημένων καὶ διηρπακότων

petias afferre. A ducibus autem reprehensus est, quod hostili animo virum ad auxilium acciverat; suadebantque ut cum dimitteret, neve imprudenter per eum amicos magno afficiat damno. se enim illi opportunitatem daturum esse redeundi in gratiam cum domino suo, vires nostras affligendo. Quod cum & ipsi prævidissent, jusserunt eum cum militibus suis sexcentis remittere in locum, quem ipsi ad habitandum dederat. hunc enim esse illum Davidem à virginibus decantatum, ob multas Palæstinorum myriadas occisas. Hæc ubi audierat Gittensium rex, illosque recte monuisse reputaverat, accito ad se Davide, dicebat, "ego quidem "studium tuum & benevolentiam comprobo, pro"ptereaque te *expeditionis* hujus socium adduce"bam. Verum *cæteri* duces non ita de te existi"mant. Quare statim ab hac die in locum, quem "tibi donavi, discede, nihil mali suspicans; & il"lic esto meæ regioni in præsidium, ne qui ho"stes in eam impetum faciant. nam & sic in so"cietatis partem venis". Et quidem Davides, Gittensium regis jussis obsequens, se in Sicellam recipiebat. Sub idem vero tempus quo ex ea egressus est, Palæstinis auxilium laturus, Amalecitarum gens, incursione facta, vi Sicellam expugnant: & cum illam incendissent, aliamque multiplicem prædam tam ex illa ipsa quam ex reliqua Palæstinorum regione cepissent, *protinus* abierunt.

6. Davides autem cum Sicellam vastatam deprehendisset, atque omnia *illic* direpta, uxoresque etiam suas (nam duæ erant) cum suorum uxoribus pariter ac liberis in captivitatem abductas, statim vestimenta sua lacerat. Luctum vero tollens & lamentationem cum amicis in tantum malis indulsit, ut etiam lachrymæ eum deficerent. Quin & discrimen adiit, ne à comitibus, captivitatem uxorum & liberorum dolentibus, lapidatus interiret. quæ enim acciderant ei vitio vertebant. Ubi autem se à mœrore recollegerat, mentemque ad Deum sustulerat, rogavit pontificem Abiatharum, ut vestem sacerdotalem indueret, Deumque interrogaret, & ex oraculo referret, an insequuto Amalecitas daret eos adsequi, uxoresque & liberos salvos quidem recipere, ab hostibus vero pœnas repetere. Pontifice autem jubente ut *eos* persequeretur, exsiliens *continuo* cum sexcentis suis militibus sequutus est hostes. Cumque ad torrentem quendam nomine Baselum perveniisset, & in hominem errantem incidisset, genere quidem Ægyptium, inopia & fame languescentem, (nam per tres dies totidemque noctes in solitudine errans sine cibo permanserat) postquam ei cibum & potum admoverat viresque ejus refecerat, quæsivit ex eo cujas & undenam esset. Atque ille se genere quidem Ægyptium esse indicabat: à domino vero relictum, quod propter invaletudinem *æquis passibus* sequi non potuerit. quin & fatebatur se ex

Davides Dei monitu Amalecitas persequitur, qui Sicellam devastârant. 1 *Reg.* 30.

iis

r Καιρὸν γὰρ αὐτῷ] Καὶ γὰρ τῷ αὐτῷ παρέξειν ἢ καταλλαγῆναι πρὸς τ. *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

s Κακώσαντα τὴν] Ita cum *Samb.* & *Vat.* in *cæteris* κακώσαντα.

t Ὁ δὴ καὶ προορώμενον,] Ita sane legendum, vel ὁ δὴ καὶ προορώμενοι. Verum in libris omnibus tam impressis quam manu exaratis ὁ δὴ προορώμενον.

v Εἶπε, μαρτυρῶ σοὶ] Εἶπε inseruimus ex *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

x Περὶ ἐμὲ πρόθυμον] Πρὸς ἐμὲ *Samb.* (*Coll. Voss.*) *Gall.* & *Vat.*

y Καὶ διὰ τοῦτο] Ita cum *MSS.* in *Editis* καὶ διὰ τοῦτο σύμμαχον ἐπαγόμην.

z Ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς.] Τοῦτο *Vat.*

a Εἰσβάλλωσιν] Ἐμβάλωσιν *Samb.* & *Vat.* εἰσβάλωσιν *Big.*

b Σίκελλαν.] Conf. cap. 13. §. 9. sup. SPANH.

c Αἱρεῖ τὴν Σίκελλαν] Sic *MSS.* (& *Coccejus*) male in *Editis* ἄγει.

d Σὺν τοῖς τέκνοις] Σὺν τέκνοις *Vat.* & mox κλαίων τε καί.

e Περιέρχυν ὀδύρομένην τὴν ἐθνῆτα.] Sic infr. lib. VII. c. 1. §. 1. SPANH.

f Παρεῖτο τοῖς κακοῖς,] Ita cum *Samb.* ut canon postulabat. παρέθη *Bas. Vat. Aliique.* παρεῖτο *Gen.* HUDS. Lege παρείθη vel παρειθη. COCC. Vel παρέθη, ut bene Ed. Basil. SPANH.

g Ἐπιλείπειν ἤδη] Ἐκλιπεῖν *Big. Samb.* & *Vat.* HUDS. Lege ἐπιλείπειν. COCC.

h Κινδυνεύσειν ἢ] Κινδυνεῦσαί τε *Vat.*

i Αὐτὸν γὰρ] Ita *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Epiphan.* αὐτῶν in *Editis*, *Aliisque.*

k Ἀβιάθαρον ἐνδύσασθαι] Sic *Vat. Hen.* & *Busb.* Ἀβιαθάρην in *Editis*, *Aliisque.*

l Ἱεραπικὴν στολὴν,] Ἀρχιεραπικὴν στολὴν in quatuor *MSS.*

m Διώξαιτο τοὺς Αμαληκίτας] Διώξαντα *Vat.*

n Βάσελον] Ita *Bas. G.* & *Samb.* Βέθλον *Big.* Βόσορον juxta *Epiphanium.* Manus equidem *Flaviana*, ut suspicor, dederat Βάσορον pro *Besor* aut *Bosor* fundi Hebraïci. Βάτελον, ἤτοι Βοτὸν καὶ Βόσηρον λεγόμενον *Vat.*

o Προπεσόν,] Περιτυχὸν *Busb.* & *Hen.*

p Αἰγυπτίῳ μὲν] Αἰγυπτίῳ μὲν, τὸ γένος Αἰθίοπι, ὑπὸ λ. legisse videtur *Epiphan.*

q Πρῶτον αὐτὸν] Πρῶτον αὐτῷ ποτῷ καὶ τροφῇ θεραπεύσαντες *Vat.*

r Κατ' ἀῤῥωστίαν] Δι' ἀῤῥωστίαν *Big. Vat. Epiphan.* & *Samb.* à manu secunda.

s Αὐτὸν τ καταπεπονημένων] Αὐτῷ *Samb.* & *Vat.* αὐτῶν *Big.*

iis esse qui incenderant & diripuerant cum *loca* alia Judææ tum Sicellam. Davides itaque eo duce usus ad Amalecitas *persequendos*, nactusque eos humi temere jacentes, & alios quidem prandentes, alios vero jam ebrios & vino solutos, & spoliis prædaque sese oblectantes, ex improviso *eos* adortus magnam eorum stragem edidit. nam cum nudi essent & inermes, & nihil tale suspicarentur, sed id solum agerent universi ut compotarent & epularentur, facile erat eos conficere. Et alii quidem illorum, dum mensis accumberent, deprehensi apud illas jugulati sunt, & sanguis frumentum eorum victumque secum * abripuit: alios vero propinationibus sese excipientes occidit, rursusque alios ex crapula in somnum delapsos. At quotquot jam armaturam induerant ut ejus impetum sustinerent, non minori negotio quam qui nudi jacerent ferro peremit. Et qui cum Davide erant etiam ii † ab hora prima usque ad vesperam cædem facere perseverarunt, ut non plures ex Amalecitis prælio superfuerint quam quadringenti: illique etiam ‡ dromadibus insidentes effugerunt. Atque ita cum alia omnia, quæ hostes diripuerant, recipit Davides, tum suas pariter ac suorum uxores. Cum autem reversi venissent ad locum, ubi dulcentos, qui se sequi non potuerunt, ad impedimenta reliquerant; illi quidem quadringenti alia emolumenta & prædam cum iis partiri recusabant, qui se non comitati fuerant, sed præ ignavia hostem persequi destiterunt; ajebantque contentos esse debere receptis uxoribus & liberis. Davides autem hanc eorum sententiam improbam esse & iniquam pronunciavit. par enim esse, Deo illis concedente, hostes quidem ulcisci, sua vero omnia recuperare, ut universis militibus ex æquo dividantur emolumenta: præsertim cum *illi* ad impedimentorum custodiam remanserint. Atque ex illo ista apud eos lex obtinuit, ut æquas cum iis, qui in certamen descendunt, partes auferant ii, qui impedimenta custodiunt. Cum autem Sicellam perveniset Davides, misit de præda omnibus ex tribu Judæ familiaribus suis & amicis. Atque ita quidem facta sunt quæ ad Sicellensium direptionem & Amalecitarum cædem spectant.

Davides, fusis Amalecitis, prædam recipit, suisque ex æquo dividit. 1 Reg. c. 30.

Hebræi, prælio cum Palæstinis conserto, vincuntur; & Sauli filii acie cadunt. 1 Reg. c. 31.

7. Cum autem Palæstini *Hebræis* congrederentur, & acriter *utrinque* pugnaretur, superiores quidem fiunt Palæstini, plurimosque ex adversa acie sternunt: Saulus autem Israëlitarum rex ejusque filii egregie pugnantes, summaque cum alacritate, quasi in eo solum, ut pulchre morerentur & intrepide cum hostibus dimicarent, sita esset omnis eorum gloria (nihil enim pluris faciebant) totam hostium phalangem in se convertunt; atque *multitudine* circundati occumbunt, magna Palæstinorum strage edita. Erant autem Sauli filii Jonathas & Aminadabus & Melchisus. Isti cum cecidissent, populus Hebræorum in fugam vertitur; atque magna facta est perturbatio

ἄλλά τε τὴν Ιουδαίας καὶ τὴν Σικελλαν εἶναι. χρησάμενος οὖν ὁ Δαυίδης τούτῳ ἐπὶ τοὺς Αμαληκίτας ὡδήγῳ, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς [t] ἐπὶ γλῶ ἐρριμμένους, καὶ τοὺς μὲν ἀμελοῦντας, τοὺς δὲ καὶ μεθύοντας ἤδη καὶ λελυμένους ὑπὸ δὲ οἴνῳ, καὶ τῶν λαφύρων καὶ τῆς λείας [v] ἀπολαύοντας, ἐπιπεσὼν αἰφνιδίως, πολλὴν αὐτῶν φόνον εἰργάσατο. γυμνοὶ γὰρ ὄντες, καὶ μηδὲν προσδοκῶντες τοιοῦτον, ἀλλὰ πρὸς τὸ [x] πιεῖν καὶ διωχεῖαν τετραμμένοι, πάντες ἦσαν ἀκατέργαστοι. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, ἔτι τῶν τραπεζῶν παρακειμένων, ἐπικαταλαμβανόμενοι παρ' αὐτῆς ἀνηρουῦτο, καὶ παρέσυρεν αὐτῶν τὰ σιτία καὶ τὴν τροφὴν τὸ αἷμα· τοὺς δὲ δεξιουμένους ἀλλήλους δι' [y] ποτῶν διέφθειρεν, ἐνίους δὲ καὶ πρὸς ὕπνον ὑπὸ δὲ ἀκράτῳ κατενηνεγμένους. ὁπόσοι δ' ἔφθησαν [z] περιθέμενοι τὰς παννυχίδας ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ἥκειν, τούτους ἀθρόον ἦλθον ἀκρατῶς τῶν γυμνῶν κατακειμένων ἀπέσφαξε. διέμεναν δὲ οἱ [a] σὺν τῷ Δαυίδῃ καὶ αὐτοὶ [b] ἀναιρούμενοι ἀπὸ πρώτης ὥρας ἕως ἑσπέρας, ὡς μὴ περιλειφθῆναι τῶν Αμαληκιτῶν πλείονας ἢ τετρακοσίους· καὶ [c] αὐτοὶ δὲ δρομάσι καμήλοις ἐπιβάντες διέφυγον. ἀνέσωσε δὲ πάντα ἃ διήρπασαν [d] αὐτῶν οἱ πολέμιοι, καὶ τὰς τε αὐτοῦ γυναῖκας καὶ τὰς τῶν ἑταίρων. ὡς δὲ [e] ἀναστρέφοντες ἦκον ἐπὶ τὸν τόπον, ἔνθα διῳκίσθησαν, μὴ δυναμένους αὐτοῖς ἕπεσθαι, [f] καταλελοίπεσαν ἐπὶ τῶν σκευῶν· οἱ μὲν τετρακόσιοι τὸ μὲν ἄλλης ὠφελείας τε καὶ λείας οὐκ ἠξίουν [g] αὐτοὺς δικαιοῦν, ὡς συναθλήσαντας, ἀλλὰ μαλακιζομένους περὶ τὴν δίωξιν, ἀγαπήσειν δὲ [h] σεσωσμένας τὰς γυναῖκας ἀπολαμβάνοντας ἔλεγον. Δαυίδης δὲ πονηρὰν καὶ ἄδικον αὐτῶν ταύτην ἀπέφηνε τὴν γνώμην. εἶναι γὰρ ἀξίους, ὃ Θεοῦ συνεργοῦντος αὐτοῖς ἀμύνασθαι μὲν τοὺς πολεμίους, κομίσασθαι δὲ πάντα [i] τὰ αὐτῶν, [k] πᾶσιν ἐξ ἴσου τοῖς στρατευσαμένοις μεμίζεσθαι τὴν ὠφέλειαν· καὶ ταῦτ' ἐπὶ φυλακῇ τῶν σκευῶν μεμενηκότων. καὶ ἐξ ἐκείνου νόμον οὕτως ἐκράτησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα ταὐτὰ τοῖς μαχομένοις λαμβάνωσιν οἱ τὰ σκεύη φυλάττοντες. ᾠκέμενον δὴ ἐν Σικέλλᾳ Δαυίδης, [l] διέπεμψε πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ιούδα φυλῇ συνήθεσι καὶ φίλοις [m] ἀπομοίρας τῶν λαφύρων. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν [n] Σικελλῶν πόρθησιν, καὶ Αμαληκιτῶν ἀναίρεσιν, ἔτως ἐχέτω.

ζ'. Τῶν δὲ Παλαιστίνων συμβαλόντων, καὶ καρτερᾶς μάχης γενομένης, [o] νικῶσι μὲν οἱ Παλαιστῖνοι, καὶ πολλοὺς ἀναιροῦσι τῶν ἐναντίων· Σαοὺλ δὲ ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ γενναίως ἀγωνιζόμενοι, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ χρώμενοι, ὡς ἐν μόνῳ τῷ καλῶς ἀποθανεῖν καὶ [p] παρρησίᾳ τοῖς πολεμίοις τὴν ὅλης αὐτοῖς δόξης ἐπικειμένης, ἅπαν γὰρ τοῦτο προετίμων εἶχον, ὑπερέφυσι πᾶσαν εἰς αὐτοὺς τὴν τῶν ἐχθρῶν φάλαγγα, καὶ περικυκλωθέντες ἀπεθνήσκουσι, πολλοὺς τῶν Παλαιστίνων καταβαλόντες. ἦσαν δὲ οἱ Σαοὺλ παῖδες, Ιωνάθης, καὶ [q] Αμινάδαβος, καὶ [r] Μελχισός. τούτων πεσόντων, τρέπεται τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος, καὶ ἀκοσμία καὶ σύγχυ-

t Ἐπὶ γλῶ ἐρριμμένους,] Aut ἐπὶ γῆς cum *Big. Samb.* & *Vat.*

v Ἀπολαύοντας,] Ita *Samb.* & *Epiphan.* ἀπολαβόντας in *Editis*, *Aliisque.*

x Πιεῖν καὶ διωχεῖαν] Πίνειν *Vat.*

* *Abripuit:*] *Scil.* torrentis instar. Verum νοκ παρέσυρεν *mihi suspecta est.*

y Ποτοῖσι διέφθειρεν,] Ita cum *Vat. Samb. Big.* (*Coccejo*) & *Epiphan.* ποτοῖσι in *Editis.*

z Περιθέμενοι τὰς παννυχίδας] Περιθέμενοι ἐξ ἐναντίας τι αὐτῷ *Big. Samb.* & *Vat.*

a Σὺν τῷ Δαυίδῃ] Σὺν αὐτῷ Δ. *Big. Samb.* & *Vat.*

† *Ab hora prima usque ad vesperam cædem facere perseverarunt,*] *In Literis S.* à diluculo usque ad vesperam.

b Ἀναιρούντες ἀπὸ πρώτης] Ἀναιρέντας *Vat.*

c Αὐτοὶ δὲ δρομάσι] Οὗτοι *Samb.* & *Vat.*

‡ *Dromadibus insidentes effugerunt.*] Camelis quos appellant dromades, *phrasi divina.*

d Αὐτῶν οἱ πολέμιοι,] Ita *Big.* & *Samb.* αὐτὰ in *reliquis.*

e Ἀναστρέφοντες] Ἀναστροφέντες *Big.* & *Samb.*

f Καταλελοίπεσαν] Ita *Samb.* more Attico pro communi κατελιλοίπεσαν. (quod malebat *Coccejus*) in *Editis* præter canonem καταλελοίπηταν. alio tempore καταλιλοίπασιν *Hen.* & *Busb.*

g Αὐτοὺς ἀπομερίζειν,] Αὐτοῖς in quinque *MSS.*

h Σεσωσμένας] Ἀνασεσωσμένας *Busb.* & *Hen.*

i Τὰ αὐτῶν,] Illud τὰ ex *MSS.*

k Πᾶσιν] Πᾶσιν αὐτοῖς ἐξ ἴσου συνεργησαμένοις *Big.* & *Samb.* non male. atque mox μερίσασθαι *Hen.* & *Busb.*

l Διέπεμψε] Διεπέμψατο *Big. Samb.* & *Vat.*

m Ἀπομοίρας] Ἀπόμοιρα, μερὶς Hesych. SPANH.

n Σικελλῶν] Σικέλων *Bas.* & *G. Sicilæ Big. Samb.* & *Epiphan.*

o Νικῶσι μὲν οἱ] Ita ex *MSS.* μὲν deest in *Editis.*

p Παρρησίᾳ] Τοὺς ἀθλοβόλους πλέοντας Menander in Stob. Exerc. Gr. p. 227. SPANH.

q Αμιναδαβος,] Αμιναδατος *Big.* Αἰνιάταβος *Samb.* malim quidem Ἀβινάδαβος cum *Masoretis*, *Hieronymo*, & Editione *Complutina Bibliorum* Græcorum.

r Μελχισός.] Est qui malit Μελχισοῦς. In *Cod. Vat.* Ιωνάθης καὶ Ιοναθαμος καὶ Μελχισος καὶ Αμιναδαβος.

s Τὸ

σύγχυσις γίνε᾽ καὶ φόνος ἐπικειμένων τῶν πολεμίων. Σαῦλος ὁ φεύγων, [s] τὸ κρατερὸν οὐφος ἔχων περὶ αὐτόν. καὶ τῶν Παλαιστίνων ἐπιπεμψάντων ἀκοντιστὰς καὶ τοξότας, πάντας μὲν ἀποβάλλει πολὺ ὀλίγων· αὐτὸς δ᾽ λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ πολλὰ τραύματα λαβών, ὡς μηκέτι διακρατεῖν μηδ᾽ ἀντέχειν τῇ πληγῇ, ἀποκτεῖναι μὲν αὐτὸν ἠθέλησε, κελεύει δ᾽ τὸν ὁπλοφόρον, ἀπασάμενον τὴν ῥομφαίαν, ταύτῃ [t] αὐτὸ διελάσαι, πρὶν ζῶντα συλλαβεῖν αὐτὸν τοὺς πολεμίους. μὴ τολμῶντος δ᾽ τοῦ ὁπλοφόρου κτεῖναι τὸν δεσπότην, αὐτὸς τὸν ἴδιον ἀπασάμενος [v] μάχαιραν, καὶ ῥίψας ἐπὶ τὸ ἀκμὴν, ῥίπτει κατ᾽ αὐτῆς αὐτόν· καὶ μὴ δυνάμενος ὧσαι, μηδ᾽ ἐπερείσας [x] ἀμβαλεῖν αὐτὸ τὸ σίδηρον, [y] ἀνεπρέφε᾽. καὶ νεανίσκου τινὸς ἐπιτυχόντος, πυθόμενος τίς εἴη, καὶ μαθὼν ὡς Ἀμαληκίτης ἐστὶ, παρεκάλεσεν ἐπερείσαντα τὴν ῥομφαίαν, διὰ τὸ μὴ τὴν χεῖρα αὐτὸν τὴν δυσαρεστῆσαι ποιῆσαι, ἀναχεῖν αὐτῷ τελευτὴν [z] οἵαν αὐτὸς βούλε᾽. ποιήσας δὲ τοῦτο, καὶ ἀνελόμενος [a] τὸν ἀπὸ τοῦ τὸ βραχίονα αὐτοῦ χρυσοῦν καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον, ἐκ ποδῶν ἐχώρει. θεασάμενος δ᾽ [b] ὁ ὁπλοφόρος τὸν Σαῦλον ἀνῃρημένον ἀπέκλεινεν ἑαυτόν. [c] διεσώθη δ᾽ οὐδεὶς τῶν σωματοφυλάκων ἢ βασιλέως· ἀλλὰ πάντες ἔπεσον περὶ τὸ καλούμενον [d] Γελβὲ ὄρος. ἀκέσαντες δὲ τῶν Ἑβραίων οἱ τὴν χιλιάδα [e] πέραν ἢ Ἰορδάνου κατοικοῦντες, καὶ οἱ ἐν τῷ πεδίῳ τὰς πόλεις ἔχοντες, ὅτι Σαῦλος πέπωκε καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ στῖφος ὀλώλασι· καταλιπόντες τὰς ἑαυτῶν πόλεις, εἰς [f] ὀχυρωτάτας [g] κατέφυγον. οἱ δὲ Παλαιστῖνοι τὰς καταλελειμμένας, ἐρήμους οὔσας, κατῴκησαν.

η᾽. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ σκυλεύοντες οἱ Παλαιστῖνοι τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς ἐπιτυγχάνουσι [h] τοῖς τε Σαῦλος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ σώμασι, καὶ σκυλεύσαντες [i] ἀποτέμνουσιν αὐτῶν τὰς κεφαλάς· καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν πέμψαντες ὅτι πεπώκασιν οἱ πολέμιοι. καὶ τὰς μὲν πανοπλίας αὐτῶν ἀνέθηκαν εἰς τὸ [k] Ἀσταρτεῖον [l] ἱερόν· τὰ δὲ σώματα ἀνεσκόλοπισαν πρὸς τὸ τεῖχος τῶν [m] Βηθσὰν πόλεως, ἣ νῦν Σκυθόπολις καλεῖται. ἐπεὶ δὲ ἤκουσαν οἱ ἐν [n] Ἰαβιασῷ πόλεως τῶν [o] Γαλαδιτιδος κατοικοῦντες, ὅτι λελωβῶνται τὸν Σαῦλον νεκρὸν καὶ τοὺς τῶν παίδων αὐτοῦ, δεινὸν ἡγησάμενοι πρεπόδειν ἀκηδεύτους, ἐξελθόντες οἱ ἀνδρειότατοι καὶ τόλμῃ διαφέροντες· ἡ δὲ πόλις αὕτη καὶ σώματος ἀλκιμους καὶ ψυχαῖς φέρει· καὶ δι᾽ ὅλης τῆς νυκτὸς ὁδεύσαντες, ἦλθον εἰς τὴν Βηθσὰν, καὶ προσελθόντες τῷ τείχει τῶν πολεμίων, καὶ καθελόντες τὸ σῶμα Σαῦλος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, κομίζουσιν εἰς [q] Ἰαβιασὸν, μηδὲ τῶν πολεμίων αὐτοὺς [r] κωλύσαι δυνηθέντων, ἢ τολμησάντων διὰ τὴν ἀνδρείαν. οἱ δὲ [s] Ἰαβιασῖται, πανδημεὶ κλαυσάντες, [t] θάπτουσι τὰ σώματα ἐν τῷ καλλίστῳ τοῦ χώ-

& confuſio & cædes, hoſtibus à tergo inſtantibus. Saulus autem, valida ſuorum caterva ſtipatus, fugit. atque miſſis à Palæſtinis jaculatoribus & ſagittariis, maximam quidem eorum partem amittit: ipſe vero cum pulchre dimicaſſet, & multa vulnera accepiſſet, ut nec amplius pugnare nec plagas ferre potuerit, infirmior quidem erat quam ut ſeipſum interimeret; armigero vero imperat ut ſe ſtricto enſe transfigeret, ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret. Armigero autem non audente dominum *ſuum* occidere, ipſe ſuo gladio educto, ſibique ejus mucrone admoto, in eum ſe projicit: cumque enſem ſuum in ſe impellere non valeret, neque eum ſibi impingendo trajicere, ſeſe circumagit. atque juvene quodam propter eum adſtante, cum interrogaſſet quiſnam eſſet, audiſſetque eſſe Amalecitam, orabat ut gladio ſibi ab eo impacto, id quod ſuis manibus perficere non potuit, mortem ſibi afferret qualem ipſe expeteret. Hoc autem exſequutus, detractiſque brachio aureis armillis capitique regia corona, in fugam ſe conjiciebat. Tum armiger, conſpecta Sauli nece, ſemetipſum interemit. atque nemo ex ſatellitibus regis in tutum evaſit, ſed omnes in monte Gelboë dicto ceciderunt. Hebræi vero, qui vallem trans Jordanem habitabant, quique urbes in planitie tenebant, cum audiſſent Saulum ejuſque filios cecidiſſe, & univerſos qui cum eo erant periiſſe, relictis urbibus ſuis in munitiſſimas ſe receperunt. At Palæſtini in relictis, quas deſertas invenerant, ſedem ceperunt.

Saulus gladio ſuo incumbit, juvanteque Amalecita interimitur.

8. Poſtridie, cum Palæſtini hoſtes prælio occiſos ſpoliarent, *forte* inciderunt in Sauli filiorumque ejus corpora, exutiſque capita illorum abſciderunt: atque nunciis per totam ſuam regionem miſſis divulgarunt hoſtes *acie* cecidiſſe. Et quidem armaturam illorum in fano Aſtartes conſecrarunt: corpora vero * in cruces ſuſtulerunt ad muros urbis Bethſanæ, quæ etiamnum Scythopolis appellatur. Poſtquam vero Jabiſſi, regionis Galaditidis urbis, incolæ acceperant, truncata eſſe Sauli ac filiorum ejus cadavera, indignum rati ut inſepulta eſſe paterentur, fortiſſimi quique & audaciſſimi egreſſi (viros enim corpore robuſtos animoque feroces alit hæc urbs) totaque nocte continuato itinere, Bethſanam venerunt, atque ad hoſtium muros accedentes, ablatiſque Sauli ejuſque filiorum corporibus, ea Jabiſſum deportarunt, cum hoſtes neque eos prohibere potuiſſent, neque auſi eſſent propter *ipſorum* virtutem. Jabiſſeni autem univerſi cum ploratu corpora eorum ſepelierunt in pulcher-

Sauli filiorumque arma in templo Aſtartes conſecrata, & corpora illorum in cruces ſublata, 1 Reg. c. 31.

Jabiſſeni Saulo ejuſque filiis parentant. 1 Reg. c. 31.

s Τὸ κρατερὸν] Illud τὸ ex *MSS.*

t Αὐτῷ διελάσαι,] Αὐτῷ *Vat.*

v Μάχαιραν,] Vocem μάχαιραν nobis ſuppeditarunt *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

x Διαβαλεῖν αὐτὸ] Ita cum *Big.* & *Samb.* in *reliquis* ἀμβάλλειν.

y Περιερείσας.] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* ἐπερείσας.

z Οποίαν αὐτὸς βούλε᾽.] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* οἵαν in *Editis.*

a Τὸν περὶ βραχίονα] Ita in *MSS.* in *Editis* τὸν deeſt.

b Ο ὁπλοφόρος τοῦ Σαῦλον] Articuli ὁ & τοῦ ex *MSS.*

c Διεσώθη δ᾽ οὐδεὶς] Διεσώθη δ᾽ οὐδὲ τ. σ. τ. β. οὐδεὶς *Big.* & *Samb.*

d Γελβὲ ὄρος.] Ita *Big.* & *Samb.* Γελβοὲ in *Editis*, *Aliiſque.* HUDS. Gen. Γελβοὲ, vel Γελβωὲ, & ſupr. §. 2. Γιλβωὲ. SPANH.

e Πέραν ἢ Ἰορδάνου] Vide *J. Clericum* ad 1 Sam. c. xxxi. p. 278.

f Ὀχυρωτάτας] Forte ὀχυρότητας. COCC.

g Κατέφυγον.] Sic *Big.* & *Samb.* in *reliquis* ἔφυγον.

h Τοῖς ἢ Σαῦλος] Illud τοῖς ex *Big.* & *Samb.*

i Αποτεμνουσιν αὐτῶν τας κεφαλας·] Similiter Leonidæ cadaver dehoneſtavit Mardonius, quod in hoſte imitari noluit Pauſanias, prout refert Herodotus lib. 9. pag. 538. edit. Gronov. HAV.

k Ασταρτειον] De *Aſtarte* vide *Theodoret.* Tom. 1. p. 324. & 353. ut & *Seldenum* de *Diis Syris.*

l Ιερὸν·] Ιερὸν abeſt *Big. Samb.* & *Vat.*

* *In cruces ſuſtulernnt ad muros urbis Bethſanæ,*] Crucibus affixerunt circa mœnia urbis &c. *Gelen.* Corpora ſuſpenderunt ſuper murum &c. *Epiphan.* Τὰ σώματα ἀνεσταύρωσαν πρὸς τὸ τεῖχος Μεθορμᾶ &c. *Zonaras.*

m Βηθσὰν πόλεως,] Βηθσιὰν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* Vide *Stephanum Byzant.* voce Σκυθόπολις, *Cedrenum*, p. 135. & *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 316. HUDS. Βηθσὰν poſtea Σκυθόπολις ſupra lib. v. *cap.* 1. §. 1. Σκυθοπολῖ) infr. libr. XII. cap. 4. §. 5. Iidem, qui Βηθσανῖ) lib. XII. c. 8. §. 5. SPANH.

n Ιαβιασῷ] Ita cum *Big.* Ιαβειασῷ *Samb.* Ιαβιασσῷ *Baſ.* & *G.* Ιαβεῖ *Hen.* & *Busb.* Ιαβεὶ *Zonaras* è LXXII. οἱ ἐν τῷ Ιαβεῖ, ἤτοι Ιαβιασῷ *Vat.* Vide *Annot.* ad p. 287. in princip.

o Γαλαδίτιδος] Γαλααδίτιδος *Vat. Hen.* & *Busb.* prout in *Var. Lect.* ad p. 287. in princip.

p Τὸ σῶμα Σαῦλος] Τὰ σώματα Σαῦλος καὶ τοῦ *Hen.* & *Busb.* τὸ σῶμα Σαῦλος καὶ τὰ τοῦ *Big. Samb.* & *Vat.*

q Ιαβιασὸν,] Ita *Vat.* ut & paulo ſupra. Ιαβιασὰν *Baſ.* & *G.* Ιαβίσαν *Big.* Ιαβειαν *Samb.* Ιαβηναν *Hen.* & *Busb.* HUDS. Gen. Ιαβιασὰν, & lib. VI. c. 1. §. 2. Ιαβείσαν. SPANH.

r Κωλύσαι δυνηθέντων,] Κωλ. τολμ. διὰ *Vat.*

s Ιαβιασῖται,] Sic cum *Cod. Vat.* Ιαβιασιοὶ *Baſ. G.* & *Big.* Ιαβειασιοὶ *Samb.*

t Θάπτουσι τὰ σώματα] Non alio modo clam quoque ſepultus fuit Mardonius, Perſarum Dux, ut citato paullo ante loco docet Herodotus, facemque Romana manu accenſam truncus Pompeji accepit, juxta Lucanum & alios. HAV.

* *Quem*

cherrimo regionis loco, * quem Aruram appellant. atque per ſeptem dies cum uxoribus liberiſque eos deflebant, pectora tundentes ac lugentes regem ejuſque filios, ita ut neque potum deguſtarent neque cibum.

9. Hunc Saulus finem habuit, juxta Samueli vaticinium, quoniam Dei de Amalecitis non obtemperaverit mandatis; & quod totam Achimelechi cognationem ſuſtulerit, ipſumque Achimelechum, & urbem pontificum. Regnavit autem vivente Samuelo annis octodecim, poſt mortem vero ejus annis duobus & viginti. Et quidem Saulus hoc modo è vita exceſſit.

Finis Libri ſexti.

ρας τόπῳ, [v] Αρέρης λεγομένῳ. Ϛ πένθ@ [x] ἐφ' ἡμέραις ἑπτὰ σὺν γυναιξὶ Ϛ τέκνοις ἐπ' αὐτοῖς [y] ἦγαγον, κοπτόμενοι Ϛ θρηνοῦντες τ̀ βασιλέα Ϛ τὺς παῖδας αὐτ', μήτε ποτοῦ μήτε τροφῆς γευσάμενοι.

θ'. Τῷ@ Σαύλ@ τὸ τέλ@ ἔσχε προφητεύσαντ@ Σαμυήλε, διὰ τὸ παρακοῦσαι τ̀ Θεὸν τῶν ἐπ' Αμαληκίτας ἐντολῶν· καὶ ὅτι τ̀ [z] Αχιμελέχε Ϛ ἀρχιερέως γένους, κ̀ Αχιμέλεχον αὐτὸν, κ̀ τ̀ τῶν ἀρχιερέων πόλιν ἀνέλεν. ἐβασίλευσε δ', Σαμυήλε ζῶντ@, ἔτη ὀκτὼ πρὺς τοῖς δέκα· τελευτήσαντ@ δ', [a] δύο Ϛ εἴκοσι. κ̀ Σαύλ@ μὲν [b] ἔτως κατέστρεψε τ̀ βίον.

Τέλ@ Ϛ βιβλίε ἕκτε.

* *Quem Aruram appellant.*] Ita juxta interpretes LXXII. Vide *Annott.* ad p. 344 §. 4.

v Αρέρης λεγομένῳ.] *Haëſel* interpretantur LXXII. *Judæi* & *Flavius* noſter ἄρεργα, *nemus* alii. Vide pag. 344. §. 4.

x Εφ' ἡμέραις] Εφ' ἡμίεας *Gen.*

y Ηγαγον,] Ita *Big* & *Samb.* ritu Attico. in *reliquis* ἦγον.

z Αχιμελέχε Ϛ ἀρχιερέως] Ita *Baſ. G.* & *Samb.* κ̀ τὸ Εὐραϊκόν. Sed Ἀβιμελέχε & mox Ἀβιμέλεχον *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Gall. Vat. Hen.* & *Busb.* cum *Interpretibus* LXXII.

a Δύο κ̀ εἴκοσι.] Sic *Baſ. G.* & libri omnes *Græci* quos vidimus. δύο abſque εἴκοσι *Epiphanii* Codices. & quidem recte, & juxta periochen chronicam hujus libri. *Petrus* itaque *Comeſtor* ex verſione *Epiphaniana* hæc nobis reliquit: *Et regnavit Saul, vivente Samuele* XVIII. *annis, & eo mortuo duobus annis. Hos annos ſacra tamen ſcriptura non adnotavit.* Verum *Joannes Zonaras* vulgata *Joſephi* exemplaria ſequutus eſt. Ait enim, ἐβασίλευσε δ Σαὺλ, ζῶντ@ ἔτι Ϛ Σαμυὴλ, ὀκτωκαίδεκα ἔτη· μετὰ δ θανόντ@, δύο κ̀ εἴκοσι. *Flavium* autem ſcripſiſſe arbitror ἔτη δύο, aut ἔτη δύο, ἐμοῦ δ ἔτη εἴκοσι. Quinetiam numerum XX. annorum Saulo regnanti imputant *Clemens* & *Eutychius* Alexandrini, ſectatores, quod video, *Joſephi.* Videſis *Iſ. Voſſii* Chronologiam Sacr. cap. VI. p. 119. *Rainoldum* de *Libris Apocryphis*, vol. 1. p. 1076. & *Gatakerum* in *Adv. Miſcell.* p. 77.

b Οὕτως κατέστρεψε τ̀ βίον.] Ita *Samb.* & *Vat.* in *reliquis* ἔτυ.

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ [a]ΕΝ ΤΗι ΕΒΔΟΜΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO SEPTIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

α'. Ως Δαυΐδης μὲν ὁ μιᾶς φυλῆς ἐβασίλευσεν ἐν Χεβρῶνι πόλει, ἕξ δὲ ἄλλοι ἐβδόμης ὁ Σαούλου παῖς.

1. *UT Davides quidem uni tribui imperavit in urbe Chebrone, populo autem reliquo Sauli filius.*

β'. Οτι, [b] τούτου φονευθέντος ἐξ ἐπιβουλῆς φίλων, ἅπασιν τοῖς βασιλείαν Δαυΐδης παρέλαβεν.

2. *Quod, illo amicorum insidiis occiso, Davides in universos imperium obtinuit.*

γ'. Οτι Δαυΐδης στρατεύσας ἐπ' αὐτὸν [c] Παλαιστίνους ἐν Ιεροσολύμοις ἐνίκησεν.

3. *Quod Davides à Palæstinis bello impetitus apud Hierosolyma victoriam obtinuit.*

δ'. Ως πολιορκήσας Ιεροσόλυμα Δαυΐδης, καὶ λαβὼν τὴν πόλιν, ἐξέβαλεν μὲν ἐξ αὐτῆς τοὺς Χαναναίους· ἐνῴκησε δὲ εἰς αὐτὴν Ιουδαίους.

4. *Ut Davides obsessis Hierosolymis, captaque urbe, Chananæos quidem ex ea ejecit; Judæis vero habitandam dedit.*

ε'. [d] Η φιλία πρὸς Εἴραμον τὸν Τυρίων βασιλέα καὶ Δαυΐδην φιλία.

5. *Amicitiæ fœdus inter Hiramum Tyriorum regem & Davidem.*

ς'. Ως τοῖς πέριξ ἔθνεσι στρατεύσας Δαυΐδης καὶ χειρωσάμενος, φόρον ἐπέταξεν αὐτοῖς τελεῖν.

6. *Ut Davides, cum in gentes finitimas expeditionem fecisset easque subegisset, tributum illis imperavit.*

ζ'. Η φιλία πρὸς Δαμασκηνοὺς Δαυΐδου μάχη, καὶ νίκη.

7. *Davides cum Damascenis acie dimicat, victoriamque reportat.*

η'. Πῶς ὅτι τοὺς Μεσοποταμίους στρατεύσας ἐχειρώσατο αὐτῶν.

8. *Quomodo Mesopotamios, bello eis illato, devicit.*

θ'. Οτι, τῶν περὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ στασιασάντων, ὑπὸ [e] τοῦ παιδὸς ἐξεβλήθη τῆς ἀρχῆς [f] εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου.

9. *Quod, mota ab ipsius domesticis seditione, à filio ex imperio abactus erat in regionem Transjordanianam.*

ι'. Ως στρατεύσας [g] Αβεσάλωμος ὅτι τὸν πατέρα Δαυΐδην, ἀπώλετο σὺν τῷ στρατῷ.

10. *Ut Abesalomus, cum bellum patri Davidi intulisset, cum exercitu suo periit.*

ια'. Πῶς [h] εἰς τὴν βασιλείαν πάλιν [i] ἀνῆλθε, καὶ ἔζησεν εὐδαιμόνως.

11. *Quomodo [Davides] regnum recuperavit, & feliciter vixit.*

ιβ'. Ως ἔτι περιὼν Σολομῶνα τὸν υἱὸν ἀπέδειξε βασιλέα.

12. *Ut, dum in vivis esset, Solomonem filium suum imperare voluit.*

ιγ'. Τελευτῶντι Δαυΐδῃ, [k] καταλιπόντος τῷ παιδὶ πολλὴν ὕλην ἀργυρίου τε καὶ χρυσοῦ καὶ [l] λιθίας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ.

13. *Davides diem obit, argenti magna vi aurique & lapidum pretiosorum filio suo relicta.*

---

a Εν τῇ ἑβδόμῃ] *Al.* Εν τῷ ἑβδόμῳ.

b Τούτου φονευθέντος] Ιεβόσθου pro τούτου reposuerunt *Genevenses*, & mox *Summario* IV. Δαυΐδης ante στρατεύσαντας.

c Παλαιστίνους] Δὶς Παλαιστίνους *Samb.* & *Coll. Voss.*

d Η φιλία] Hoc summarium inserui è *Cod. Samb.*

e Τοῦ παιδὸς] Articulum nobis suppeditavit *Samb.*

f Εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου.] Illa εἰς τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου omiserunt *Genevenses.*

g Αβεσάλωμος] Αβεσάλωμος *Samb.*

h Εἰς τὴν βασιλείαν] Perspicuitatis gratiâ Δαυΐδης hîc inserunt *Genevenses.*

i Ανῆλθε,] Κατῆλθε *Samb.*

k Καταλιπόντος] Ita *Samb.* καὶ ὅσα τῷ παιδὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ κατέλειπεν *Gen.*

l Λιθίας] Videsis *Du Fresne* in *Glossario Gr.* voce λιθίας.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

[a] Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα.

FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBER SEPTIMUS.

Qui continet tempus annorum quadraginta.

CAP. I.

Ut Davides quidem uni tribui imperavit in urbe Chebrone, populo autem reliquo Sauli filius: utque bello civili conflato moriuntur Asaëlus & Abenerus.

Davidi nunciatur Sauli mors. 2 Reg. c. 1.

CONTIGIT autem ut eo die hæc pugna committeretur, quo Davides de Amalecitis victor Sicellam est reversus. Cum vero jam biduum fuisset Sicellæ, die tertio advenit *quidem*, è pugna cum Palæstinis elapsus, qui Saulum interfecerat, laceratis vestibus & capite pulvere conspersо. Isque, Davide adorato, ab eo interrogatus, undenam ita veniret, ab Israëlitarum pugna *cum Palæstinis* dicebat. ejus autem exitum tristem fuisse indicabat, multis quidem Hebræorum myriadibus cæsis, insuper vero rege ipsorum Saulo cum filiis ejus interempto. Atque hæc se *pro certis* nunciare ajebat, ut qui cum Hebræis esset fusis fugatisque, regique dilapso adesset; quem, cum foret ut ab hostibus caperetur, & ipse ab eo rogatus occidisse fatebatur. nam cum ille in gladium incubuisset, ex vulneribus repetitis infirmior factus est quam ut se conficeret. Quin & cædis ipsius signa *haud dubia* ostendebat, armillas regis aureas & coronam, quas Saulo mortuo detraxerat ut *eas* illi afferret. At Davides, cum non jam esset cur ei diffideret, post manifesta mortis Sauli indicia in conspectum ipsius adducta, vestimenta quidem discidit, cum amicis vero lugens ploransque totam diem exegit. Luctum vero ei aliquanto acerbiorem fecit Jonathas Sauli filius, qui & amicus ei fidissimus & salutis ipsi auctor fuerat. Tam illustris autem ejus erat virtus, tantaque benevolentia Saulum prosequutus est, ut non solum ægerrime tulerit ejus interitum, sæpius licet ab eo in vitæ discrimen adductus; sed & occisorem illius supplicio affecerit. nam cum ei dixisset, quod ipse sui accusator exstiterit, qui regem interfecerat; didicisset que oriundum esse patre gene-

Davides, mira pietate, Saulum luget. 1 Reg. c. 1.

ΚΕΦ. α'.

Ὡς Δαυΐδης μὲν τ̃ μιᾶς Φυλῆς ἐβασίλευσεν ἐν Χεβρῶνι, ⸀ ἡ ἄλλη πληθὺς ὁ Σαούλου παῖς· καὶ ὡς πολέμου ἐμφυλίου γενομένου πελευτῶσιν Ασαήλος ⸀ Αβέννηρος.

ΣΥΝΕΒΗ δὲ ταύτην γενέσθ τ̃ μάχην, καθ' ἣν ἡμέραν ⸀ Δαυΐδης, τὺς Αμαληκίτας νικήσας, εἰς [b] Σίκελλαν ὑπέστρεψεν. ἤδη δ' αὐτοῦ δύο ἡμέρας ἔχοντος ἐν τῇ Σικέλλᾳ, τῇ τρίτῃ φθάνει παραγενόμενος ἀσωθεὶς ἐκ τ̃ μάχης τ̃ πρὸς Παλαιστίνους ὁ τ̃ Σαούλου ἀγελών· τοῦ τε ἐσθῆτα διερρηγμένος, καὶ τ̃ κεφαλὴν τέφρα πεχεαμένος. καὶ προσκυνήσας [c] αὐτὸν, πυνθανομένῳ, πόθεν [d] ἥκοι τυγχάνει, φησὶ τ̃ τ̃ Ισραηλιτῶν μάχης ἐλεγε. γενέσθ δ' ἀτυχὴς αὐτῆς τὸ τέλος ἐδήλωε· πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων τοῖς Εβραίοις μυριάδων, πεσόντος ⸀ καὶ τ̃ βασιλέως αὐτῶν Σαούλου μετὰ τῶν τέκνων. ταῦτα δὲ σημαίνειν ἔφασκεν αὐτὸς παραγεγονὼς τῇ τροπῇ τῶν Εβραίων ⸀ τῷ βασιλεῖ πεφυγότι παρών· ὃν [e] καὶ κτεῖναι, μέλλοντα ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθήσεσθαι, παρακληθεὶς αὐτὸς ὡμολόγει. τῇ ῥομφαίᾳ γὰρ αὐτὸν ἐπιπεσοῦσαν, διὰ τ̃ τραυμάτων ὑπερβολὴν αὐτὸν ἀσθενήσαι κατειργάσατο. [f] καὶ σύμβολα δ' αὐτοῦ τ̃ ἀναιρέσεως ἐπεδείκνυε, τόν τε [g] περὶ τοῖς βραχίοσι χρυσοῦν ⸀ βασιλέως ⸀ τ̃ στέφανον, ἃ περιδύσας τ̃ Σαούλου νεκρὸν κομίσαι αὐτῷ. Δαυΐδης δὲ, μηκέτ' ἀπιστεῖν ἔχων, ἀλλ' ἐναργῆ πεπυσμένος ⸀ Σαούλου θανάτου βλέπων, [h] κατερρηγνύτο μὲν τὴν ἐσθῆτα· κλαίων δὲ ⸀ ὀδυρόμενος μετὰ τῶν ἑταίρων [i] ὅλην διεκαρτέρησε τὴν ἡμέραν. [k] ἐποίει δ' αὐτῷ [l] τὴν λύπην χαλεπωτέραν ⸀ ὁ Σαούλου παῖς Ιωνάθης, πιστός τε ὢν φίλος αὐτῷ, καὶ σωτηρίας αἴτιος γεγονὼς ⸀ πρότερον δ' ἐπεδείξατο τὴν ἀρετὴν ⸀ τὴν πρὸς Σαούλου εὔνοιαν, ὡς μὴ μόνον ὑπὲρ τεθνηκότος χαλεπῶς ἐνεγκεῖν, πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ κινδυνεύσας ἀφαιρεθῆναι τ̃ βίον· ἀλλὰ ⸀ τ̃ ἀποκτείναντα κολάσαι. φήσας γὰρ πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐτὸς [m] αὐτὸν γένοιτο κατήγορος ⸀ ἀγελών τ̃ βασιλέα, καὶ μαθὼν ὡς

n Επεὶ

[a] Περιέχει ἡ βίβλος] F. *Big. Samb. Voss.* & *Epiphan.*

[b] Σίκελλαν] Σικελὰν *Samb.* & *Epiphan.* & mox Σικελᾶ. verum Σικέλλαν & Σικέλλᾳ habent *Busb.* & *Hen.* Videsis *Annott.* ad p. 353. v. 11.

[c] Αὐτὸν] Αὐτῷ *Vat.*

[d] Ηκοι] Ita *Big.* & *Samb.* ἥκει *Vat.* ἦκε *Bas.* & *G.*

[e] Καὶ κτεῖναι,] Καὶ abest *Big.* & *Samb.*

[f] Καὶ σύμβολα] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* καὶ σύμβολα τ̃ ἀν. *Bas. G. Alitique.*

[g] Περὶ τοῖς βραχίοσι] Περὶ τὰς βραχίονας *Vat.* ut περὶ τ̃ βραχίονα. p. 359. v. 17.

[h] Κατερρήγνυτο μὲν τὴν ἐσθῆτα·] Conf. lib. VI. c. 14. §. 6. SPANH.

[i] Ολην διεκαρτέρησε τὴν ἡμέραν.] Vox ὅλην ex *MSS.*

[k] Εποίει δ' αὐτῷ] Sic in *MSS.* ποιεῖ in *Editis.*

[l] Τὴν λύπην χαλεπωτέραν] Iterum cum *MSS.* (& *Cocc.*) male in *Editis* τὴν λυπὴν τὴν χαλεπωτέραν.

[m] Αὐτὸν γένοιτο κατήγορος] Αὐτῷ carent *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

ὡς εἴη παρὸς Αμαληκίτης γῆς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἔγραψε δὲ θρήνους ἐπιταφίους ἐπὶ τοῖς Σαοὺλ καὶ Ιωναθᾶ· οὗτοι καὶ μέχρις ἐμοῦ διαμένουσιν.

re Amalecita, eum interimi præcepit. Præterea autem nænias compoſuit & laudationes funebres in gratiam Sauli & Jonathæ, quæ etiamnum manent.

β'. [n] Ἐπεὶ δὲ τούτοις ἐξετέλεσε τὸν βασιλέα, παυσάμενος [o] τοῦ πένθους, ἤρετο τὸν Θεὸν διὰ τοῦ προφήτου, τίνα δίδωσιν αὐτῷ κατοικῆσαι πόλιν τῆς Ιούδα καλουμένης φυλῆς. Φήσαντος δὲ αὐτοῦ δίδοναι [p] Χέβρωνα, καταλιπὼν τὴν Σίκελλαν, εἰς ἐκείνην ἀφώκισε, τάς τε γυναῖκας [q] εἰσαγόμενος τὰς αὐτοῦ, δύο γὰρ ἦσαν, καὶ τοὺς ὁπλίτας [r] σὺν αὐτῷ. συνελθὼν δὲ πρὸς αὐτὸν ἅπας ὁ τῆς φυλῆς τῆς προειρημένης λαὸς, ἀποδείκνυσιν αὐτὸν βασιλέα. ἀκούσας δὲ ὅτι τὸν Σαοὺλον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ θάψειαν οἱ ἐν [s] Ιαβίσῳ τῆς [t] Γαλαδιτιδος κατοικοῦντες, ἔπεμψε πρὸς αὐτοὺς, ἐπαινῶν δὲ ἀποδεχόμενος αὐτῶν τὸ ἔργον, καὶ χάριτας ἀποδώσειν ἀντὶ τοῦ πρὸς τοὺς τεθνηκότας [u] ἀποδοῦς ὑπισχνούμενος· ἅμα δὲ δηλῶν ὡς ἡ Ιούδα φυλὴ [x] κεχειροτόνηκεν αὐτὸν βασιλέα.

2. Poſtquam vero regi hæc juſta perſolviſſet, luctu finito, Deum per prophetam conſuluit, quamnam ex urbibus, tribûs quæ Judæ dicitur, ad habitandam ſibi daret. cumque reſpondiſſet, illi ſe dare Chebronem, relicta Sicella in eam concedit, uxores ſuas ſecum adducens (duæ enim erant) ſuorumque militum cohortem. Ad eum autem populus tribus prædictæ omnis profectus ipſum regem creant. Cum vero audiſſet; quod Jabiſſi, regionis Galaditidis urbis, incolæ Saulum ejuſque filios ſepeliviſſent, miſit ad eos, qui facinus eorum *præclarum* laudarent & approbarent, quique ſe illis gratias pro ipſorum in defunctos ſtudio relaturum eſſe pollicerentur; prætereaque illi nunciarent, Judæ tribum regem ſe conſtituiſſe.

Davides in Chebrone habitat. 2 *Reg. c.* 2. *Jabiſſenis ob Saulum ejuſque filios ſepultos gratias agit.* 2 *Reg. c.* 2.

γ'. Ὁ δὲ τοῦ Σαοὺλ μὲν ἀρχιστράτηγος [y] Αβέννηρος, Νήρου δὲ παῖς, ἀνὴρ δραστήριος καὶ ἀγαθὸς τὴν φύσιν, ὡς ἔγνω πεσόντα τὸν βασιλέα καὶ τὸν Ιωνάθην, καὶ τοὺς δύο τοὺς ἄλλους αὐτοῦ παῖδας, [z] ἐπιχθεὶς εἰς τὴν παρεμβολὴν, καὶ τὸν ὑπολειπόμενον ἐξαρπάσας υἱὸν αὐτοῦ, Ιέβοσθον δὲ ἐκάλεσε, διαβιβάζει πρὸς τὸν πέραν τοῦ Ιορδάνου· καὶ πάντας ἀποδείκνυσι τοῦ πλήθους βασιλέα, πλὴν ἐκ τῆς Ιούδα φυλῆς. βασίλειον δὲ ἐποίησεν αὐτῷ [a] γλῶ, καὶ μὲν τὴν ὑπερκώμιον γλῶτταν [b] Μάναλιν, καὶ ἣν τὴν Ελλιῶν παρεμβολὰς λεγομένην. ὥρμησε δὲ ἐκεῖθεν Αβέννηρος [c] μετὰ στρατιᾶς ὑπερλέξας, συμβαλεῖν τοῖς ἐκ τῆς Ιούδα φυλῆς προαιρούμενος, [d] ὀργισθεὶς ὅτι ἐβασίλευσεν Δαυίδης. [e] ἀπλώτησε δὲ αὐτῷ πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου Ιωάβος, ὁ Σαρουίας μὲν παῖς, παρὸς δὲ [f] Σερί, [g] ἐκ δὲ τῆς ἀδελφῆς Δαυίδου γεγονὼς, δεξιστράτηγος ὢν αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀδελφῶν [h] Αβεσσαίου καὶ [i] Ασαήλου, καὶ πάντων τῶν Δαυίδου ὁπλιτῶν. καὶ προσιτυχὼν ὄρει τινὶ κρημνώδει ἐν [k] Γαβαῷ πόλει, παρεγενέσθην πρὸς μάχην. τῶν δὲ Αβενήρου φήσαντος πρὸς αὐτὸν, μαθεῖν βούλεσθαι πότερον αὐτῶν ἀνδρειοτέρους στρατιώτας [l] ἔχει, συντίθενται παρ' ἀμφοτέρων δυοκαίδεκα μαχησομένους συμβαλεῖν. προσελθόντες οὖν εἰς τὸ μεταξὺ [m] τῶν παρατάξεων οἱ πρὸς τῷ μάχῃ ὑφ' ἑκατέρων τῶν στρατηγῶν ἐξειλεγμένοι, καὶ τὰς αἰχμὰς ἐπ' ἀλλήλους ἀφέντες, σπασάμενοι τὰς [n] μαχαίρας, καὶ τῶν κεφαλῶν ἐκλαμβανόμενοι, κατέχοντες [o] αὐτούς, ἔπαιον [p] εἰς τὰς πλευρὰς καὶ τὰς λαγόνας ἀλλήλους τῇ ῥομφαίαις, ἕως ἅπαντες ὥσπερ ἐκ συμφήματος ἀπώλοντο. πεσόντων δὲ τούτων, συνέρρηξε καὶ ἡ λοιπὴ στρατιά· καὶ καρτερᾶς μάχης γενομένης, ἡττήθησαν οἱ

3. Cæterum Abenerus, imperator quidem exercitus Sauli, Neri vero filius, vir impiger, naturaque benignus, quam primum novit cecidiſſe regem una cum Jonatha & duobus aliis ejus filiis, reditu in caſtra accelerato, filioque ejus ſuperſtite abrepto, nomine quidem * Jebooſtho, cum eo trajicit ad populum ex altera Jordanis ripa, & in univerſos Iſraëlitas, excepta tribu Judæ, regem eum conſtituit. Regiam autem ei elegit ad locum, lingua quidem vernacula Manalin appellatum, Græca vero Caſtra. Cæterum Abenerus inde cum electiſſimis exercitûs viris properavit, volens ante omnia prælio cum tribu Judæ congredi, ex indignatione quod Davidem regem creaviſſent. Joabus autem, matre quidem Saruiæ filius, patre vero Suri, Davidis autem ex ſorore nepos, exercitus ipſius dux, ei occurrit, etiam cum Abeſſæo & Aſaële fratribus ſuis, & univerſo Davidis exercitu. Et cum circa quendam fonticulum apud urbem Gabao in eum incidiſſet, aciem ad prælium explicat. Cum autem Abenerus ei dixiſſet, velle ſe reſciſcere utri illorum præſtantiores eſſent milites, convenit inter eos, ut duodeni utrinque pugnam committerent. Progreſſi igitur in medium inter acies, qui in certamen ab utriſque ducibus electi erant, cum haſtas in ſe mutuo jeciſſent, ſtringunt gladios, prehenſiſque capitibus alteri alteros tenentes, latera & ilia ſibi invicem gladiis confoderunt, uſque dum omnes quaſi ex pacto occumberent. Cum vero illi cecidiſſent, cæteri ex utroque exercitu conflixerunt; & poſtquam ſummis viribus dimicatum eſſet, Abeneri milites ſuccubuerunt.

Davidici & Jebooſthani alteri ab alteris interfecti. 2 *Reg. c.* 2.

---

n Επεὶ δὲ τούτοις] Επὶ δὲ τούτοις *Samb.*

o Τοῦ πένθους,] Hîc δὲ ante τοῦ πένθους delevimus auctoritate *Codd. MSS.*

p Χέβρωνα,] *Al.* Χεβρῶνα. HUDS. Hebr. חברונה. SPANH.

q Εἰσαγόμενος τὰς αὐτοῦ,] Εταγόμενος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

r Σὺν αὐτῷ.] Τὰς σὺν αὐτῷ *Vat.*

s Ιαβίσῳ] Ita cum *Vat.* in *Editis* Ιαβείσῳ. in pleriſque *MSS.* Ιαβειτᾶ aut Ιαβισᾶ. Vide p. 287. §. 12. & 320. in fine. HUDS. Conf. lib. VI. c. 14. §. 8. SPANH.

t Γαλαδιτιδος κατοικοῦντες,] Γαλααδίτιδος *Big. Samb.* & *Vat.* nec aliter in quibuſdam *Epiphanii* exemplaribus.

u Ἀποδοὺς ὑπισχνούμενος·] Τιμὰς καὶ ἀποδοὺς *Vat.*

x Κεχειροτόνηκεν] Ita cum *MSS.* in *Editis* κεχειροτόνηται, è dialecto. & paulo ante ὅτι pro ὡς in *Hen. Busb. Samb.* & *Epiphan.*

y Αβέννηρος,] Αβέννης ubique *Hen. Busb. Samb. Big.* & *Vat.* Αβεννὴρ *Zonaras* è *Bibliis S.*

z Επιχθεὶς εἰς τὴν παρεμβολὴν,] Ita cum *Vat.* & *Epiphanio.* ἐπείχθη in *Editis*, *Aliiſque* ἠπείχθη *Samb.* manu ſequiori.

* *Jebooſtho,*] *Iſbooſthus* juxta *Hebr.* & in *Paralipomenis* ſacris *Iſbaalus* aut *Eſbaalus*. At *Flavius* aut *Librarii*, E poſita loco Σ ſibilantis literæ, Ιέβοσθον pingere maluerunt.

a Γλῶ,] Τὴν *Big. Vat.* & *Samb.* contra *Editos* & tres *MSS.* & mox τὴν ante ὑπερκώμιον abeſt *Vat.*

b Μάναλιν,] Μαναὶμ vel Μαναὶν reſcribendum cenſet *Bochartus* de Colon. *Phœn.* l. I. c. 28. p. 591. HUDS. Μαναλὶν Hebr. מחנים LXX. ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς Μαναὶμ 1 Reg. 11. 8. *Vulg.* circumduxit eum per caſtra. Hebr. מחנה caſtra, παρεμβολή. SPANH.

c Μετὰ στρατιᾶς ὑπιλίκτου,] Ita *MSS.* (& *Cocc.*) μετὰ τῆς στρατιᾶς in *Editis.*

d Ὀργισθεὶς] Ὠργισε (ὤργισθε *Vat.*) γὰρ αὐτοῖς βασιλέα τὸν Δαυίδην κεχειροτονηκόσιν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.* διὰ ὀργῆς ἐποιεῖτο τὴν Ιούδα φυλὴν, ὡς βασιλεύσασαν τὸν Δαβὶδ *Zonar.*

e Απλώτησε δὲ αὐτῷ] Ita cum *Epiphanio.* parvo cum diſcrimine ἀπλώτησε δὲ αὐτῷ πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου (Σαρουίας *Coll. Voſſ.*) Σερουίας *Big. Samb.* & *Vat.* Verum in *Editis* illa πεμφθεὶς ὑπὸ Δαυίδου deſiderantur.

f Σερί] Σεριὰ in *Iiſdem MSS.* Σαρὲ aut Σαρεὶ *Epiph.*

g Ἐκ δὲ τῆς ἀδελφῆς] Ἐκ δὲ τῆς ἀδιλφῆς τῆς ἐκείνου (τῆς ἐκείνης *Big.*) γεγονὼς αὐτῷ Ιωάβος ἀρχιστρ. *Big. Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.*

h Αβεσσαίου] Ita cum *Hen. Busb. Big. Samb.* & *Epiph.* Αβεσσέου *Vat.* Αβισσαίου *Baſ.* & *G.* Αβεσσὰ *Zonar.* In margine quidem *Cod. Samb.* non nemo adnotavit, Ιωὰβ καὶ Αβισὰ καὶ Ασαὴλ υἱεῖοι ἦσαν Δαυὶδ ἐκ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Σαρουίας, plane ex 1 *Paralip.* 2. 16.

i Ασαήλου] Ασαὴλ *Vat.*

k Γαβαῷ πόλει,] Ita *Samb.* Γαβαὼ *Baſ. G. Vat. Aliique.* Γαβᾶ aut Γαβαᾶ *Epiphan.* Γαβαὼν in *Codice S.* HUDS. Conf. lib. VI. c. 6. §. 2. SPANH.

l Ἔχει,] Ἔχοι *Big.* & *Samb.*

m Τῶν παρατάξεων] Τῆς παρατάξεως *Vat.*

n Μαχαίρας,] Μαχαίρας οἱ τοῦ Δαυίδου juxta *Epiphan.*

o Αὐτούς,] Forte αὐτᾶς. COCC.

p Εἰς τὰς πλευρὰς] Εἰς τὰ πλάγια *Vat.*

a Ἀμαληκιτῶν] Vide ſup. §. 1.

b Εἰ τούτους ἡγεῖται θεοὺς, οἳ τοὺς ἰδίους, παρ' οἷς ἐθεμῶντο, μηδὲν ὠνησαν, μηδ' ἐκ χειρῶν ἐρρύσαντο τῶν ἐκείνου·] Mirum Deos à victoribus coli, qui victis cultoribus ſuis nihil profuerant. Vid. 2 Chron. xxv. 15. Aliter apud Æſchylum Agam. v. 346. &c. ubi Deos victæ regionis ritè colendos tradit, & victoribus, ne ipſi poſtea vincantur: Οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις αὖ θάνοιεν ἄν. juxta nempe Gentilium πολυθεΐαν. SPANH.

c Αὐτοὺς αἰχμαλωτισθέντας.] Sic *Samb.* (*Cocc.*) & *Vat.* καὶ τοὺς in *ceteris*.

d Αὐτὸν κολάσειν,] Sic *MSS.* αὐτῷ in *Editis*.

e Επικειχείρηκε] Ita *Samb.* & *Vat.* ἐπιχείρησε in *Editis Aliiſque*.

f Νεωτερίζων τὸ Θεοῦ] Νεωτερίζειν *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

g Φρονηματισθεὶς,] Φρονηματισθεὶς, *Heſychio* ἐπαρθεὶς φρονήματι. & φρόνημα eſt *faſtuoſa de ſe opinio* apud *Euripidem* in *Hecuba*, v. 622. HUDS. *Heſych.* Φρονηματισθεὶς, ἐπαρθεὶς τῷ φρονήματι. Sic φρόνημα faſtuoſa de ſe opinio. *Euripid. Hecub.* v. 622. Φρονήματος τὸ πρὶν στερέντες· SPANH.

h Διακριθησόμενον.] Ita *MSS.* κριθησόμενον in *Editis*.

i Κυπάρισσος] ארז eſt in Hebræo, quod cedrum vulgo reddunt. Sed & Alexandrini κυπάρισσον aliquando pro ea habent. REL.

k Ακανθος.] Ακανθος. LXX. ἀπχὲχ & *MS. Alex.* Οχὸζ Hebr. חחוח *Santes* Paliurus, *Vulg.* Carduus *Syr.* Prunus *Arab.* Abies 2 Chronic. xxv. 18. At 2 Reg. xiv. 9. LXX. ὁ ἄκανθος Carduus, & ita ibi *Sanctes* & *Chaldæus*; *Syr.* & *Arab.* Prunus. Theophraſt. H. Pl. lib. 6. c. 3. p. 123. ἄκανθος ἡ ἀκανθώδης, & in fine Διαφορὰ ἡ τοῦ μὲ ἀκανθοῦ οὐκ εἰσὶ· Idem c. 4. p. 124. ἀκανίζει· SPANH.

l Κυπάρισσον] Κέδρον hic habent ſeu *Cedrum* LXX. *Syr. Arab. Chald.* 2 Reg. xiv. 9. & 2 Chron. xxv. 18. *Hebr.* in utroque loco הארז quæ *Cedrum* paſſim notat. SPANH.

* *Rubus.*] Ita placuit interpretari, non *carduus* cum *aliis*: quod ἄκανθος non *herba* ſit, ſed *ſpinoſus & aculeatus frutex*. Vide *Theophraſtum* in *Hiſt. Plant.* l. 6. c. 3. & c. 4.

m Στρατείαν] Sic *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Gall.* 1. στρατιὰν in *reliquis*.

n Παρωξύνθη,] *Al.* παροξύνθη.

o Παρανομηθέντων εἰς αὐτὸν] Παρανομησάντων *Gall.* 2.

p Τίθησιν,] Ενθῆσιν *Big. Samb.* & *Vat.*

q Διασπαρέντων δὲ] Ita cum *Epiphan.* in *reliquis* Διασπαρέντων δὲ τῶν.

r Ιώασος,] Ιώασος inſertum dedi ex *Busb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

s Τὸ περὶ τοῦ ζῆν δέος,] Illud περὶ ex *MSS.* & mox ἐποίει ἐ ζῆν *Vat.*

t Τι τῶν τείχους] Voculam τι adjeci ex *MSS.*

v Ως τετρακοσίων πηχῶν,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* ὅσε τριακοσίων *Baſ.* ὅσε τετρακοσίων *Gen.*

κ Τὸν

ελός τε τότῳ τῷ τρόπῳ ἡμύμενος τ Ιεροσολύμων, [x] τάς τε τὰ Θεᾶ ἡσαυρὰς ἀνείλετο, καὶ ὅσος ἦν τῷ Αμασίᾳ χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν τοῖς βασιλείοις ἐξεφόρησε· καὶ ὕστως αὐτὸν ἀπολύσας τ αἰχμαλωσίας, ἀνέζευξεν εἰς Σαμάρειαν. ταῦτα δ' ἐγένετο περὶ τὸν Ιεροσολυμίτας ἔτει τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ τ Αμασίου βασιλείας. ὃς, μετὰ ταῦτα ὑπὸ βληθεὶς ὑπὸ τ φίλων, Φεύγει μὲν εἰς [y] Λάχισαν πόλιν, ἀναιρεῖται δ' ὑπὸ τ ὑπόβλων, πεμψάντων ἐκεῖ τοὺς ἀποκτενοῦντας αὐτόν. καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες εἰς Ιεροσόλυμα βασιλικῶς ἐκήδευσαν. κατέσχεν δ' ὕστως Αμασίας τ βίον [z] Δι' τ νεωτερισμὸν καὶ τὸ περὶ τ Θεὸν ὀλιγωρίαν, βιώσας μὲν ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐννέα καὶ εἴκοσι· διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ [a] παῖς Οζίας τοὔνομα.

potestatem suam redactis Hierosolymis, & Dei thesauros abstulit, & exportavit quicquid auri argentique Amasiæ erat in regia: atque ita demum, cum Amasiam libertati restituisset, Samariam reversus est. Ista autem Hierosolymitanis acciderunt anno regni Amasiæ decimo quarto. qui post hæc, insidiis ei structis ab amicis, in urbem Lachisam profugit, & ab insidiatoribus occisus est, cum eò misissent qui illum ibi necarent. Et corpus quidem ejus Hierosolyma reportatum regiis exsequiis coluerunt. At vitam hoc modo finivit propter insolentiam & Dei contemptum; cum annos quidem quatuor & quinquaginta vixisset, novem vero & viginti regnasset: eique succedit filius *ejus* nomine Ozias. *Amasiæ interitus.* 4 *Regum*, c. 14. 2 *Paral.* c. 25.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Ιεροβοάμου Ισραηλιτῶν βασιλέως, καὶ Ιωνᾶ τ προφήτου· καὶ ὡς Ιεροβοάμου τελευτήσαντος τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ζαχαρίας. ὡς Οζίας Ιεροσολυμιτῶν βασιλεὺς τὰ πέριξ ἔθνη ἐχειρώσατο, καὶ οἷα σωφρονήσαντι ὁρμήσαντα θυσιάζειν τῷ Θεῷ.

CAP. X.

De Hieroboamo Israëlitarum rege, & Jona vate; atque ut, Hieroboamo vita defuncto, filius ejus Zacharias imperium suscepit. Quomodo Ozias Hierosolymitanorum rex gentes finitimas subegit, quæque ei acciderunt postquam id egit ut Deo suffitum adoleret. XI.

Πεντεκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Αμασίου βασιλείας ἐβασίλευσε τῶν Ισραηλιτῶν [b] Ιωάσου υἱὸς Ιεροβοάμου ἐν Σαμαρείᾳ ἔτη [c] τεσσαράκοντα. [d] ἦν δ' ὁ βασιλεὺς τὰ μὲν εἰς τὸν Θεὸν ὑβριστὴς καὶ παράνομος δεινῶς ἐγένετο, εἰδωλά τε σεβόμενος καὶ πολλοῖς ἀτόποις καὶ ξένοις ἐγχειρῶν ἔργοις· τῷ δὲ λαῷ τῶν Ισραηλιτῶν μυρίων κακῶν αἴτιος [e] ὑπῆρχε. τότῳ [f] προεφήτευσε τις Ιωνᾶς, ὡς δεῖ πολεμήσαντα τοῖς Σύροις αὐτὸν κρατῆσαι τῆς ἐκείνων δυνάμεως, καὶ πλατυῦναι τὴν αὐτοῦ βασιλείαν· τοῖς μὲν κατὰ τὴν ἄρκτον μέρεσιν ἕως [g] Αμάθης πόλεως, τοῖς δὲ κατὰ τὴν μεσημβρίαν ἕως [h] τῆς [i] Ασφαλτίτιδος λίμνης. τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ ὅροι τ Χαναναίας [k] ἦσαν ἅτοι, καθὼς ὁ στρατηγὸς Ιησοῦς περιώρισε. στρατεύσας οὖν ἐπὶ τοὺς Σύρους ὁ Ιεροβοάμου, κατεστρέφετο πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν, ὡς προεφήτευσεν Ιωνᾶς.

ΑNno autem decimoquinto regni Amasiæ cœpit Hieroboamus Joasi filius in Israëlitas regnare, *idque* Samariæ, & annos quadraginta *regnavit*. Hic rex in Deum quidem erat contumeliosus legumque supra modum contemptor, ut qui deastros colebat & multis operibus absurdis & peregrinis manum admovebat: populo vero Israëlitarum mala innumera afferebat. Huic *ex oraculo* Jonas quidam *vates* prædixit, ab ipso, si cum Syris bellum gesserit, labefactandam fore illorum potentiam, suique regni fines proferendos: ex partibus quidem septentrionalibus usque Amathum urbem, ad meridiem vero usque Asphaltitem paludem. his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, sicut Jesu imperatori visum est eam circumscribere. Hieroboamus itaque, cum in Syros expeditionem feciisset, omnem eorum provinciam, juxta Jonæ vaticinium, in potestatem suam redegit. *Hieroboamus Israëlitarum rex.* 4 *Regum*, c. 14. *Ex Jonæ oraculo bellum infert Syris.* 4 *Regum*, c. 14.

Β'. Αναγκαῖον δ' ἡγησάμην, τὴν ἀκρίβειαν τ πραγμάτων ὁμολογήσειν ὑποσχημένος, ὅσα καὶ περὶ τ προφήτου τούτου εὗρον ἐν τ [l] Εβραϊκαῖς βίβλοις ἀναγεγραμμένα, διεξελθεῖν. κελευσθεὶς γὰρ ἦν ὑπὸ τ Θεᾶ πορευθῆναι μὲν εἰς τὴν Νίνου βασιλείαν, κηρύξαι δ' ἐκεῖ [m] γιόμενον ἐν τῇ πόλει, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἀπολέσει, δείσας οὐκ ἀπῆλθεν· ἀλλ' ἀποδιδράσκει τ Θεὸν εἰς Ιόππην πόλιν, καὶ πλοῖον εὑρὼν ἐμβὰς, εἰς [n] Ταρσὸν ἔπλει τ Κιλικίας. ἐπιγενομένης δὲ χειμῶνος σφοδροτάτου καὶ κινδυνεύοντος καταδῦναι τοῦ σκάφους, οἱ μὲν ναῦται καὶ ὁ κυβερνήτης καὶ αὐτὸς ὁ ναύκληρος εὐχὰς ἐποιοῦντο χαριστηρίους εἰ διαφύγοιεν τὴν θάλασσαν. ὁ δὲ Ιωνᾶς συγκαλύψας αὐτὸν ἐκέκλιτο, μηδὲν ὧν τοὺς ἄλλους ἐώντας

Narratio de Jona vate.

alios

x Τάς τε Θεᾶ] Sic *MSS.* (*Cocc.*) & *Vet. Interpr.* τὰς Θεοῦ in *Editis*.

y Λάχεσαν πόλιν.] Λαχὶς LXXII. & *Vet. Interpr.* HUDS. Lachis *Rufinus*. Λαχὶς LXX. 2 Reg. xiv. 19. *Hebr.* לכישה Lachis supr. lib. 8. c. 3. §. ult. SPANH.

z Διὰ τ νεωτερισμὸν] Ita lego cum *Epiphanio*, qui vertit, *propter superbiam & contemptum quem habuit circa Deum*. præsertim cum ab aliis notatum fuerit, vocem νεωτερισμὸν per *insolentiam* quandoque exponi debere. In *Græcis* omnibus, Διὰ τ νεωτερισμὸν τὸ περὶ τ Θεὸν ὀλιγωρίας.

a Παῖς Οζίας] Οζίας, ὁ καὶ Αζαρίας, *Chron. Paschi.* Αζαρίας dicitur *Inst.* LXXII. 4 *Regum*, c. 14. v. 21. Οζίας 2 *Paralip.* c. 26. v. 1. *Uzziah* ex *Verit. Hebr.* in *Bibliis* nostris.

b Ιωάτου] In *Cod. Vat.* ὁ Ιωάσου υἱός.

c Τεσσαρακοντα.] Τεσσαράκοντα καὶ ἓν juxta LXXII. *Editionis Rom* & *Verit. Hebr.* 4 *Regum*, c. 14. v. 23. *Codex Alexandrinus* cum *Josepho* consentit.

d Οὗτος ὁ βασιλεὺς] Ita *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* ὕτως in *reliquis*.

e Υπῆρχε.] Υπῆρξε *Vat.*

f Προεφήτευσέ τις] Scilicet, Θεοῦ τ Ισραηλίτου λαὸν ἐλεήσαντος ταπεινωσάντα, ut dicit *Zonaras*.

g Αμάθης πόλεως,] Urbs est quæ *S. Literis* (4 *Regum*, c. 14. v. 25.) *Chamath* aut *Hamath* dicitur. HUDS. Αμάθη Phœniciæ urbs dicta à Macedonibus Επιφάνεια supr. lib. 1. c. 7. §. 2. vid. & lib. 7. c. 5. §. 4. Αμάθης βασιλεύς· SPANH.

h Τῆς Ασφαλτίτιδος] Conf. cap. 1. sup. §. 2. SPANH.

i Ασφαλτίτιδος] In Sacris Literis mare campi appellatur 2 Reg. 14. 25. ἡ μεγάλη πεδιὰς videlicet. REL.

k Ησαν ἅτοι,] Illud ἦσαν ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

l Εβραϊκαῖς βίβλοις] Præter *S. Literas* necesse est intelligat *libros Rabbinicos*, quibus fidem plus justo habuit, ut ostendit *S. Bochartus* in *Hieroz.* parte II. p. 744. & *Ant. van Dale* de *Idololatr.* p. 144.

m Γενόμενον ἐν τῇ πόλει,] Γενόμενος ἐν τῇ πόλει *Vat.*

n Ταρσὸν ἔπλει] Videsis *Drusium* in *Observatt.* l. 3. c. 13. & l. 6. c. 3. & *Bootium* in *Animadv. S.* l. 4. p. 162.

alios operam dare cernebat. Cum autem aquæ fluctus magis adhuc augerentur, & vehementius aliquanto à ventis mare concitaretur, ſuſpicati, ut fieri ſolet, aliquem à vectoribus eſſe illis tempeſtatis cauſam, conſtituerunt jactis ſortibus, quiſnam ille ſit deprehendere. Hoc itaque facto, vati ſors obtigit. Cumque interrogarent & unde eſſet & *quidnam rei ageret; reſpondit ſe genere quidem eſſe Hebræum, ſummi vero Dei vatem. illis itaque conſilium dedit, ut ipſum in mare dejicerent, ſi vellent præſens periculum effugere: illos enim ejus cauſa tempeſtate vexari. At illi primum quidem hoc facere non audebant, nefas eſſe exiſtimantes in tam manifeſtum exitium mittere hominem peregrinum, quique illis vitam ſuam commiſerat: tandem vero exſuperante malo, navique propemodum eò adducta ut mergeretur, partim ab ipſo vate incitati, partim metu impulſi ne ſalutis diſcrimen adirent, in mare eum projiciunt. Et tempeſtas quidem ſævire deſiit: hunc vero ajunt à piſce tres dies totidemque noctes devoratum in Euxinum pontum ejectum fuiſſe, vivum & corpore nihil omnino læſum. Ubi à Deo delictorum veniam deprecatus, urbem Niniven adiit: & cum in loco conſtitiſſet, unde exaudiri poterat, proclamavit fore, ut brevi admodum poſt tempore Aſiæ imperium amitterent. iſtiſque annunciatis reverſus eſt. Atque hanc de eo narrationem confeci ex iis quæ ſcriptis conſignata reperi.

Mors Hieroboami. 4 Regum, c. 14.

Zacharias Iſraëlitarum rex, & Ozias Judææ. 4 Regum, c. 15. & 2 Paral. c. 26.

Oziæ laus, & res ab eo geſtæ. 2 Paral. c. 26.

3. Rex autem Hieroboamus, cum vitam ſumma felicitate egiſſet, regnaſſetque annos quadraginta, ad ſuorum manes conceſſit. Et Samariæ quidem ſepelitur: ei vero in regnum ſuccedit filius ejus Zacharias. Ozias item Amaſiæ filius, anno regni Hieroboami decimoquarto, in duas tribus regnare cœpit Hieroſolymis; matre quidam *natus* nomine Achiala, genere vero cive *Hieroſolymitana*. Erat autem natura bonus & juſtus, & magnanimus, providendiſque rebus ſolers & induſtrius. Ac præterea cum exercitum eduxiſſet in Palæſtinos eoſque pugna viciſſet, urbes illorum Gittam & Jamniam vi cepit, & earum mœnia diruit. Ubi autem facta erat hæc expeditio, adortus eſt Arabas Ægypto finitimas: atque urbe ædificata ad mare Rubrum, præſidium in ea poſuit. Poſthæc Ammanitis ſubactis, & certo tributo illis imperato, omnique regione uſque ad Ægypti fines in poteſtatem ſuam redacta, cœpit in poſterum Hieroſolymis curam ſuam impendere. Quicquid enim mœnium vel vetuſtate collapſum erat, vel ſuperiorum regum incuria, id totum de novo ædificavit & exſtruxit, quicquid etiam dejectum erat ab Iſraëlitarum rege, quando in urbem, cum patrem ejus Amaſiam captivum ageret, ingreſſus eſt.

ϛα ποιουμένους μιμέμενος. αὔξονος δ' ἔτι μᾶλλον τοῦ κλύδωνος, καὶ βιαιοτέρας ᵒ γιγνομένης ὑπὸ τῶν πνευμάτων τὸ θαλάσσης, ὑπονοήσαντες, ὡς ἐνδέχεται, τινὰ τῶν ἐμπλεόντων αἴτιον αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος, συνέβαινε ᵖ κλήρῳ, τίνων ᵍ ὅστις ποτὲ εἴη μαθεῖν. κληρωσαμένων οὖν ὁ προφήτης λαγχάνει. ʳ πυθανομένων δὲ πόθεν τε εἴη, καὶ τί μετέρχεται· τὸ μὲν γένος ἔλεγεν Ἑβραῖος εἶναι, προφήτης δὲ τοῦ μεγίστου Θεοῦ. ˢ συνεβάλλοντο οὖν αὐτοῖς, εἰ θέλοιεν ᵗ ἀποδράσαι τὸν παρόντα κίνδυνον, ᵛ ἐκβάλλειν αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος· αἴτιον γὰρ αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἐτόλμων, ˣ κρίναντες ἀσέβημα εἶναι ξένον ἄνθρωπον, καὶ πεπιστευκότα αὐτοῖς τὸ ζῆν, εἰς φανερὸν ἔτως ἀπώλειαν ἐκρίψαι· πλοῦτον δὲ ὑπερβιαζομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ὅσον οὔπω μέλλοντος βαπτίζειν τὴν σκάφην, ὑπό τε τοῦ προφήτου παρορμηθέντες ʸ αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ δέους τοῦ περὶ τῶν ἑαυτῶν σωτηρίας, ῥίπτουσιν αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. καὶ ὁ μὲν χειμὼν ἐσάλη· τὸν δὲ, λόγος, ᶻ ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσούτους νυκτας, εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκβεβρασθῆναι πόντον, ζῶντα μὲν καὶ σῶμα τος λελωβημένον. ἔνθα τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς συγγνώμην αἰτεῖ τοῦ προφήτου ἁμαρτημένων, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ᵃ Νινευΐτιν πάλιν· καὶ στὰς ᵇ εἰς ἐπήκοον ἐκήρυττεν, ὡς ᶜ μετ' ὀλίγον πάνυ χρόνον ἀποβαλοῦσι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας. καὶ ταῦτα δηλώσας ὑπέστρεψε. διεξῆλθον δὲ τὴν τοῦ αὐτοῦ διήγησιν, ὡς εὗρον ἀναγεγραμμένην.

γ'. Ἱεροβοάμου δὲ ὁ βασιλεὺς, μὴ πάσης εὐδαιμονίας τὸν βίον διαγαγών, καὶ ἄρξας ἔτη τεσσαρακοντα, ἐτελεύτησε. καὶ θάπτεται μὲν ἐν Σαμαρείᾳ· διαδέχεται δὲ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς Ζαχαρίας. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ὀζίας ὁ τοῦ Ἀμασίου υἱὸς, ἔτος ἤδη τέταρτον τοῦ δέκα βασιλεύοντος Ἱεροβοάμου, τῶν δύο φυλῶν ἐβασίλευσεν ἐν Ἱεροσολύμοις· μητρὸς ὢν ᵈ Ἀχιάλας μὲν τὸ γένος, ᵉ ἀφ' ἧς δὲ τὸ γένος. ἀγαθὸς δὲ ὢν καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ μεγαλόφρων, καὶ προνοῆσαι τῶν πραγμάτων φιλοπονώτατος. στρατευσάμενος δὲ καὶ ἐπὶ Παλαιστίνους ᶠ καὶ νικήσας μάχῃ, πόλεις αὐτῶν ἔλαβε κατὰ κράτος, ᵍ Γιτθὰν καὶ Ἰάμνειαν, καὶ κατέσκαψεν αὐτῶν τὰ τείχη. μετὰ δὲ ταύτην τὴν στρατείαν ἐπῆλθε τοῖς τῆ Αἰγύπτῳ γείτοσιν Ἄραψι· καὶ πόλιν κτίσας ἐπὶ τῆ Ἐρυθρᾷ θαλάσσης, ʰ ἐγκατέσησεν αὐτῇ φρουράν. ἐπιστὰς τοὺς Ἀμμανίτας καταστρεψάμενος, καὶ φόρους αὐτοῖς ὁρίσας τελεῖν, καὶ πᾶσαν ⁱ τὴν μέχρι τῶν Αἰγυπτίων ὅρων χειρωσάμενος, τῶν Ἱεροσολύμων ἤρξετο πιεῖσθαι τὸ λοιπὸν τὴν ἐπιμέλειαν. ὅσα γὰρ τῶν τειχῶν ἢ ὑπὸ τοῦ χρόνου ᵏ κατεβέβληντο, ἢ ὑπὸ τῆς ὀλιγωρίας τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, ˡ ταῦτά τε ἀνωκοδόμει καὶ κατεσκεύαζεν· ὅσα τε ὑπὸ ᵐ κατεβεβλημένα ὑπὸ τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλέως,

o Γινομένης] Γινομένης *Samb.* & *Vat.*
p Κλήρῳ,] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* κλῆρον in *Editis.*
q Ὅστις ποτὲ] Ὅστις ποτ' ἂν *Big. Samb.* & *Vat.*
r Πυθανομένων δὲ] Ita *Vat.* & *Vet Interpr.* in *cæteris* πυθομένου τε.
* *Quidnam rei ageret;*] *Vel*, quam artem exerceret.
s Συνεβάλλοντο] Συνεβάλλου in quibuſdam *MSS.*
t Ἀποδράσαι] Ἀποδράναι *Big. Vat. Hen.* & *Busb.*
v Ἐκβάλλειν αὐτὸν] Ἐκβαλεῖν in *iiſdem MSS.* & *Gall.* 2.
x Κρίναντες ἀσέβημα] Κρίνοντες *Vat.* & *Gall.* 2.
y Αὐτοῦ,] Illud αὐτοῦ ex *MSS.*
z Ὑπὸ δὲ κήτους] Ita in *Editis* & *MSS.* tam *Gr.* quam *Lat.* præter *Vat.* qui habet, ὑπὸ κ. κ. τ. ἡ. κ. τ. ν. εἰς τὸν γλῶ ἐκβεβρασθέντα ζῶντα &c. *Epiphanius* hoc modo legiſſe & diſtinxiſſe videtur, ὑπὸ δὲ κήτους καταποθέντα, μεθ' ἡμέρας ἡ. κ. τ. νύκτας ἐν τῷ Εὐξείνῳ ἐκβεβρασθῆναι πόντῳ ζῶντα, καὶ μ. in *Chron. Alex.* καταποθέντα ὑπὸ δὲ κήτους ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, μεθ' ἡμέρας ἡ. κ. τ. ν. ἐκβεβρασθῆναι ζῶντα. apud *Cedrenum* vero, καταποθέντα ὑπὸ τ. κήτους, μεθ' τ. ἡ. κ. τ. ν. ἐκβεβρασθῆναι ζῶντα ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. in *Zonara*, κήτους δὲ τὸν προφήτην καταπιόν, μεθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ζῶντα καὶ σῶον αὐτὸν ἐξεμεῖν. denique apud *Niceph.* in *Eclogis*, τὸν Ἰωνᾶν λέγει, καταποθέντα εἰς Ἰόππην, ἐπὶ Ταρσοῦ φύγειν τὴν Κιλικίας. Θαρσὶς γὰρ Ταρσὸν λέγει. ἐκβεβρασθῆναι δὲ φησὶ τὸν προφήτην ὑπὸ τοῦ κήτους εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον.

a Νινευΐτιν πόλιν] Νινευΐτ *Big. Gall.* 1. & LXXII. Νινευΐν in *Editis.* Νινευῖ *Samb.* Νινευὶ *Zonar.* Νίνε *Vat.* prout in *Strabone Aliiſque.* HUDS. Supr. Νίνε & lib. 1. c. 6. §. 4. Νίνον οἰκίζῃ πόλιν; & infr. c. 11. §. 3. Νινευὴ ubi *Gen.* Νινύες. De Ninives excidio vaticinium ſc. Nahum. 2. v. 5. vid. ibid. hic *Gen.* Νινευΐτιν πόλιν lib. 10. Antt. c. 1. §. 3. τὴν Νίνε συναγωγὴν ἐθνῶν. SPANH.
b Εἰς ἐπήκοον ἐκήρυττεν,] Illud εἰς (ita & *Coccejus*) ex *MSS.*
c Μετ' ὀλίγον πάνυ χρόνον] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* μετ' ὀλίγον πάλιν δὲ, in *Editis.*
d Ἀχιάλας μὲν τὸ γένος,] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. Ἀχίας in *Editis.* Ἰεχιλίας juxta *Instt.* LXXII. Τελχίας *Auctori Chron. Alex.*
e Ἀφ' ἧς δὲ τὸ γένος.] Ἀφ' de cive Hieroſolymitana. Sic mox c. XI. §. 2. & c. 13. §. 1. SPANH.
f Καὶ νικήσας μάχῃ,] Illud καὶ ex *MSS.*
g Γιτθὰν καὶ Ἰάμνειαν,] Sic *Vat. Gall.* 2. & *Epiphan.* Ἰτὰν καὶ Ἀμνίαν in *Editis.* Ἡτὰν καὶ Ἰάμνιαν *Big. Samb.* & *Gall.* 1.
h Ἐγκατέσησεν] Ita *Samb.* & *Vat. in reliquis.* κατέσησεν in *reliquis.*
i Τὰ μέχρι] Illud τὰ ex *Big.* & *Samb.*
k Κατεβέβληντο,] Sic *Samb.* & *Vat. in ceteris* καταβέβληντο.
l Ταῦτά τε ἀνωκοδόμει] Illa ταῦτά τε non agnoſcit *Vat.*
m Κατεβεβλημένα] Ita in *MSS.* omnibus, nec aliter legiſſe videtur *Vet. Interpr.* κατεσκαμμένα in *Editis.*

n Περσῶν-

σιλέως, ὅτε τ πατέρα αὐτ λαβὼν αἰχμάλωτον τ Αμασίαν εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. [n] πεφσωκοδόμησε ȣ καὶ πύργους [o] πολλὰς πεντήκοντα πηχῶν καὶ ἑκατόν. καὶ [p] φρεατὰς δ' ὑπεπίχισε τοῖς ἐρήμοις χωρίοις, καὶ πολλὰς ὀχετὰς ὤρυξεν ὑδάτων. ἦν δ' αὐτῷ καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἄλλων θρεμμάτων ἄπειρόν τι πλῆθος. [q] εὔφυὴς γὰρ ἦν ἡ χώρα πρὸς νομάς. γεωργικὸς δ' ὢν σφόδρα τ γῆς [r] ἐπεμελεῖτο, φυτοῖς αὐτὴν καὶ παντοδαποῖς [s] πηνῶν ἀπέρμασι. στρατιᾶς δ' εἶχεν [t] ὑπλέκτην περὶ αὐτὸν [v] μυριάδας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· ἧς ἡγεμόνες ἦσαν καὶ ταξιάρχοι καὶ χιλιάρχοι γνησίως καὶ τὴν ἀλκὴν ἀνυπόστατοι, τὸν ἀριθμὸν [x] δισχίλιοι. διέταξε δ' εἰς [y] φάλαγγας τὸν ὅλον στρατιὰν, καὶ ὥπλισε, ῥομφαίαν δὲς ἑκάστῳ, καὶ θυρεὸς καὶ θώρακας χαλκοῦς, καὶ τόξα καὶ σφενδόνας. ἔτι ȣ καὶ πρὸς τούτοις μηχανήματα πολλὰ πρὸς πολιορκίας κατεσκεύασε, πετροβόλά τε καὶ δορυβόλα, καὶ [z] ἅρπαγας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια.

δ'. Γενόμενος δ' ἐν ταύτῃ τῇ σωτάξει ⁊ ἀβασκοπῇ, διεφθάρη τὴν διάνοιαν [a] ὑπὸ τύφου, καὶ χαυνωθεὶς θνητῇ περιουσίᾳ τ ἀθανάτου κ πρὸς ἅπαντα βάρους τ χρόνον ἰσχύων ὠλιγώρησεν· αὐτῇ δ' ἦν ἡ πρὸς τ Θεὸν δυσέβεια, κ τὸ τηρεῖν τὰ νόμιμα· ὥλισθεν δ' ὑπ' [b] δυπραξίας, κ κατῳκείχθη πρὸς τὰ ȣ πατρὸς [c] ἁμαρτήματα· πρὸς ἃ κἀκεῖνον ἡ τ ἀγαθῶν λαμπρότης κ τὸ μέγεθος τ πραγμάτων, ἃ διωρθώθη πρόσθεν καλῶς αὐτῶν, ἤγαγεν. ἐνίσιος δ' ἡμέρας ἐπισήμου, κ πάνδημον ἑορτὴν ἔχούσης, ἐνδὺς ἱερατικὴν στολὴν εἰσῆλθεν εἰς τὸ [d] τέμενος, [e] ἐπιθυμιάζων ἐπὶ ȣ χρυσοῦ βωμοῦ τῷ Θεῷ. ȣ δ' ἀρχιερέως Αζαρίου, ὄντων σὺν αὐτῷ ἱερέων ὀγδοήκοντα, κωλύοντος αὐτόν· ἃ γὰρ ἐξὸν ἐπιθύειν εἶπον, μόνοις δ' [f] ἐφεῖσθαι τοῦτο ποιεῖν τοῖς ἐκ τοῦ Ααρῶνος γόνοις· [g] καταβοώντων δ' ἐξιέναι ⁊ μὴ παρανομεῖν εἰς τ Θεὸν, ὀργισθεὶς ἠπείλησεν αὐτοῖς θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἡσυχίαν ἄξουσι. μεταξὺ ȣ, σεισμὸς σκλόνησε τὴν γῆν μέγας· καὶ διασείοντος τὸν ναὸν, φέγγος ἡλίου λαμπρὸν ἐξέλαμψε, κ τῇ τοῦ βασιλέως ὄψει προσέπεσεν, [h] ὡς τῷ μὲν ὄψεως λέπραν ἐπιδραμεῖν. πρὸ ȣ τ πόλεως, πρὸς τῇ καλουμένῃ [i] Ερωγῇ, τοῦ ὄρους ἀπορραγῆναι τὸ ἥμισυ [k] τοῦ κȣ τὴν [l] δύσιν, κ κυλισθὲν πόρρω σταδίους ἕξ τὸ ἀνατολικὸν [m] ὄρος σῆναι, ὡς πάσῃ παρόδῳ ἐμφραγῆναι ⁊ τὰς προσβαλούσας τοῖς βασιλικοῖς. ἐπεὶ ȣ κατηλημμένην τὴν ὄψιν ȣ βασιλέως ὑπὸ τ λέπρας εἶδον οἱ ἱερεῖς, ἔφραζόν τε αὐτῷ τὴν συμφορὰν, κ σκέλλον [n] ἐξιέναι τ πόλεως ὡς ἐναγῆ. ὁ ȣ ὑπ' [o] αἰσχύνης τοῦ συμβεβηκότος δεινοῦ ⁊ τοῦ μηκέτ' αὐτῷ παρρησίαν εἶναι, τὸ κελευόμενον ἐποίει, τ ὑπὲρ ἄνθρωπον

Conſtruxit autem & turres multas centum & quinquaginta cubitorum *altitudine*. Quin & ſtationibus in ſolitudine munimenta circumdedit, multoſque aquæ-ductus excavavit. Erat autem ipſi & jumentorum aliorumque pecorum vis infinita. nam regio erat apta paſcuis. Cumque eſſet agriculturæ deditus, terræ multum curæ adhibebat, eamque omni plantarum genere & ſeminum excolebat. Habebat etiam circa ſe militum exercitum electorum, *numero* ad trecenta ſeptuaginta millia: quibus præerant centuriones & tribuni viri egregiæ fortitudinis & invicto robore præditi, ad duo millia numero. Totum autem exercitum in phalanges diſpoſuit, armiſque inſtruxit, unicuique dato gladio, & clypeis & thoracibus æreis, arcubus etiam & fundis. Quin & præter hæc machinas multas fecit ad oppida in obſidione expugnanda, inſtrumenta etiam quibus lapides & tela jacerentur, ut & harpagones, & quæcunque hiſce ſimilia.

Oziæ res ſecundis nimium elatus.

4. Cæterum cum ea ita conſtituiſſet & præparaſſet, ex faſtu mente corruptus eſt, atque peritura rerum copia inflatus vim immortalem & in omne ævum duraturam inſuper habuit, (iſta autem erat pietas erga Deum legumque obſervantia) rerumque ſucceſſu ſublatus cecidit, & ad eadem in quibus deliquerit pater prolapſus eſt, ad quæ fortunæ ſplendor rerumque geſtarum magnitudo etiam illum perduxerunt, iſtis moderandis imparem. Nam inſtante die celebri, quo feſtum erat ſolenne populo univerſo, veſte indutus ſacerdotali in fanum ingreſſus eſt, ſuffitum in aureo altari Deo facturus. Azaria autem pontifice, cui aderant octoginta ſacerdotes, eum prohibente (haud enim fas eſſe rem divinam facere, dicebant, iis vero ſolis hoc datum eſſe qui ex Aaronis ſtirpe) & clamantibus *omnibus* ut exiret, Deique leges non violaret, ira accenſus mortem illis minatus eſt, niſi quieſcerent. Interea autem ingens motus terram concuſſit: & ſciſſo templo ſplendida lux ſolis emicuit, & in regis faciem incidit, ita ut ſtatim eum invaderet lepra. Ante urbem vero ad locum, qui dicitur Eroge, montis fracta eſt pars dimidia quæ ad occidentem *erat*, & voluta per ſtadia quatuor ad orientalem montis partem conſtitit, ita ut & viæ obſtruerentur & horti regis. Porro ſacerdotes, cum faciem regis lepra infectam animadvertiſſent, & calamitatem ei indicabant, atque jubebant ut urbe excederet tanquam impurus. Ille vero, quod eum mali ſibi illati puduerit & omni de fiducia exciderit, imperatum faciebat; animi ſupra humanam ſortem elati, atque inde ſuæ in Deum impietatis miſeram

In templum ad ſuffiendum ingreditur. 2 *Paral.* c. 26.

Ozias ob uſurpatum ſacerdotale munus lepra afficitur. 4 *Regum*, c. 15. 2 *Paral.* c. 26.

adeo

---

n Πεφσωκοδόμησε ȣ] Eo modo *Big.* & *Samb.* πεφτοικοδόμησε in *reliquis*.

o Πολλὰς πεντήκοντα] Ὑψηλὰς ſolus *Samb.* μεγάλας *Hen.* & *Busb.*

p Φρεατὰς δ' ὑπεπίχισε] Ita cum melioris notæ *MSS.* φρεατὰς & mox ὑπετίχησε in *Editis Aliiſque*.

q Εὔφυὴς γὰρ ἦν ἡ χώρα πρὸς νομάς.] Judæa apta paſcuis vid. ſeq. lib. 15. c. 5. §. 1. SPANH.

r Ἐπεμελεῖτο,] Sic *Big.* & *Samb.* ἐπιμελεῖτο in *ceteris*.

s Τιθήνων πτερμάτων.] Sic de arboribus, quæ primum fructus ferunt, τὸ ȣ ἀθετεῖς οἷον τιθηνήσεως δεῖ;) *Theopr. de C. Pl.* lib. 11. c. 11. p. 233. Sophocles autem *Oedip. Col.* v. 1103. τιθηνῶν;) τίλη. *curare Sacra*, nempe Cereris. SPANH.

t Ὑπλέκτην] Ἐπιλέκτους *Big. Samb.* & *Vat.*

v Μυριάδας ἑπτὰ] Τεσσαράκοντα χιλιάδας κ ἑπτακισχιλίους [κ ἑπτὰ χιλιάδας Cod. *Alex.*] κ πεντακοσίους LXXII.

x Δισχίλιοι.] Διχίλιοι ἑξακόσιοι LXXII. 2 *Paralip.* c. 26. v. 12.

y Φάλαγγας] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* Φάλαγγα in *Editis*.

z Ἅρπαγας,] Ἀρτῆρας *Samb.* ἀρτῆρας κ ἅρπαγας *Big.* ἅρπαγας κ ἀρτῆρας *Gall.* 1. HUDS. Conf. lib. VIII. ſupr. c. 3. §. 7. SPANH.

a Ὑπὸ τύφου,] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* in *ceteris* ὑπὸ ȣ τύφου.

b Εὐπραξίας,] Εὐπαγίας *Samb.*

c Ἁμαρτήματα·] Ἁμπλακήματα ſoli *Big.* & *Gall.* 1.

d Τέμενος,] *Gen.* θεμένου. SPANH.

e Ἐπιθυμιάσων] Ita in pleriſque *MSS.* ἐπιθυσιάσων in *Editis Aliiſque*. HUDS. Poſſet in ἐπιθυμιάζων verti: quod & in Codd. quibuſdam legitur. Sed θύειν etiam de incenſione odorum uſurpatur: & ita mox ἐπιθύειν ſequitur. REL.

f Ἐφεῖσθαι τοῦτο ποιεῖν] Ἐφεῖ) *Big. Samb.* & *Vat.*

g Καταβοώντων δ'] Ita in omnibus *MSS.* & *Vet. Interpr.* καταβοῶντος in *Editis*.

h Ὡς τῷ μὲν ὄψεως λέπραν ἐπιδραμεῖν.] Vid. 2 Chron. XXVI. 19. SPANH.

i Ερωγῇ,] Ἐρίωγῇ *Big.* & *Gall.* 1. *à manu ſecunda.* in cæteris omnibus Ερωγῇ, ut & apud *Euſebium* lib. 6. de *Demonſtr. Evangel.* c. 18. p. 291. eodemque modo legiſſe videtur *Epiphan.* Verum *Lud. de Dieu* (in ſuis ad *Vet. Teſt.* animadverſionibus p. 323.) conjicit reſcribendum eſſe Σειρωγῇ שער הגיא *porta vallis*, vertitque *ad portam cui nomen, Seroge.* At *Sam. Petitus* (in Animadverſionibus ſuis ἀνεκδότοις in *Bibl. Bodl.* adſervatis, *tom.* 3. p. 326.) malit ἐρίαγῇ ab Hebraïco (in *Zachar.* c. 14. v. 5.) tranſpoſito גיא ורי *vallis montium.* Sin vero *Eroge* Græcæ originis vox ſit, non omnino dubito quin legendum ſit πρὸς τῇ καλουμένῃ ῥωγῇ. nam ῥωγὴ *Heſychio* ῥῆξις, διῤῥωγὴ, διῤῥῆξις. Hoc ipſum forſan *Grotio* in mentem venerit, qui (in *Comment.* ad *Amoſum*, cap. 1.) hunc locum affert, vertitque, *Ante urbem vero ad eum locum qui Rima montis dicitur.* &c.

k Τοῦ κȣ τὸν] Τὸ κȣ *Vat.*

l Δύσιν,] Ita ex *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. & *Euſebio.* δυσμὴν in *Editis Aliiſque*.

m Ὄρος σῆναι,] Μέρος *Vat.*

n Ἐξιέναι τ πόλεως ὡς ἐναγῆ.] Conf. ſupr. c. 4. §. 5. SPANH.

o Αἰσχύνης ȣ συμβεβηκότος] Αἰσχύνης τι ȣ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

adeo miserandamque pœnam perferens. Et quidem extra urbem aliquandiu versabatur, vitam agens privatam, filio ejus Jothamo gubernaculo imperii admoto; postea *vero* præ mœrore, animique anxietate ex facinoribus orta, vitam finivit: cum annos quidem octo & sexaginta vixisset, ex his vero duo & quinquaginta regnum tenuisset. Solus autem in hortis suis sepultus est.

Jothamus regnum administrat. 4 Regum, c. 15. 2 Paral. c. 27.

Διανοίας Ϲ P τ Δι᾽ τῆτ᾽ εἰς τ Θεὸν ἀσεβείας παλαίπωρον ἔτω Ϲ οἰκτρὰν ὑπομείνας δίκλω. καὶ χρόνον μέν πνα διῆγε ἔξω τ πόλεως, ἰδιώτλν δποζῶν βίον, τῦ παιδὸς [q] αὐτῷ Ιωθάμε τλὼ ἀρχλὼ ϖϑγλαλεόν[Θ]· ἔπειτα ὑπὸ λύπης κ ἀθυμίας [r] τ ὅπι τοῖς γεγλημένοις ἀπέθανεν, ἔτη μὲν βιώσας [s] ὀκτὼ Ϲ ἑξήκοντα, τύτων ᾗ βασιλεύσας πεντήκοντα δύο. ϲκηδεύθη ᾗ μόν[Θ] [t] ἐν τοῖς ἑαυ῀ κήποις.

CAP. XI.

ΚΕΦ. ια΄.

Quomodo Zacharias, Sellumus, Manaëmus, Phaceias & Phaceas Israëlitarum imperium adepti sunt; utque Israëlitas bello adorti sunt Phullus & Theglaphalassar. Quomodo Jothamus Oziæ filius regnavit in tribum Judæ: & quæ de Assyriis vaticinatus est Nahumus.

Ως Ζαχαρίας, Σέλλεμ[Θ], Μανάημ[Θ], Φακείας Ϲ Φακέας τλὼ Ισραηλιτῶν ἀρχλὼ παρέλαβον· κ ὡς ΦᾶΛΛ[Θ] κ Θεγλαφαλάσαρ τοῖς Ισραηλίταις ἐπεστράτευσαν. ὡς Ιώθαμ[Θ] Οζίε παῖς ἐβασίλευε τ Ιούδα φυλῆς· οἷά τε ϖερὶ Ασυρίων ϖεϱεφήτευσεν ὁ Νάεμ[Θ].

Sellumus Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

ZAcharias autem, cum in Israëlitas regnasset sex mensis, diem obiit, dolo peremptus ab amico quodam, Sellumo nomine, Jabesi filio. qui cum ei in regnum successisset, illud spatio triginta dierum & non amplius tenuit. Manaëmus enim exercitus dux, cum eo tempore in urbe Tharsa versaretur, & id quod Zachariæ acciderat *fama* accepisset, castris inde motis cum toto exercitu Samariam venit, prælioque cum Sellumo congressus eum interimit: cumque semet regem constituisset, illinc ad urbem Thapsam proficiscitur. at qui intus erant portis obfirmatis regem *in eam* non admiserunt. Ille vero, ut illos ulciscereturregionem circumcirca incendio vastavit; urbemque, cum eam obsedisset, vi expugnat: & graviter ferens quæ à Thapsensibus facta erant, omnes ferro peremit, ne infantibus quidem parcens, nihil sibi reliqui faciens ad crudelitatem feritatemve. quæ enim veniam non merebantur si in externos bello victos essent edita, ea iste fecit in populares suos. Manaëmus itaque cum hoc modo regnum iniisset, per decem annos perversus esse perstitit & *regum* omnium crudelissimus. A Phullo autem Assyriorum rege bello ei illato, in certamen quidem pugnamque cum Assyriis non descendit; sed, cum *ei* suasisset ut mille talentis argenti acceptis recederet, dirimit bellum. At hanc summam Manaëmo populus contulit, exactis in singula capita quinquaginta drachmis. Post hæc autem vita defunctus Samariæ quidem sepelitur: filium vero Phaceiam, qui ei in regnum succederet, relinquit. is, patris crudelitatem sequutus, duobus tantum annis regnavit: & non multo post in convivio cum amicis dolo occisus periit, à Phacea quodam, qui

Manaëmus Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

Phullus rex Assyriæ bellum infert Israëlitis. 4 Regum, c. 15.

Phaceias Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

Ο Δὲ τῦ Ιεροβοάμε παῖς [v] Ζαχαρίας [x] ἓξ μῆνας βασιλεύσας τ Ισραηλιτῶν, δολοφονηθεὶς ἀπέθανεν ὑπὸ φίλε τινὸς, [y] Σελλέμε μὲν τὄνομα, [z] Ιαβέησε ᾗ ἦν· ὃς καὶ τλὼ βασιλείαν μετ᾽ αὐτὸν ϖϑαλαβών, ὐ ϖλείονα χρόνον ἡμερῶν αὐτλὼ κατέσχε τριάκοντα. ὁ γὰ ϱωτηγὸς Μανάημ[Θ] κατ᾽ ἐκεῖνον τ καιρὸν ὢν ἐν [a] Θαρσῇ πόλ, καὶ τὰ ϖερὶ τ Ζαχαρίαν ἀκύσας, ἄρας μ᾽ πάσης τ ϱαλιᾶς ἦκεν εἰς Σαμάρειαν, καὶ συμβαλὼν εἰς μάχλω [b] ἀναιρεῖ τ Σέλλεμον· καὶ βασιλέα καταϛήσας ἑαυτὸν ἐκεῖθεν εἰς [c] Θαψὰν ϖϑαγίνε[Θ] πλιν. [d] οἱ δ᾽ ἐν αὐτῇ τὰς πύλας μοχλῷ [e] κλείσαν῀ες, ὐκ εἰσεδέξαντο τ βασιλέα. ὁ δ᾽ ἀμυνόμεν[Θ] αὐτὸς, [f] τλὼ πέριξ [g] ἐδήωσε χώραν, καὶ τλὼ πόλιν κ᾽ κράτ[Θ] λαμβάνε ϖολιορκίᾳ· φέρων [h] τε χαλεπῶς ὅπι τοῖς ὑπὸ τ Θαψιαλῶν ϖεαχθεῖσι, πάντας αὐτὸς διεχρήσατο, μηδὲ νηπίων φειδόμεν[Θ], ὠμότη[Θ] ὑπερβολλὼ ὁ καταλιπὼν ὐδὲ ἀχριότη[Θ]. ἃ γὰ ὐδὲ τ ἀλλοφύλων τινὰς συγγνωστὸν [i] Δαθεῖναι γνομένης ὑπολήψεως, ταῦτα τὸς ὁμοφύλους [k] ἔτ[Θ] εἰργάσατο. Βασιλεύσας οὖ τῷ ϱόπῳ τύτῳ ὁ [l] Μανάημ[Θ], [m] ἐπ᾽ ἔτη δέκα σκαιὸς καὶ πάντων ὠμότα[Θ] [n] διέμεινε. ϱατεύσα[Θ] δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν [o] Φάλλε τῦ Ασυρίων βασιλέως, εἰς μὲν ἀγῶνα καὶ μάχλω ὐκ ἀπήντα τοῖς Ασυρίοις· πείσας ᾗ χίλια τάλαντα ἀργυρίε λαβόντα ἀναχωρῆσαι, Δαλύεται τ πόλεμον. τὸ ᾗ κεφάλαιον τῦ ϖωλήσεγκε [p] τὸ ϖλῆθ[Θ] Μαναήμῳ, ϖεαχθὲν κ᾽ κεφαλλὼ [q] δραχμὰς πεντήκοντα. [r] τελώτησας ᾗ μ᾽ ταῦτα, κηδεύεται μὲν ἐν Σαμαρείᾳ· καταλείπ ᾗ τ βασιλείας τ ἠὸν [s] Φακείαν Δοξόδοχον. ὃς, τῇ τ πατρὸς καταϛαθλιβήσας ὠμότη, δυσὶν ἔτησι μόνοις ἦρξεν. ἔπειτα δολοφονηθεὶς ἐν συμποσίῳ μ᾽ φίλων ἀπέθανε, [t] Φα-

p Τῆς Δι᾽ τῆτ᾽ εἰς] Τῶν & mox ἀσεϐημάτων in *iisdem MSS.*

q Αὐτῷ Ιωθάμε] Αὐτῆ *Hen.* & *Busb.*

r Τῆς ἐπὶ τοῖς γεγλημμένοις] Illa τ ἐπὶ τοῖς γεγλημμένοις ex *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

s Ὀκτὼ κ᾽ ἑξήκοντα,] Vide *Usserii* Chronol. Sacr. p. 22.

t Ἐν τοῖς ἑαυτῦ κήποις.] Juxta *Verit. Hebr.* (2 *Paralip.* c. 27. v. 1.) *in fundo sepulchretis regum*, vel, *in agro sepulchrorum, qui regibus erat.* Videsis *J. Clericum* in locum. HUDS. Ozias itaque fuit in hortis suis extra urbem sepultus, non autem ἐν τοῖς βασιλικοῖς Θήκαις, de quibus cùm supra, tum seq. cap. 12. §. 1. De Manasse infr. lib. 10. c. 3. §. 2. SPANH.

v Ζαχαρίας] Αζαρίας *Big. Samb. Vat.* & LXXII. tam hic quam infra.

x Ἐξ μῆνας] Ἐξ μησὶ in *MSS.*

y Σελλέμε μ᾽ τὄνομα,] Ita cum *Samb.* (*Coccejo*) & *Vat.* Σελλίσμε *Hen.* & *Busb.* Σιλήσμε in *Editis.* infra tamen Σιλεσμὸν in *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

z Ιαβέησε ᾗ ἦν·] Sic cum *Big.* & *Samb.* Ιαβήσε in *Editis.* Ιαβέσε *Gall.* Si quis Ιαβίσε malit, non repugnabo, cum Ιαβὶς habeant LXXII. *Jotavis* apud *Epiphan.*

a Θαρσῇ πόλ,] Ita quidem in *Editis*, prout supra, p. 454. v. ult Θερσᾷ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Θαρσᾷ *Hen.* & *Busb.* Θαρσιλλῃ *Vat.* HUDS. In civitate Tharso *Rufinus. Hebr.* תרצה LXX. Θαρσιλὰ *MS. Alex.* Θερσιλὰ *Ar.* Tersa; 2 Reg. xv. 14. SPANH.

b Αναιρεῖ τ Σέλλεμον·] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἀνελεῖ in *Editis Aliisque.* forsan pro ἀνεῖλε.

c Θαψὰν] Θάψαν *Samb. Busb.* & *Hen.* HUDS. Thabraim *Rufinus. Hebr.* תבסח LXX. Θερσὰ *Vulg.* Thapsa. 2 Reg. xv. 16.

d Οἱ δ᾽ ἐν αὐτῇ] Οἱ οἳ ἐν αὐτῇ *Samb.*

e Κλείσαντες,] Ita *Big.* (*Coccejus*) *Samb.* & *Gall.* 1. κλείσοντες in *reliquis.*

f Τλὼ πέριξ] Τλώτε *Hen.* & *Busb.*

g Εδήωσε χώραν,] Εδήω in *MSS.*

h Τε χαλεπῶς] Δὲ *Samb.*

i Διαθεῖναι] Ita *Big.* (*Coccejus*) & *Samb.* Δαθῆναι *ceteris.*

k Οὕτ[Θ] εἰργάσατο.] Iterum ex *Big.* (*Coccejo*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* ἔτως in *Editis Aliisque.*

l Μανάημ[Θ],] Αμανάημ[Θ] *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

m Επ᾽ ἔτη δέκα] Επ᾽ ἔτη μ᾽ δέκα *Samb. Vat.* & *Gall.* 2. Præterea si post δέκα non post Μανάημ[Θ] distinguatur, vertendum, *decem annos regnasset, ad extremum usque perversus mansit & regum omnium crudelissimus.*

n Διέμεινε.] Διεμεινεν ὢν *Big. Vat.* & *Samb.* διέμεινεν ὢν *Gall.* 1. & 2.

o Φάλλε τ Ασυρίων] *Al.* Φάλα. HUDS. Phoralus alias Phoidaphul Assyriorum Rex, *Rufin. Hebr.* פול *Chald.* LXX. Φυὰ 2 Reg. xv. 13. SPANH.

p Τὸ πλῆθ[Θ]] Hebr. vero omnes potentes seu divites, quod retinuit *Vulg.* LXX. autem τῷ ἀνδρὶ τῷ ἑνί· seu viritim. SPANH.

q Δραχμὰς πεντήκοντα] Δραγμὰς *Samb.*

r Τελώτησας ᾗ] Sic *Samb.* & *Vat.* τηλωτήσαντ[Θ] in *ceteris.*

s Φακείαν Δοξόδοχον.] Φακεῖαν *Hen. Busb.* & LXXII. juxta *Exempl. Rom.* Φακείαν in *Alex.* φακεῖαν *Chron. Alex.*

t Φα-

[c] Φακέϊ τινὸς, ὃς ἦν χιλιάρχης, ἐπιβουλεύσας αὐτῷ, παῖδος ἦν [v] Ρομελίου. [x] κατασχὼν δὲ καὶ ἔτη ὁ Φακέας τοῦ ἀρχεῖν ἔτεσιν εἴκοσι, ἀσεβὴς τε ἦν καὶ ἀδικώτατος. ὁ δὲ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς [y] Θεγλαφαλάσαρ τὸ ἔθνος, ἐπιστρατεύσας τοῖς Ισραηλίταις, καὶ τοῦ τε [z] Γαλαδηνοῦ ἅπασαν καταστρεψάμενος, καὶ τὸν πέραν δὲ Ιορδάνου χώραν, καὶ τὸν [a] πρὸς αὐτοῦ τοῦ Γαλιλαίαν καλουμένου, καὶ [b] Κυδίσων δὲ [c] Ασωρα, καὶ τὰς οἰκήτορας αἰχμαλωτίσας, μετήγαγεν εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. καὶ τὰ μὲν περὶ τῶν Ασσυρίων βασιλέως ἐν τούτοις ἡμῖν δεδηλώσθω.

β. Ιώθαμος δὲ [d] Οζία παῖς [e] ἐβασίλευσε τῆς Ιούδα φυλῆς ἐν Ιεροσολύμοις, ἐκ μητρὸς μὲν [f] ἀσῆς γεγονὼς, καλουμένης δὲ [g] Ιερώθης. ἔτι δὲ ὁ βασιλεὺς οὗτος μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, δίκαιος δὲ [h] πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρξεν. ἐπιμελητὴς δὲ τῆς τοῦ πόλιν· ὅσα γὰρ ἐπισκευῆς ἐδεῖτο καὶ κόσμου, ταῦτα φιλοτίμως ἐξειργάσατο· στοὰς μὲν τὰς ἐν τῷ ναῷ ἱδρύσας καὶ προπύλαια, τὰ δὲ καταπεπτωκότα τοῦ τείχους ἀνέστησε, πύργους πολυμεγέθεις καὶ δυσαλώτους οἰκοδομήσας. [i] καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι καὶ τοῦ βασιλείου [k] ἠμέλητο, πολλοῦ ἐπεμέλετο. στρατευσάμενος δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς Αμμανίτας, καὶ κρατήσας [l] αὐτῶν τῇ μάχῃ προσέταξεν αὐτοῖς φόρους κατὰ πᾶν ἔτος αὐτῷ τελεῖν, ἑκατὸν τάλαντα, καὶ σίτου κόρους μυρίους, τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κριθῆς. ἤυξησε δὲ [m] ἅπασι τὴν βασιλείαν, ὥστε ἀκαταφρόνητον μὲν αὐτοῦ ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι, τοῖς δ' οἰκείοις εὐδαίμονα.

γ. Ην δέ τις κατ' [n] τοῦτον τὸν καιρὸν προφήτης Νάουμος ὄνομα· ὃς, περὶ τῆς Ασσυρίων καταστροφῆς καὶ τῆς Νίνου προφητεύων, ἔλεγεν ἅπασι. "ἔσται [o] Νινευὴ κολυμβήθρα "ὕδατος κινουμένη, ἅπασι καὶ ὁ δῆμος ἅπας ταραττό-"μενος καὶ κλυδωνιζόμενος οἰχήσεται φεύγων, λεγόν-"των πρὸς ἀλλήλους, [p] στῆτε καὶ μείνατε, καὶ χρυσὸν αὖ-"τοῖς καὶ ἄργυρον ἁρπάσατε. ἔσται δ' οὐδεὶς βουλησόμενος· "σώζειν γὰρ αὐτῶν ἐθελήσουσι τὰς ψυχὰς μᾶλλον ἢ τὰ "κτήματα· δεινὴ γὰρ αὐτοῖς ἐν ἀλλήλοις ἔρις ἔξει καὶ "θρῆνος, [q] πάρεσίς τε τῶν μελῶν, οἵ τε ὄψεις ὑπὸ τοῦ "φόβου μέλαιναι πλέως αὐτοῖς [r] γενήσονται. πᾶ δὴ ἔσται τὸ "καλοικητήριον τῶν λεόντων, καὶ ἡ μήτηρ σκύμνων; λέγω "δέ σοι [s] ὁ Θεὸς, Νινευὴ, ὅτι ἀφανίσω σε, καὶ οὐκέτι "λέοντες ἐκ σοῦ πορευόμενοι ἐπιτάξουσι τῷ κόσμῳ." καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ πρὸς τούτοις [t] προεφήτευσεν οὗτος ὁ προφήτης περὶ [v] Νινευΐτης, [x] ἅπερ λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμενος· ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὀχληρὸς δοκῶ,

tribunus erat, filius vero Romeliæ, circumventus. Cæterum & hic Phaceas, cum per annos viginti imperium teneret & impius erat & iniquus. Assyriorum autem rex, cui nomen Theglaphalassar, cum expeditionem feciſſet in Iſraëlitas, omnemque terram Galadenam ſubegiſſet, ut & regionem Transjordanianam, vicinamque ei Galilæam nuncupatam, atque Cydiſam & Azora, colonoſque in captivitatem egiſſet, in regnum ſuum reverſus eſt. Et quidem de iis quæ ad Aſſyriorum regem ſpectant, hæc nobis ſufficiat dixiſſe. *Phaceas Iſraëlitarum rex. 4 Regum, c. 15. 2 Paralip. c. 28. Theglaphalassar Aſſyriæ rex Iſraëlitas ſubigit, multoſque eorum in Aſſyriam transfert. 4 Regum, c. 15.*

2. Cæterum Jothamus Oziæ filius in Judæ tribum regnavit Hieroſolymis, matre quidem cive *Hieroſolymitana* natus, nomine vero Jeraſa. Huic regi nulla deerat virtus: ſed ſemet erga Deum quidem pium, atque erga homines juſtum oſtendebat. Præterea rebus civitatis curam adhibuit: (quicquid enim inſtaurari deſiderabat & ornari, id ſummo ſtudio confecit & abſolvit) nam cum porticus templo conſtituiſſet & veſtibula, muros quoque collapſos reſtituit, quos turribus bene magnis captuque difficilibus communivit. & ſiquid aliud in regno ſuo neglectum fuerit, in id multum curæ impendebat. Quin & expeditione in Ammanitas ſuſcepta, iiſque pugna debellatis, imperavit illis tributum quotannis ipſi ſolvendum, centum *argenti* talenta, & tritici decem cororum millia, ac præterea hordei totidem. adeoque imperium *ſuum* auxit & *amplificavit*, ut & hoſtibus in contemptum non veniret, ſuiſque felix *admodum* videretur. *Jotham Judæ rex. 4 Regum, c. 15. & 2 Paralip. c. 27.*

3. Erat autem quidam eo tempore vates, cui nomen Nahumus; qui, de Aſſyriorum & Nini ſubverſione vaticinans, iſta loquutus eſt. "Erit "Ninive piſcina aquarum *ventis* agitata, ita & po-"pulus *ejus* omnis turbatus & fluctuans in fugam "ſe conjiciet, *cunctis* ad alterutros dicentibus, ſtate "& reſiſtite, aurumque & argentum diripite. ne-"mo autem erit, cui hoc perſuadebitur: (volent "enim *omnes* magis vitam ſuam ſervare quam fa-"cultates) nam grave illos occupabit diſſidium, "luctuſque illis erit & lamentatio, & membra la-"baſcent, & cunctorum facies præ pavore pallo-"rem contrahent. Ubi autem erit leonum luſtrum, "& leunculorum mater? Porro tibi, Ninive, di-"cit Deus, te funditus perdam, & non amplius "leones ex te egreſſi mundo imperitabunt." Porro & alia adhuc multa vates iſte de Ninive prædixit, quæ mihi ad referendum non neceſſaria eſſe exiſtimavi: ſed *de induſtria* prætermiſi, ne legentibus moleſtus eſſe viderer. Evenerunt autem omnia quæ *Nahumi vaticinium de Aſſyriorum excidio.*

[t] Φακέϊ τινὸς,] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. Φακέα *Hen.* & *Busb.* & Φακέαν in ſequentibus. Φακέϊς & Φακείαν in *Editis.* Φακεῖ LXXII.

[v] Ρομελίου.] *Al.* Ρωμιλίου.

[x] Κατασχὼν δὲ καὶ ἔτη] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* quomodo & infra Cap. ſeq. κατέσχε δὲ ἔτη, & mox ἀσεβὴς τε ἦν in *Editis Aliiſque.*

[y] Θεγλαφαλάσαρ] Θελθαφαλάσαρ *Samb. Big.* & *Gall.* 1. Θαγλαφαλάταρ *Gall.* 2. Θεγλαθαλατάρης *Vat.* ut & infra *Gall.* 2. HUDS. Teglat phalaſer *Ruſin. Hebr.* תגלת פילאסר LXX. Θαλγαθφελλάσαρ. SPANH.

[z] Γαλαδηνοῦ] Sic *Big.* (*Coccejus*) & *Samb.* Γαλαδινοῦ in *Editis Aliiſque.* HUDS. Supr. lib. 1. c. 19. §... Γαλαδηνὸν καλοῦσι τοῦτο γῆν· & lib. 5. c. 9. §..... πολὺ τῆς γαλαδινῆς & eodem cap. §. ult. τῆς Γαλαδινῆς δ' ἐστὶν αὕτη· SPANH.

[a] Πρὸς αὐτοῦ] Πρὸς αὐτῇ γοῦν Γαλιλαίαν *Vat.*

[b] Κυδίσων] Ita vel Κυδίσσαν in omnibus *MSS.* Κύδιδαν in *Editis.* in *Epiphanii* libris *Tarſan.* Forſan eadem eſt urbs quæ p. 274. v. ult. Κεδῆσα vel Καδῆτα. HUDS. *Hebr.* קדש COCC. Adde *Relandum* in Palæſt. p. 697.

[c] Ασωρα,] Pag. 291. §. 1. 292. §. 4. Ἀσωρᾶς. HUDS. Ασὼρ πιδὶ inf. lib. 13. c. 5. §. 7. Traza. At Azaran *Ruſin.* LXX. τοῦ Κεὶς καὶ τοῦ Ασὼρ. *Hebr.* קרש ואת חצור & ſupra lib. v. c. 6. §. 1. & 4. Ασὼρ πολέως. SPANH.

[d] Οζία] Ita *Hen.* & *Busb.* Οχοσία *Samb.* & *Baſ.* Οζίου in *reliquis.*

[e] Ἐβασίλευσε] Sic *MSS.* ἐβασίλευε in *Editis.*

[f] Ασῆς] Conf. ſupr. c. 10. §. 3. SPANH.

[g] Ιερώθης.] Ιερούτης *Vat.* Ιερουτὰ dicitur *Intt.* LXXII. HUDS. Itraſis *Ruſin. Hebr.* יהושׁרי. SPANH.

[h] Πρὸς ἀνθρώπους] Πρὸς τοὺς ἀνθρώπους *Vat.*

[i] Καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι καὶ τοῦ βασιλείου ἠμέλητο, πολλοῦ ἐπεμέλετο ἐποιεῖτο.] Omittit hæc *Gelenius. Ruſinus* autem: & in reliquis omnibus, quæ neglecta videbantur, opus fabricationis exhibuit. Επισκευαὶ nempe *Heſychio* ἀμελεῖαι, ἀμέλειαι; & apud Æſchyl. Eumenid. v. 551. δωμάτων ἐπισκευάς, unde lux etiam huic Joſephi loco. SPANH.

[k] Ημέλητο, πολλοῦ ἐπεμέλετο ἐποιεῖτο.] Ita *MSS.* ἠμελεῖτο in *Editis.*

[l] Αὐτῶν τῇ μάχῃ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* αὐτῶν σὺν τῇ μαχῇ ἐπέταξεν in *Editis.*

[m] Οὕτως τοῦ βασιλείαν,] Οὕτω *Baſ.*

[n] Τοῦτον τὸν καιρὸν] Vide *Uſſerium* ad *An. M.* 3246.

[o] Νινευὴ κολυμβήθρα] Ita *Epiphan.* & LXXII. *Nahum.* c. 2. v. 8. ut & ſupra edidimus c. 10. §. 2. & infra occurrit in libris pleriſque. Νινύαι *Baſ.* & *G.* Νινύα *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. HUDS. Vid. Nahum. 11. 5. confer ſup. c. 10. §. 2. SPANH.

[p] Στῆτε καὶ μείνατε, καὶ χρυσὸν αὐτοῖς &c.] Vid. Nahum. 2. v. 9. 10. 11. SPANH.

[q] Πάρεσις] Πάρεσις infra lib. xi. c. 6. §. 9. SPANH.

[r] Γενήσονται.] Γενεθύσονται *Vat.*

[s] Δέ σοι ὁ Θεὸς] Δὴ *Vat.*

[t] Προεφήτευσεν οὗτος] Sic *MSS.* ἃ πρ. in *Editis.*

[v] Νινευΐτης,] Νίνυ *Vat.* Νινύης *Gall.* 2.

[x] Ἅπερ λέγειν] Illud ἅπερ inſertum dedimus ex *MSS.* in quibus omnibus vel ἅπερ vel ἃ exſtat.

quæ de Ninive prædicta ſunt centum & quindecim poſt annos. Itaque de his quidem ſatis nobis dictum eſt.

παρέλιπον. σωέβη δε πάντα τὰ προειρημένα τῇ Νινευΐς, μ῍ ἔτη ἑκατὸν ϗ πεντεκαίδεκα. τοῖ μὲν οὖ τούτων ἀποχρώντως ἡμῖν δεδήλωται.

CAP. XII.

ΚΕΦ. ιϚ'.

XII. *Quomodo Jothamo vita defuncto pro eo regnavit Achazes, quem Araſes Damaſcenorum rex & Iſraëlitarum Phaceas bello adorti ſunt: atque ut Theglaphalaſſares Aſſyriorum rex, ab Achaze in ſocietatem belli adſcitus, Syriam vaſtavit; & Damaſcenos tranſtulit in Mediam, aliis gentibus in Damaſco collocatis.*

Ως Ιωθάμου τελευτήσαντος αὐτ' αὐτὸς ἐβασίλευσεν Αχάζης, ἐφ' ὃν ἐστράτευσεν Ραάσης Σύρων βασιλεὺς, ϗ Φακέας ὁ τ῀ Ισραηλιτῶν· ϗ ὡς Θεγλαφαλασσάρης Ασσυρίων βασιλεὺς, σύμμαχον Ραάζη γενόμενον, Συρίαν ἐπόρθησεν, ϗ τὺς Δαμασκηνοὺς ἀναστήσας εἰς Μηδίαν, ἕτερα ἔθνη κατῴκισεν ἐν Δαμασκῷ.

Jothamus Judææ rex. 4 Regum, c. 15. 2 Paral. c. 27.

Jothamus autem diem ſuum obiit, cum vixiſſet annos quadraginta & unum, & ſexdecim ex his regnaſſet; ſepultuſque eſt in regiis conditoriis. At in regnum ſucceſſit Achazes ejus filius: qui in Deum nequiſſimus, contra leges patrias faciendo, Iſraëlitarum reges imitatus eſt, ſuper altaribus, quæ Hieroſolymis erexerat, deaſtris ſacrificans, quibus etiam, more Chananæorum, filium ſuum in ſolidum ſacrificium immolavit. atque alia hiſce ſimilia perpetravit. Cæterum cum ita ſe haberet & inſaniret, illum Syrorum & Damaſcenorum rex Araſes & Iſraëlitarum Phaceas bello adorti ſunt; (nam amici erant *ſociique*) & cum ipſum in Hieroſolyma compuliſſent, diu *urbem* obſederunt, nihil proficientes quod muris cincta eſſet validiſſimis. Syrorum autem rex, capta urbe Ailath ad mare Rubrum ſita, incoliſque ejus occiſis, eò Syrorum coloniam deduxit. Cumque Judæos, tam qui in præſidiis erant, quam qui undique circumfuſi *reperirentur*, interfeciſſet, multumque prædæ Damaſcum abegiſſet, cum exercitu reverſus eſt. Hieroſolymorum autem rex, cum intellexiſſet Syros domum rediiſſe, ratus ſe Iſraëlitarum regi viribus haud imparem eſſe, copias contra eum eduxit; congreſſuſque *prælio* victus eſt, ira Dei in eum accenſa ob tot tantaque ejus impia facinora. Nam ea die, *qua acie dimicatum eſt*, centum & viginti millia Judæorum occiderunt Iſraëlitæ. quorum dux, nomine Zacharias, regis filium Amaſiam in ipſo conflictu interfecit, & totius regni procuratorem Ericam & Judæ tribus militiæ præfectum Elcam vivos in poteſtatem ſuam redegit: præterea ex tribu Benjamitide mulieres cum liberis *ſuis captivas* abduxerunt, &, cum multum *ab ea* prædæ diripuiſſent, *tum demum* Samariam ſe recipiebant.

Hieroſolyma obſident Araſes & Phaceas.

Ailath ad mare Rubrum diripit Syrorum rex.

Phaceas Judæis cladem infert. 2 Paral. c. 28.

Obedas vates Judæos captivos Samariam adduci prohibet. 2 Paral. c. 28.

2. Obedas autem quidam, qui in Samaria per

Ο Δ' Ιώθαμος μετήλλαξεν, ἔτη βιώσας [z] ἐν καὶ πεντηκοντα, βασιλεύσας δ῍ ἐξ αὐτῶν ἑκκαίδεκα. θάπτε῍ δ῍ [a] ἐν τ῀ βασιλικαῖς θήκαις. ἔρχε῍ δ῍ εἰς τ῀ υἱὸν αὐτὸ [b] Αχάζλω ἡ βασιλεία· ὃς ἀσεβέστα῍ος εἰς τ῀ Θεὸν γενόμενος, ϗ τὰς πατρίους ᾠδαβὰς νόμους, τὰς Ισραηλιτῶν βασιλέας ἐμιμήσατο, βωμοὺς ἐν Ιεροσολύμοις ἀναστήσας, ϗ θύων ἐπ' αὐτῶν τοῖς εἰδώλοις, οἷς ϗ [c] ἴδιον [d] ὁλοκαύτωσε παῖδα, [e] κ῍ τὰ Χαναναίων ἔθη. ϗ τέτοις ἄλλα ᾠδαγωλήσια διεπράσατο. ἔχον῍ δ῍ ὕτως ἐ μιμιώτου, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν ὁ τ῀ Σύρων ἐ Δαμασκηνῶν βασιλεὺς [f] Ραάσης, ϗ [g] Φακέας ὁ τ῀ Ισραηλιτῶν· φίλοι γὰ ἦσαν· ϗ σωελάσαν῍ες [h] αὐτὸν εἰς Ιεροσόλυμα, θλὶ πολὺ ἐπολιόρκησαν χρόνον διὰ τὴν τ῀ τειχῶν ὀχυρότητα μηδὲν ἀνύον῍ες. ὁ μὲ῍ τ῀ Σύρων βασιλεὺς, λαβὼν τὴν πρὸς τῇ Ερυθρᾷ θαλάσῃ πόλιν [i] Αἰλὰθ, ϗ τὺς ἐνοικοῦντας ἀπεκτείνας, [k] ἐγκατῴκισεν αὐτῇ Σύρους. τὺς δ῍ ἐ τῆς Φρουρούσης ὁμοίως ἐ τὺς πέριξ [l] Ιουδαίους διαφθείρας, ϗ λείαν πολλὴν [m] ἀπελάσας εἰς Δαμασκὸν, μ῍ τ῀ σρατιᾶς ἀνέζυξεν. ὁ δὲ τ῀ [n] Ιεροσολύμων βασιλεὺς, γνοὺς τὺς Σύρους ἐπ' οἴκου κεχωρηκότας, ϗ νομίσας [o] ἀξιόμαχον εἶναι τῷ τ῀ Ισραηλιτῶν βασιλεῖ, τὴν δύναμιν ἐπ' αὐτὸν ἐξήγαγε· ϗ συμβαλὼν ἐνικήθη κ῍ μεῖζον ἢ θεῖ, διὰ τὴς ἀσεβήματα αὐτὸ πολλοῖς ἅμα ἐ μεγάλοις εἴχε. δώδεκα γὰ αὐτὸ μυριάδες κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀπὸ τ῀ Ισραηλιτῶν ἀνῃρέθησαν. ὧν ὁ σρατηγὸς [p] Ζαχαρίας τ῀ υἱὸν ἀπέκτεινε ἐν τῇ συμβολῇ τ῀ βασιλέως Αχάζου, [q] Αμασίας ὄνομα, ϗ τ῀ ἐπίτροπον τ῀ βασιλείας ἀπάσης [r] Ερικὰν, ϗ τ῀ τ῀ Ιούδα φυλῆς σρατηγὸν [s] Ελκὰν αἰχμάλωτον ἔλαβε. ϗ ἐκ τ῀ Βενιαμίτιδ῍ος φυλῆς γυναῖκας ϗ παῖδας ἀπήγαγον, ϗ πολλὴν λείαν [t] διαρπάσαντες ἀνεχώρουν εἰς Σαμάρειαν.

β'. [v] Ωβηδὰς δέ τις, ὃς κατ' ἐκεῖνο καιρῷ προφήτης ὑπῆρ-

y Νινεύης,] Sic in libris omnibus præter *Vat.* qui Νινευὴ habet.

z Εν κ῍ τεσσαράκοντα,] Juxta *S. Literas* ἓν ϗ τεσσάκοντα.

a Εν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις.] Conf. ſupr. c. 10. §. 4. SPANH.

b Αχάζλω] Αχαζὸς paſſim *Vat.* Αχαζ LXXII.

c Ιδιον ὁλοκαύτωσι παῖδα, κ῍ τὰ Χαναναίων ἔθη.] Achazi filium proprium holocautoma obtulit, more Chananæorum LXX. τὸν ἰὸν αὐτὸ διῆλθε ἐν πυρὶ κ῍ τὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν 2 Reg. xvi. 3. SPANH.

d Ωλοκαύτωσε παῖδα, κ῍ τὰ Χαναναίων ἔθη.] In *aliquibus* ὁλοκαύτωτε.

e Κατὰ τὰ Χαναναίων ἔθη.] Hac de re vide *Seldenum* de *Diis Syris*, Synt. 1. c. 6. & *Spencerum* de *Legibus Hebræorum*, p. 317.

f Ραάσης,] Ita hic loci in *Editis* & omnibus *MSS.* præter *Samb.* & *Vat.* quorum in *uno* Αρασὶς, in *altero* Ραάσης. HUDS. Ραάσης *Hebr.* רצין LXX. Ραασὼν Syr. ב Raſan 2 Reg. xvi. 5. conf. infr. §. 3. SPANH.

g Φακέας] Sic in pleriſque *MSS.* (*Vet.* & *Coccejo*) Φακείας perperam in *Editis Aliiſque.*

h Αὐτὸν εἰς Ιερσόλυμα,] Eo modo *MSS.* & *Vet. Interpr.* αὐτοὶ in *Editis.*

i Αἰλὰθ,] Ita cum *Epiphanio* & LXXII, Ηλὰθ in *Editis.* Ηλάθους *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. Dicitur etiam Αἰλὰμ & Αἰλάν. Sita eſt autem in oſtio Rubri maris, ut dicit *Theodoret.* in 4 *Regum*, ΕΡΩΤ. μδ', Videſis *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 3. c. 14. p. 219. HUDS. Ηλὰθ Ailath. *Rufin.* אילת *Hebr.* SPANH.

k Εγκατῴκισεν αὐτῇ Σύρους.] Sic cum *Big.* & *Samb.* ἐγκατῴκησεν in *ceteris.*

l Ιουδαίους] Ιουδαίας *Big.* & *Gall.* 1.

m Απελάσας] Ελάσας *Vat.*

n Ιερσολύμων] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ιερσολυμιτῶν in *Editis.*

o Αξιόμαχον εἶναι] Αξιόμαχον ſolus *Vat.*

p Ζαχαρίας] Ζίχαεν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. HUDS. Edidit quidem Cl. *Hudſonus* (cujus verſionem hic interpolavimus) Ζαχαρίαν, verum apparet ex collatione *Paralip* 28: 7. ubi Ζιχεὶ hic heros, filiuſque Regis interfectus appellatur Μαασίας, permutanda hic eſſe eorundem nomina; quod & *indigitare* voluit *Coccejus*, adſcribens in exemplari meo, *Lege Zacharias*, Imo ipſum Joſephum non aliter ſcripſiſſe docet violenta alias conſtructio, qualem terſiſſimus ſcriptor haud adhibuiſſet. Neque quemquam offendat Αμασίας ὄνομα, quum id (ſi non pariter corruptum pro Αμασίαν) dictum ſit per interjectionem, quaſi ὄνομα αὐτῷ ἦν Αμασίας. HAV.

q Αμασίας ὄνομα,] Ita *Big. Vat. Gall.* 1. 2. *Vet. Interpr.* Αμίας *Baſ. G.* & *Samb.*

r Ερικὰν] Εζερικὰμ juxta LXXII. & *Editos Epiphanii.* pro Ερικὰμ faciunt *MSS.* tam *Lat.* quam *Gr.*

s Ελκαν αἰχμάλωτον] Sic *Baſ.* & *G.* forſan pro Ελκανὰν in *MSS. Gr.* & *Lat.* Ελκάν. Suſpicor locum eſſe perturbatum, legendumque; ὧν ὁ σρατηγὸς Αμασίας (vel Αμίας vel Μαασίας) τ῀ ἰὸν αὐ ἐν τῇ σ. τ. β. Αχάζου, Ζαχαρίου ὄνομα &c. nam in *S. Literis* (2 *Paralip.* c. 28. v. 7.) κ῍ ἀπέκτεινε Ζιχεὶ ὁ ἰσχυὸς Ε Εφραὶμ τ῀ Μαασίαν [Μασίαν *Alex.* Αμασίαν *Ald.*] τ῀ ἰὸν Ε βασιλέως &c.

t Διαρπάσαντες] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἁρπάσαντες in *reliquis.*

v Ωβηδὰς δέ τις,] Ita *Vat.* (& *Coccejus*) convenienter *S. Literis.*

Ωβή-

ὑπῆρχεν ἐν Σαμαρείᾳ, τῷ στρατῷ πρὸ τῶν τείχων ἀπαντήσας, μεγάλῃ βοῇ τὴν νίκην αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ οἰκείαν [x] ἰσχὺν ἐδήλου γενέσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ θεοῦ κότον, ὃν εἶχεν ἐπ' [y] Ἀχάζην τὸν βασιλέα. καὶ κατεμέμφετο, τῇ μὲν ἀνδραγαθίᾳ τῇ κατ' αὐτοὺς μὴ δεκεσθέντας, ἀλλὰ τολμήσαντας τοὺς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ Βενιαμίτιδος συγγενεῖς ὄντας αἰχμαλωτίσαι. συνεβάλλετό τε αὐτοῖς ἀπολύσαι τούτους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαθεῖς· ἀπειθήσαντας γὰρ τῷ θεῷ δίκην ὑφέξειν. ὁ [z] δὴ τῶν Ἰσραηλιτῶν λαὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνελθὼν, ἐπεσκέπτετο περὶ τούτων. ἀναστὰς δέ τις Βαραχίας ὀνόματι τῶν δοκιμωτάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτοῦ [a] τρεῖς, ἔλεγον "οὐκ ἀρέσκει τοῖς "πολίταις εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν, ἵνα μὴ πάν- "τες [b] ἀπολώμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ· μόνον γὰρ ἀπόχρη τὰ "πρὸς αὐτὸν ἡμᾶς ἐξαμαρτεῖν, ὡς οἱ προφῆται λέ- "γουσιν, ἀλλὰ μὴ καινότερα τούτων ἀσεβήματα δρᾶν." [c] ταῦτα δ' ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται, συνεχώρησαν ἐκείνοις ποιεῖν ὃ ἐδόκει συμφέρειν. περιβαλόντες οὖν οἱ προφρημένοι ἄνδρες τοὺς αἰχμαλώτους, [d] ἔλυσάν τε καὶ ἐπιμελείας ἠξίωσαν, καὶ δόντες ἐφόδια, εἰς τὴν οἰκείαν ἀπέλυσαν ἀβλαβεῖς. [e] ἄδειν ἦπον καὶ πίσαρες αὐτοῖς συνῆλθον, καὶ μέχρις Ἱεριχοῦντος [f] προπέμψαντες, οὐκ ἄπωθεν τῶν Ἱεροσολύμων, ἀνέστρεψαν [g] εἰς Σαμάρειαν.

ut menſam exſtruerent in longitudinem quidem duorum cubitorum & ſemis, atque in latitudinem unius, altitudine vero ſeſquicubitali, toto opere ex auro fabrefacto, loricam quidem *menſæ* quadrantilem confecerunt, cymatia autem tortilia, quibus inerat cœlatura reſtis æmula trinis partibus tornata mirabiliter. Illa vero cum eſſent triangularia, unuſquiſque angulus eandem formarum diſpoſitionem habebat: adeo ut ſitu mutato una eademque ſpecies ante oculos verſaretur. Loricæ quidem pars inferior menſam verſus pulchre conformata erat, exterior vero majori adhuc opificii elegantia ſplendeſcebat, ut quæ omnium in oculos incurreret & in conſpectum veniret. Unde fiebat ut ambarum partium projecturæ acutæ eminerent nulluſque angulus, cum tres fuerint ut ante diximus, dum menſa transfertur, *juſtu* minor videretur. Reſticulis autem tornatis ordine alterno inſertæ erant gemmæ fibulis aureis per foramina comprehenſæ. At circa latera loricæ, ad aſpectum eminentia, per obliquum erat ovorum facies, ex lapidibus pretioſis ornatûs gratia confecta, in circuitu per totam menſam intercurrente denſa virgularum ſculptura. Subter hanc ovalem ſpeciem circumducta erat corona, omne genus fructuum, prout eorum fert natura, repræſentans, adeo ut racemi pendere, ſpicæ ſurgere, malogranata occludi viderentur. Lapides etiam ſecundum genus unumquodque prædictorum fructuum, colorem eorum nativum referentes, elaborarunt, & auro vinctos menſæ circumdederunt. Sub hac corona rurſum alia ſeries ovorum priori ſimilis facta eſt, eademque virgularum ſculptura, ut in menſa ex utraque parte ſpectaretur eadem operum varietas & elegantia: ita ut nulla in lorica & cymarum ordine, ne menſa quidem in utramvis partem verſa, cerneretur diverſitas, ſed idem artificium ad imos uſque pedes pertenderet. nam cum lamina aurea, quatuor digitos lata, menſæ, quà patebat ejus latitudo, adjuncta eſſet, in eam pedes ejus inſeruerunt, deinde fibulis & clauſuris eos menſæ adſtrinxerunt juxta loricam; atque ita ut eandem novitatis artificii & magnificentiæ, quacunque menſa verteretur, ſpeciem exhiberent. Supra ipſam autem menſam ſculpſerunt mæandrum, qui lapides pretioſos, *tot* ſtellularum ad inſtar, varii coloris in medio haberet, carbunculum & ſmaragdum, ambos ſpectantium oculos grato fulgore irradiantes, alioſque diverſi generis, quotquot, ex naturæ ſuæ præſtantia, ſumma cupiditate ab omnibus expetuntur. Juxta mæandrum reſticulata quædam textura circumquaque diſcurrebat, relicta in medio ſpecie quæ rhombo admodum ſimilis, cui impreſſum erat cryſtallum, & electrum, quod, alterna formæ *ſuæ* vicinitate, miram intuentibus delectationem afferebat. Pedum autem capitella cauliculis lilia imitabantur, foliis ſub menſam reſupinis, ita ut ſtamina

[f] Ex χρυσοῦ τοῦ ὅλου κατασκευασθὲν ξὺν ἔργῳ ποικίλῳ,] Κατεσκευάσθαι δὲ χρυσοῦ τοῦ ὅλου κατεβόλλοντο ξὺν ἔργῳ π. Hen. (& L. B. qui tranſponit ξὺν ἔργῳ κατεβόλλοντο) & C.

[g] Στεφάνου παλαιστιαῖαν] Στεφάνου παλαιστῆ LXX. Exod. xxv. 24. SPANH.

[h] Κυμάτια] Κυμάτια LXX. Exod. xxv. v. 11. SPANH.

[i] Ἐγκεκλεισμένον ὡραίαν εἶχε τοῦ διατύπωσιν·] Eo modo Hen. (ut & L. B. niſi quod διατύπωσιν præferat.) & Epiphan. ἓν κεκλεισμένον, ὡραίαν ἔχον τοῦ διατύπωσιν in Editis. ἐγκεκλιμένον ὡραίαν ἔχε τοῦ διατύπωσιν NC.

[k] Διὸ καὶ τοῦ μὴ ὑπεροχὴν] Διὸ τοῦ ὑπεροχὴν ἐξεῖναι εἶναι τῶν δύο κλιμάτων σωέβαινε. Ariſt.

[l] Τὰ δὲ ἐκ πλαγίου τοῦ στεφάνης καὶ κατ' ὄψιν ἀναπίνοντα ὠῶν] Partes, quæ per latera coronæ cernebantur in ſpeciem ovorum. Ruſin. SPANH.

[m] Κατ' ὄψιν] L. B. πρὸς ὄψιν.

[n] Καταskευάσμασι,] L. B. καταskεύασμα.

[o] Ῥοὰς ἀποκεκλεῖσθαι.] Sic MSS. ῥοᾶς in Editis, forſan pro ῥοιάς.

[p] Ἑκάστῳ τοῦ οἰκείαν τετυπῶσθαι] L. B. ἑκάστου τ. ο. ἐντετυπῶσθαι.

[q] Καὶ ἡ τῆς ῥαβδώσεως ἀναγλυφὴ,] Ita diſtinxi: cum antea eſſet, καὶ ἡ τῆς ῥαβδώσεως ἀναγλυφὴ τῆς τραπέζης, ὡς ἑκατέρου μέρους &c. Rectius forſan, ὡς ἐπ' ἀμφότερα μέρους τοῦ τραπέζου ἔχειν &c.

[r] Κυμάτων] L. B. ἄλλων κυμάτων.

[s] Μηδὲ] Idem L. B. μή.

[t] Ἔλασμα γὰρ χρυσοῦ] Inf. mox ἔλατμα τῶν ποδῶν· Confer & lib. VIII. Antt. c. 3. §. 3. SPANH.

[v] Ἀνέθεσαν,] L. B. ἐνέθεσαν.

[x] Ἵνα τοῦ θέαν τῆς καινουργίας καὶ πολυτελείας, ἐφ' ᾧ τις] Sic MSS. διὰ τὴν θέαν τῆς κ. κ. πολυτελείας, ἵν' ἐφ' ᾧ in Editis.

[y] Στήσῃ τοῦ τραπέζου μέρει,] Στέσῃ in aliquot MSS.

[z] Μαίανδρον ἐξέγλυψαν,] Μαίανδρος· Heſych. μαίανδρος κόσμος τῆς ἐφφικίας· Ruſin. Mæandrum fluvium ſculpſerunt. Ita Gallic. Interp. Iterum infr. hic §. 9. μαίανδρος, πηχυαῖος. SPANH.

[a] Μαίανδρον] In margine mſ. Lugd. Bat. Μαίανδρον τὸ σχολιὸν φησὶ κατασκεύασμα. εἰρηκὼς δὲ τὸ μαίανδρου πολλαχοῦ σχολιότητος. τοσοῦτον ἰλαρὸν πορείαν ποιεῖ σχολιὸν ὡς ἐκ τούτου πᾶν τὸ ἐν γλυφαῖς καὶ λοιποῖς κατασκευάσμασι σχολιὸν μαίανδρον ἐπονομαζόμενον· καθάπερ φησὶ τραγῳδῶν ἐν λόγῳ διδασκάτου. HAV.

[b] Περιεῖχε,] Περιέκειτο NC.

[c] Τῇ θεᾳ ἀλλήλῳ] Ita MSS. τῇ γὰρ θεᾳ ἀλλήλῳ in Editis.

d Αὐ-

mina crocea intus incluſa erecta oſtenderent. Baſis autem pedibus facta erat è carbunculo, palmum lata, crepidinis ſpeciem efficiens, octo vero digitorum latitudinem habens, qua tota pedum lamina ei innitebatur. ſinguli etiam pedes ornati erant toreumate tenuiſſimo & operoſiſſimo, conſtante ex hedera & palmitibus & racemis, *idque ea arte*, ut nihil à veris diſcrepare putarentur. nam cum vento, propter ſubtilitatem & ſummitatis ſuæ extenſionem, facile moverentur, naturæ potius quam artis ſpeciem præ ſe ferebant. Verum etiam opus ita deſignarunt, ut totius menſæ figuram veluti triplicatam effecerint; tam apta partium compage, ut neque cerni neque animadverti poſſet qua junctura coirent. Fiebat autem ut craſſitudo menſæ *totius* non minor eſſet dimidio cubitûs. Atque hoc quidem donarium ex Regis munificentia ita ſe habebat, & ingenti materiæ pretio, & decoris varietate, & imitatione *naturæ* arte toreutice expreſſa: illo auctore & agente, ut ſi non magnitudine hæc menſam Deo prius appoſitam ſuperatura eſſet, certe arte ipſa, & opificii novitate, & ornamentorum ſplendore longe præſtantior & aſpectu pulchrior redderetur.

Crateres. 9. Crateres autem duo quidem aurei erant, ſquamas habentes torno exſculptas ab imo uſque ad præcincturam, variis lapidibus ſpiris inſertis. Hanc ſculpturam excipiebat mæander cubitali altitudine, ex lapidibus variarum formarum artificioſe admodum compoſitus. Secundum hunc erat virgata ſculptura: ac deinde uſque ad labrum rhomborum ad ſimilitudinem retis plicatura. Scuta vero in medio, ex lapidibus magnitudine quatuor digitorum, fecerunt ut nihil ad ſummum decus & ſplendorem deeſſet. Crateris autem labia cincta erant liliorum foliis, & anthemidibus, & vitium capreolis in orbem circumductis. Et aureos quidem crateras, duas utroſque amphoras capientes, ad hunc modum fabricarunt. Argentei vero quævis ſpecula ſplendore vincebant, ut quis ad eos accedens multo expreſſius in iis corporis ſui faciem contemplaretur. Inſuper & Rex phialas triginta conficiendas curavit, quæ eatenus quà aureæ erant & lapidibus pretioſis non occupatæ, hederæ frondibus & pampinis ſculptilibus ſolerter adumbratæ fuerunt. Atque hoc quidem opificium acceptum ferebatur non ſolum operariorum ingeniis, qui mirandum in modum arte ſua excellebant, ſed & multo magis Regis ſtudio & munificentiæ, quæ in cauſa erant ut ſummam perfectionem acciperent. Etenim non ſolum ſumptus ad artifices large & magnifice ſuppeditabat, verum etiam, omiſſa publicorum negotiorum adminiſtratione, ipſe operi faciundo præſens aderat, totumque opus inſpiciebat. Quo fiebat ut artifices acrem diligentiam adhiberent; qui, ad Regem ejuſque hac in re ſtudium ſpectantes, ſtrenue magis & naviter operibus incubuerunt.

Phialæ.

d Αὐτοῖς ἦν] Eo modo *Hen.* & *C.* αὐτῆς in *reliquis*.

e Καθ' ὃ] Ἐφ' ὃ ἐν ἐπίκει?) τὸ παρέλασμα ℥ ποδός. *Ariſt.* apud quem forſan πᾶν ἔλασμα ſcribendum.

f Ελασμα τ̃ ποδῶν] Vid. mox ſup. SPANH.

g Φιλοπόνῳ τῇ] *L. B.* φιλοπονωτάτῃ.

h Βότρυσιν] *L. B.* καὶ βότρυσιν.

i Ακρον αὐτῶν] Sic *Hen.* (*L. B.*) & *NC.* ἐπάνω αὐτῶν in *Editis Aliiſque*.

k Τέχνης] Ita *MSS.* τέχνῃ μιμητῶν in *Editis*.

l Σχῆμα τ̃ ὅλης κατασκδάσεως τραπέζης.] Apud *Ariſteam*, ἐποίησαν ἢ τελμηρὸς τὸ σῶμα [ἴσ. σχῆμα] τ̃ τραπέζης οἱονεὶ τρίπτυχον.

m Τῶν ἢ κρατήρων χρύσεοι μ̀ ἦσαν δύο· Φολιδωτὴν] Crateres Φωλιδωτοί· *Ruſin.* ſculpturam viperam &c. *Gall. Interpr.* Sailles en ecailles. SPANH.

n Φολιδωτὴν] Ita ex *MSS.* & *Ariſtea.* Φωλιδωτὴν perperam in *Editis*.

o Μίχει ℥ ἀμφιζώσματος τὴν τορείαν,] Μίχει ℥ μέσου *Ariſt.* HUDS. Athenæ lib. v. p. 205. C. τὸ ἢ ἐπισύλιον ὁκ χρυσῆ τὸ ὅλον, ἐφ' ᾧ ἀμφιζωσμα ἐφήρμοσε, *Dalechamp.* cui diazoma adaptatum, in Not. ad verbum *præcinctio*. Vitruvius lib. v. c. VII. p. 90. gradus, diazomata, pluteos ubi *Philander* Præcinctiones, & veluti tranſverſa cingula, i. e. interjectas gradibus areolas. SPANH.

p Λίθων ταῖς ποικίλαις ἐνδεδεμένων.] Cum λίθων τε ποικίλων ἐνδεδεμένων habeat *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) & λίθων ταῖς ποικίλαις ἐνδεδεμένων *Baſ. G. Aliique*; placuit edere λίθων ταῖς ποικίλων ἐνδεδεμένων. Juxta *Ariſteam*, τὸν τ̃ λίθων ἀνὰ μέσον τ̃ φολίδων στιχίδιον πολυτίχους ἔχοντες &c.

q Ἐπ' αὐτῇ] Iterum cum *Cod. Hen.* ὑπ' αὐτῇ *NC.* ἐπ' αὐτῆς in *ceteris*. εἶτα μαίανδρῳ ἐπίκειτ̃ *Ariſt.*

r Μαίανδρῳ, πτυχαῖῳ] Conf. præced. §. 8. SPANH.

s Ασπίδια τετραδακτύλων] Ασπιδίσκοι *Ariſt.* ἀσπίδι *Hen.* perperam.

t Ανεπλήρου] Ita *MSS.* ἀνεπλήρουν in *Editis*.

v Περιεσέφερε] Iterum ex *MSS.* ἐξεισέφερε male in *Editis*.

x Τὰς μ̀ ὧν χρυσᾶς κρατῆρας,] Ita *MSS.* τούτους in *Editis*.

y Χωρουῦπας] Sic *MSS. Ariſteas* & *Vet. Interpr.* φορεῖτας in *Editis*.

z Αμφορέας,] Μετρητὰς *Ariſtea*.

a Περιφερομένων] Προσχεόντων *Ariſt.* ἀναφερομένων *Lugd. Bat.*

b Περι-

σις [d] αὐτοῖς ὢν ἐξ ἄνθρακος λίθου παλαιστιαία πεποιημένη, χεῖμα κρηπῖδος ἀποτελοῦσα, τὸ ἢ πλάτος ὀκτὼ δακτύλων ἔχουσα, [e] καθ' ὃ τὸ πᾶν [f] ἔλασμα τ̃ ποδῶν ἐρήρειστο. ἀνέγλυψαν ἢ λεπτομερεῖ καὶ [g] φιλοπόνῳ τῇ τορείᾳ τῶν ποδῶν ἕκαστον, κισσὸν αὐτοῖς καὶ κλήματα ἀμπέλων σὺν [h] βότρυσιν ἐκφύσαντες, ὡς εἰκάσαι μηδὲν ἀποδεῖν τ̃ ἀληθείας. καὶ γὰ πρὸς τὸ πνεῦμα, διὰ λεπτότητα καὶ τὸν ἐπ' [i] ἄκρον αὐτῶν ἑκτασιν, κινούμενα, φαντασίαν τ̃ χ̃ φύσιν μᾶλλον ἢ [k] τέχνης μιμημάτων παρεῖχεν. σκαιούργησαν ἢ ὡς τελίπτυχον οἱονεὶ τὸ [l] χεῖμα τ̃ ὅλης κατασκδάσεως τραπέζης, τ̃ ἁρμονίας πρὸς ἄλληλα τ̃ μερῶν ὕτως συνδεδεμένης ὡς ἀόρατον εἶναι, καὶ μηδ' ὑπονοεῖσθαι τὰς συμβολάς. ἥμισυ ἢ πήχεως οὐκ ἔλαττον τῇ τραπέζῃ τὸ πάχος συνέβαινεν εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἀνάθημα τοιοῦτον κατὰ πολλὰ μ̀ βασιλέως φιλοτιμίαν τοιοῦτον, τῇ τε πολυτελείᾳ τ̃ ὕλης, καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῆς καλλονῆς, καὶ τῇ μιμήσει τῇ χ̃ τῶν τορείαν τ̃ τεχνιτῶν συνετελέσθη· ἀγαθὸς ἢ καὶ τῇ μὴ τῷ μεγέθει τῆς προσαναθέσεως τῷ Θεῷ τραπέζης ἐμέλλεν ἔσεσθαι διάφορος, τῇ μέντοιγε τέχνῃ, καὶ τῇ καινουργίᾳ, καὶ τῇ λαμπρότητι τῆς κατασκδῆς πολὺ κρείττονα καὶ περίβλεπτον ἀπεργάσασθαι.

θ. [m] Τῶν ἢ κρατήρων χρύσεοι μὲν ἦσαν δύο· [n] Φολιδωτῶν ἢ εἶχον ἀπὸ τῆς βάσεως [o] μέχρι ℥ διαζώσματος τῶν τορείαν, [p] λίθων τῶν ἀτείρους ποικίλων ἐνδεδεμένων. εἶτα [q] ἐπ' αὐτῇ [r] μαίανδρος, πτυχαῖος τὸ ὕψος, ἐξειργασμένος κατὰ συνθέσιν λίθων παντοίων τῶν ἰδέαν. κατ' αὐτὸ ἢ ῥάβδωσις ἀνεγέγλυπτο· καθ' ἧς πλέγμα ῥομβωτὸν δικτύοις ἐμφερὲς ἕως ℥ χείλους ἀνείλκυστο. τὰ ἢ μέσα λίθων [s] ἀσπίδια τετραδακτύλων [t] ἀνεπλήρου τὸ κάλλος. [v] περιεσέφερε ἢ τὰ χείλη ℥ κρατῆρος κρίνων σμίλαξι καὶ ἀνθεμίσι καὶ βοτρύων χοινίσαις εἰς κύκλον περιηγμέναις. [x] τὰς μὲν οὖν χρυσᾶς κρατῆρας, δύο [y] χωρουῦπας ἑκάτερον [z] ἀμφορέας, τοῦτον κατεσκεύασαν τὸν τρόπον. οἱ σὺν ἀργύρου τῶν ἑσπερῶν τῷ λαμπρότητι πολὺ διαφυγέστεροι γεγόνασιν, ὡς τραχυτέρας διὰ τούτων τὰς τῶν [a] προσφερομένων ὄψεις ὁρᾶσθαι. προσκατεσκεύασε ἢ τούτοις ὁ βασιλεὺς καὶ φιάλας τριάκοντα, ὧν ὅσαι χρυσοῦς ἦν, ἀλλὰ μὴ λίθῳ πολυτελεῖ διείληπτο, σμίλαξι κισσῷ καὶ πετάλοις ἀμπέλων ἐσκίαζο φιλοτέχνως ἐπιτεθραμμένων. ταῦτα σὺν ἐγένετο μὲν καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν ἐργαζομένων, θαυμασίων ὄντων περὶ τὴν τέχνην, πολὺ ἢ μᾶλλον ἐκ τ̃ ℥ βασιλέως ταχυδῆς καὶ φιλοτιμίας διαφερόντως ἀπηρτίζετο. ὁ γὰ τῆς χορηγίας τὸ ἄφθονον καὶ μεγαλόψυχον τοῖς τεχνίταις παρεῖχε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρηματίζειν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ἀπερισκέπτως, αὐτὸς τοῖς κατασκευάζουσι παρῆν, καὶ τὴν ὅλην ἐργασίαν ἐπέβλεπεν. αἴτιον σὺν ἦν τοῦτο τῆς τῶν τεχνιτῶν ὑπομελείας, οἱ, πρὸς τ̃ βασιλέα καὶ τὴν τούτου ταχυδῆ ἀποβλέποντες, φιλοπονώτερον τοῖς ἔργοις προσελιπάρουν. ι. Ταῦ-

ι'. Ταῦτα μὲν τὰ πεμφθέντα εἰς Ιεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ελεάζαρος ἀναθεὶς αὐτὰ, καὶ τιμήσας τὰς κομισαμένας, καὶ δῶρα δοὺς τῷ βασιλεῖ κομίζειν, ἀπέλυσε πρὸς τὸν βασιλέα. προσημαινομένων δὲ εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, ἀκούσας Πτολεμαῖος τὴν παρουσίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἑβδομήκοντα τῶν πρεσβυτέρων ἐληλυθότας, αὐτὸς μεταπέμπεται τὸν Ανδρέαν καὶ τὸν Αρισταῖον τοὺς πρέσβεις. οἱ δὲ ἀφικόμενοι, τάς τε ἐπιστολὰς, ἃς ἐκόμιζον αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, ἀπέδοσαν, καὶ ὅσα φράζειν ἀπὸ λόγων ἐπύθετο, ταῦτα ἐδήλωσαν. απευδόντων δὲ ἐντυχεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν Ιεροσολύμων ἥκουσι [b] πρεσβυτέροις [c] διὰ τὴν ἑρμηνείαν τῶν νόμων, τοὺς μὲν ἄλλους, ὡς χρειῶν ἕνεκα παρεῖναι πυνθάνεται, ἐκέλευσεν ἀπολύσαι, παράδοξον τοῦτο ποιῶν καὶ παρὰ τὸ ἔθος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοιούτων αἰτιῶν ἀχθέντες, μετὰ πέμπτης ἡμέρας αὐτῷ παρέσχεσαν· οἱ δὲ πρεσβεύοντες, μετὰ μῆνας. τότε τοίνυν ἀπολύσας ἐκείνους, τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ Ελεαζάρου παρεῖμενεν. ὡς δὲ παρῆλθον μὲν τῶν δώρων οἱ φέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ [d] τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους [e] χρυσοῖς γράμμασιν, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων. ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν [f] ἐνειλημάτων [g] ἐπέδειξαν αὐτῷ, θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τὴν ἰσχνότητα τῶν ὑμένων, καὶ τὸ συμβολὴν τὸ ἀνεπίγνωστον, ἅτε γὰρ ἥρμοσε, καὶ τὸν ποιήσαντα χρόνῳ πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων τῷ Θεῷ, ὃ τοὺς νόμους εἶναι συνέθηκεν. ἐκθουσιάσαντος δ' [h] ὑφ' ἑνὸς καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν συμπαρόντων γήθεσι τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, δι' ὑπερβολὴν ἡδονῆς εἰς δάκρυα πρέψαντος. φύσει τὸ μεγάλης χαρᾶς παρόντος καὶ τὸ τῶν λυπηρῶν σύμβολα. [i] κελεύσας δὲ τὰ βιβλία δοῦναι τοῖς ἀπὸ τὴν πάλεως, τότε τοὺς ἄνδρας ἠσπάσατο· δίκαιον εἰπὼν εἶναι πρῶτον περὶ ὧν αὐτοὺς μετεπέμψατο ποιησάμενον τοὺς λόγους, ἔπειτα κἀκείνους προσφωνεῖν. τὴν μέντοιγε ἡμέραν, καθ' ἣν ἦλθον πρὸς αὐτὸν, ἐπιφανῆ ποιήσειν, καὶ κατ' ἔτος ἐπίσημον εἰς ὅλον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπηγγείλατο. ἔτυχε γὰρ ἡ αὐτὴ εἶναι τῆς παρουσίας [k] αὐτῶν, καὶ [l] τῆς νίκης, ἣν [m] Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε. συνεσταθῆναί τε αὐτῷ αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ καταλύσεις αὐτοῖς προσέταξε δοθῆναι ταῖς καλλίσταις [n] πρὸς τῇ ἄκρᾳ.

ια'. Ο δὲ ἐπὶ τῆς ξένων ἀποδοχῆς τεταγμένος [o] Νικάνωρ, Δωρόθεον καλέσας, ὃς εἶχε τὴν περὶ τούτων πρόνοιαν, ἐκέλευσεν ἑτοιμάζειν ἑκάστῳ τὰ δέοντα πρὸς τὴν δίαιταν. διετέτακτο δὲ [p] τοῦτον ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸν τρόπον. κατὰ γὰρ πόλιν ἑκάστην, [q] ὅσην δὲ τοῖς αὐτοῖς χρῶνται] περὶ τὴν δίαιταν, ἐπιμελόμενος, καὶ τὰ τῶν ἀφικνουμένων πρὸς αὐτὸν ἔθος, πάντ' αὐτοῖς παρεσκεύαζεν, ἵνα τῷ συνήθει τρόπῳ τῆς δίαιτης διωκόμενοι μᾶλλον ἥδωνται, καὶ πρὸς μηδὲν ὡς ἀλλοτρίως ἔχον δυσχερὲς πάσχωσιν. ὁ δὴ περὶ τούτους ἐγίνετο, Δωροθέου τοῦ περὶ τὸν βίον ἀκριβείαν ἐπὶ τούτοις καθεστῶτος. [r] συνέπρασσε δὲ πάντα

10. Ista quidem donaria à Ptolemæo Hierosolyma *ad templum* missa *erant*. Atque pontifex Eleazarus, cum ea *in templo* collocasset, eosque honorasset qui ea attulerant, atque dona Regi ferenda *illis* dedisset, ad Regem *eos* remisit. At postquam *ii* Alexandriam pervenerunt, Ptolemæus, intellecto eorum adventu, & septuaginta senatorum *simul* venisse, protinus legatos Andream & Aristæum curat accersendos. Qui, ubi ad eum accesserunt, literas ei, quas à pontifice afferebant, tradiderunt; & omnia, quibus eos verbis interrogavit, declararunt. Ille vero cupiens senatores alloqui, Hierosolymis ob legum interpretationem venientes, reliquos, qui ob negotia forte aderant, dimitti jussit: id quod inusitate & contra ejus consuetudinem factum est. Qui enim ob hujusmodi causam adducebantur, quinto demum die eum conveniebant; legati vero post unum mensem. Tunc igitur, dimissis aliis, missos ab Eleazaro exspectavit. Atque ubi seniores illi advenerunt, dona secum sibi à pontifice ad Regem tradita, & membranas, in quibus scriptas aureis literis leges habebant, ferentes, interrogavit eos de iis libris. Cumque *eos* detractis tegumentis ei ostendissent, Rex, membranarum tenuitatem diutius admiratus, & indiscretas earum commissuras, ita enim *libri* apti erant & connexi, gratias se illis habere dicebat, qui venissent, & majores ei qui misisset, longe vero maximas Deo, cujus leges ut essent contigit. Cumque seniores, & qui una aderant, Regi uno clamore fausta omnia comprecati essent, pro nimio gaudio lachrymas emisit. ita *enim* à natura comparatum est, ut idem summæ lætitiæ, quod doloris, signum esset. Dein cum jussisset libros iis tradi, quorum id munus erat, tunc homines complexus est, dixitque æquum esse ut prius iis de rebus verba faceret, propter quas eos accersivisset, ac deinde illos compellaret. Imo & diem quidem eorum adventus promisit sese insignem facturum, eundemque singulis annis, quamdiu ipse viveret, solenniter celebraturum. Nam fors ita tulit, ut idem dies esset eorum adventus, & victoriæ quam ipse de Antigono prælio navali reportarat. Igitur eos sibi convivas esse jussit, eisque sub ipsa arce dari pulcherrima hospitia.

Congressus regis Ptolemæi & Seniorum LXXII.

11. Nicanor autem, qui excipiendis hospitibus præerat, vocato Dorotheo, qui earum rerum procurationem habebat, jussit ut cuique pararet quæ ad victum pertinerent. erat autem ea res à Rege in hunc modum constituta. Nam in unaquaque urbium, quæ non eadem victûs ratione utebantur, erat qui hæc administraret, & hospitibus omnia ad ipsorum morem curanda pararet, ut consueta victûs ratione epulantes magis delectarentur, nec ulla re tanquam aliena offenderentur. Quod quidem tum illis quoque *senioribus* factum est, Dorotheo, quod accurate nosset omnia ad victum perti-

Nicanoris jussu Dorotheus parat omnia LXXII. *senioribus necessaria.*

b Πρεσβυτέροις] *L. B.* πρεσβύτας.

c Επὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν νόμων,] Conf. supr. §. 1. SPANH.

d Τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν,] Confer supr. §. 1. SPANH.

e Χρυσοῖς γράμμασιν,] *Talmudici* in *Sopherim* librum Legis profanari dicunt, si aureis literis scribatur. Vide *Vogelsangii* Exercitationes Theologicas, p. 176. HUDS. At non licere aureis literis Legem scribere in Talmude Judæi ajunt. Id est, codices, qui in Synagogis aut templo servantur, non licet scribere aureis literis. Sed in usum privatum licet: tales in nostra patria inveniuntur. REL.

f Ενειλημάτων] Libri legis involuti ἐνειλήμασιν. hæc *pallia* dicuntur Tertulliano. REL.

g Επέδειξαν αὐτῷ,] Ita *MSS.* Επέδειξαν *Gen.*

h Υφ' ἑνὸς καὶ τῶν] Ita *MSS.* ὑφὲν in *Edit. Basil.* HUDS. καὶ ex *L. B.* est additum. HAV. ὑφ' ἓν, uno ore. SPANH.

i Κελεύσας δὲ τὰ βιβλία δοῦναι] Κελεύσας δὲ εἰς τάξιν ἀποδοῦναι τὰ τεύχη, τελευταῖον ἀσπασάμενος τοὺς ἄνδρας, εἶπεν, εἰκαίως ἂν, οὐ χάριν ὑμᾶς μεταπεμψάμενος, ἀναίτιος αὐτῶν ἐνδιατρίβειν ἀποδοῦναι, μὴ ταῦτα τὰ δεξιὰ ὑμῖν προτεῖναι *Arist.*

k Αὐτῶν,] Ita legisse visus est *Epiphan.* αὐτῆς in *Editis*, αὐτοῖς *Hen.* & *NC.*

l Τῆς νίκης, ἣν Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε.] De classe Antigoni ab Ægypto fugata & instituto inde epulo à Ptolemæo, non Philadelpho quidem, sed patre ejus Lagi, vidend. Diodor. lib. xx. p 806. SPANH.

m Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε.] Hac de re vide *Vogelsangium* in *Exercit. Theolog.* p. 177. & *H. Hodium* de *Bibl. Text. Orig.* p. 56.

n Πρὸς τῇ ἄκρᾳ.] Πλησίον τῆς ἄκρας *Arist.*

o Νικάνωρ,] Hic Nicanor ἀρχιατρὸς dicitur *Aristea.*

p Τοῦτον ὑπὸ βασιλέως τὸν τρόπον.] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* τούτων in *Editis.*

q Οσην δὲ τοῖς αὐτοῖς] Οσην τοῖς αὐτοῖς *Hen.* ἓν γὰρ ἕτερα ἀφιεταγμένου ἀφ' ἑ βασιλέως. ὅσαι γὰρ πόλεις εἰσὶν, αἷς συγχρῶν] πρὸς τὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ καὶ σφαγὰς, τοιαῦτοι καὶ προσῆκτες ἦσαν *Arist.*

r Συνέπρασσε] L. B. συνεβάρυνε. Vetus, *præparaverat.* Forte συνεπόρισε. COCC.

tinentia, his rebus præfecto. Isque per seipsum omnia ad illos accipiendos paravit, geminamque accubationem fecit, idque Regis jussu. Imperavit enim Rex dimidiam eorum partem juxta se collocari, alteram vero partem in altera mensa post suam, nihil omittens quod illis honori esset. Postquam ita discubuerunt, mandat Dorotheo, ut quo ritu uterentur omnes, qui ad eum ex Judæa veniissent, eodem iis ministraret. Itaque sacros præcones, & sacrificos, & alios quibus preces perage-re mos erat, ipsi visum est repudiare: & hospitum unum, nomine Eliasæum, sacerdotem, rogavit ut precationem adhiberet. Atque is, stans in medio, Regi ejusque subditis fausta precatus est. Deinde omnes cum lætitia applauserunt & acclamarunt: & eo facto ad epulas paratas se converterunt. Et Rex, cum moram, quantam satis esse judicabat, interposuisset, philosophari cœpit, & singulis eorum quæstionem aliquam naturalem proponebat, * etiam ad res quæsitas contemplandas. Cumque accurate de quavis re, quæ eis proponeretur, disserent, *Rex* iis delectatus per duodecim dies hujusmodi convivium fecit. id quod cuiquam, qui quæstiones in convivio agitatas singillatim scire desiderat, licet cognoscere ex Aristæi libello, quem hac de re conscripsit.

Epulis à Rege excipiuntur.

Quæstiones in convivio agitatæ.

12. Cum autem eos non solum *Rex* demiratus esset, sed & Menedemus philosophus ultro fateretur, providentiam omnia gubernare & moderari, indeque plane eos ratiocinandi vim & pulchritudinem esse † indeptos, finis statim id genus disquisitionibus imponitur. Tum vero Rex dicebat sese jam maxima bona percepisse ex eorum adventu, (quippe qui ei profuerint quod ab eis didicisset regis officium) jussitque singulis tria talenta dari, & *viros deputari* qui eos in hospitium deducerent. Deinde tribus peractis diebus, Demetrius iis assumptis heptastadium transgressus, aggerem in mari ad insulam pertinentem, & transito ponte, cum boream versus progressus esset, congregavit eos in domum prope littus exstructam, ad contemplationem rerum ob solitudinem idoneam: & eis illuc perductis, rogabat, ut postquam omnia, quibus ad legis interpretationem opus esset, ad arbitrium suum haberent, negotium expedirent. Illi vero, summo studio & labore ad legem accurate interpretandam aggressi, in ea ad horam diei nonam elaborabant: deinde corpori curando se dabant, iis quæ ad victum pertinerent large suppetentibus; ac præterea Dorotheo multa ex iis quæ Regi parata erant ipsius *Regis* jussu illis afferente. Atque etiam *quotidie* bene mane ad regiam venientes, & Ptolemæum salutantes, eundem locum repetebant: & manus in mari lavantes, seque lustrantes, ita demum ad legum interpretationem

Menedemus Philosophus.

Demetrius ducit LXXII. seniores in locum idoneum ad legem interpretandam.

---

s Καὶ ταῦτα ὑπηρετεῖν.] Καὶ ταῦτα καὶ τούτοις ὑπ. *Busb.*

t Διὸ τὰς ἱερογλύφους,] Διὸ καὶ τὰς *Hen.*

v Παρητήσαθ'.] Ita cum *MSS.* ἀθροίσαθ' in *Editis.*

x Ἐλιασαῖον ὄνομα,] Eleazarum appellat *Aristeas.*

y Φυσικὰς,] Ex *Aristea* constat ζητήματα ista πολιτικὰ potius quam *Physica* exstitisse. *Philo* (lib. 11. de *Vita Mosis*) λόγους vocat ἀστείους καὶ σπουδαίους.

* *Etiam ad res quæsitas contemplandas.*] Et ad contemplationem quæstionis accendebat, *Epiphan.* Et ad propositum pertinentem, *Castal.*

z Ἡδόμενον τοιούτοις] Ἡδομένοις τούτοις ἐν ἡμ. *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἡδόμενοι μάλιστ' ἐν ἡμ. *NC.* & dein in utroque τὸ συμπόσιον.

a Δώδεκα συμπόσιον] Ἡμέρας ἐπτὰ juxta *Aristeam.*

b Συμπόσιον ἐποιήσατο.] *L. B.* τὸ συμπόσιον.

c Τὴ Ἀριστέου βιβλίον,] De Aristæo, adv. Apion. lib. 2. §. 4. SPANH.

d Μενεδήμου τοῦ φιλοσόφου] De eo videsis *H. Hodium* contra *Aristeam*, c. VIII.

e Περιοίκους διοικεῖσθαι] Quod vero *Menedemus* dixit περιοίκους διοικεῖσθαι πάντα accepit à suo magistro *Platone*, qui primus philosophorum hanc vocem usurpavit, teste *Diogene Laërtio.*

f Καὶ διὰ τοῦτ'] Cum *Aristeas* habeat ἀκολουθεῖ πᾶσαν δυνατείαν καὶ λόγου καλοκἀγαθίαν διὰ Θεὸν κατέρχεσθαι, *Petitus* suspicatur olim apud *Josephum* scriptum fuisse, καὶ διὰ Θεοῦ τ' εἶναι καὶ τοῦ λόγου δύναμιν καὶ καλοκἀγαθίαν, *etiam per Deum, ut verisimile est, & per bonam mentem, imperium & decus contingere.*

† *Indeptos.*] *A Deo & περιοίκους*, ut dicit *J. A. Fabricius*, qui locum ita interpretatur, *ideoque consentaneum esse jerunt etiam robur & pulchritudinem inde obtineri.*

g Ἑπτασταδίου.] Vide *Valesiam* ad *Ammianum Marcellinum*, l. 22 c. 16. & *Hodium* contra *Aristeam*, c. VIII.

h Χῶμα] *L. B.* χωρίον.

i Νῆσον,] Sc. Φάρου, de qua vide *Philonem*, l. 2. *de Vita Mosis*, p. 659.

k Πρὸς τὴν γέφυραν,] Apud *Aristeam*, καὶ διῆσαν τὴν γέφυραν.

l Περιελθὼν] Ita *Bas. Alique.* περισελθὼν habent *nonnulli.*

m Τῶν νόμων,] Ita *MSS.* τοὺς νόμους in *Editis.* mox alii distinguunt, παρόντων ἀκωλύτως, ἐπ.

n Καὶ φιλοπόνως] Illud καὶ è *MSS.*

o Ἀπήσαν] Sic *MSS.* ἀπέσαν in *Editis.*

p Καὶ τῇ ——— ἐκτέμνοντες.] Purificationes per aquam marinam apud Gentiles itidem usitatæ, unde Euripid. Iphig. Taur. v. 1039. πόντου τε πηγὰς ἁγνίσας βωλισσιμαι· Philo autem περὶ θυσιῶν p. 848. C. docet, lustrationes quidem à Gentilibus factas aqua marina aut fluviatili &c. Θαλάττῃ μὲ πλύσει, εἰ δὲ ποταμοῖς &c. Hebræorum verò purificationes Lege Mosis factas cinere præparato cum ignis reliquiis & tincto in eodem hyssopi ramento. SPANH.

q Αὐ-

ρονίσες

ρονλες [q] αὐτὰς, ὥτως ὀπὶ τῷ τ νόμων ἑρμηνείαν ἐτελέσαντο. μεταγραφέντος δ' τ νόμε, καὶ τ κζ τῷ ἑρμηνείαν ἔργε πλ. ἐν ἡμέραις [r] ἑβδομήκονλα ὲ δυσὶ λαβόντος, συναγαγὼν ὁ Δημήτριος τὰς Ιουδαίας ἅπανλας εἰς τ τόπον ἔνθα ὲ μετεβλήθησαν οἱ νόμοι, παρόντων ὲ τ ἑρμηνέων, ἀνέγνω τάτας. τὸ δ' πλῆθος ἀποδεξάμενον μὲν ὲ τὰς διαφορὰς τ πρεσβυτέρας τ νόμον· [s] ἐπήνεσαν δ' ὲ τ Δημήτριον τ ὑπονοίας, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αὐτοῖς εὑρετὴν γεγονότα, [t] παρεκάλεσάν τε δῆναι ὲ τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀναγνῶναι τ νόμον. [v] ἠξίωσάν τε πάντες, ὅ, τε ἱερεὺς ὲ τ ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὰ πολιτεύματος οἱ προεστῶτες, ἐπεὶ καλῶς τὰ τ ἑρμηνείας [x] ἀπήρτισται, καὶ διαμεῖναι ταῦθ' ὡς ἔχει καὶ μὴ μετακινεῖν αὐτά. ἀπάντων δ' [y] αὐτῶν ἐπαινεσάντων τῷ γνώμῳ, ἐκέλευσαν, εἴτις ἢ πλεῖόν τι προσγεγραμμένον ὁρᾷ τῷ νόμῳ, ἢ λεῖπον, πάλιν ὑπισκοπῆσαι τάτε ὲ ποιῆσαι φανερὸν διορθῶν, σωφρόνως τάτε πράττοντες, ἵνα τὸ κριθὲν ἅπαξ ἔχειν καλῶς [z] εἰς ἀεὶ διαμείνῃ.

ιγ'. Ἐχάρη μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὅτι τάτῳ τῷ αὐτὸ προαιρέσει εἰς τὸ χρήσιμον ὁρῶν [a] πεπλεισμένῳ. ἤδετο δ' μάλιστα τῶν νόμων ἀναγνωσθέντων αὐτῷ, καὶ τῷ διάνοιαν καὶ τῷ σοφίαν ἐξεπλάγη τ νομοθέτε· καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον ἤρξατο ποιεῖσθαι λόγους, πῶς ὥτως θαυμαστῆς ὔσης τῆς νομοθεσίας, οὐδεὶς ὅτε τῶν ἱστορικῶν αὐτῆς ὅτε τ ποιητῶν ἐπεμνήσθη; ὁ δ' Δημήτριος, μηδένα τολμῆσαι τ τῶν νόμων τάτων ἀναγραφῆς [b] ἅψασθαι, διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι ὲ σεμνὴν, ἔφασκε, καὶ ὅτι βλασθεῖεν ἤδη τινες, τάτοις [c] ὑπεχθρήσαντες, ὑπὸ δ θεᾶ. δηλῶν [d] ὡς Θεόπομπός τε, βουληθεὶς ἱστορῆσαι [e] τι περὶ τάτων, ἐπερράχθη τὴν διάνοιαν, πλείοσιν ἢ τριάκονλα ἡμέραις, καὶ πρὸς τὰς ἀνέσεις ἐξιλάσκετο τ Θεὸν, ὑπολαβὼν αὐτὸν ἠρεθὲν τὴν παραφροσύνην ὑπάρχειν· ὃ μὲν ἀλλὰ ὲ ὄναρ εἶδεν, ὅτι τάτ' αὐτῷ συμβαίη περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα, [f] καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν [g] ὑπὸ κοινὰς ἀνθρώπους θελήσαντι, καὶ διεχόμενον κατίδῃ τὴν διάνοιαν. ἐδήλε δ' ὲ περὶ [h] Θεοδέκτε δ' τῶν τραγῳδιῶν ποιητὰ ἀναφέρεσθαι, ὅτι βουληθεὶς ἔν τινι δράματι τῶν ἐν τῇ ἱερᾷ βίβλῳ γεγραμμένων μνησθῆναι, τὰς ὄψεις [i] γλαυκωθῆναι, καὶ συνιδὼν τὴν αἰτίαν ἀπαλλαγεὶς δ πάθες, ἐξιλασάμενον τ Θεόν.

ιδ'. Παραλαβὼν δ' ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἐθαύμασε δ' Δημητρίε, καθὼς προεῖπε, προσκυνήσας αὐτοῖς, ἐκέλευσε πολλὴν ποιεῖσθαι τῶν βιβλίων τὴν ἐπιμέλειαν, ἵνα διαμείνῃ ταῦτα καθαρῶς· [k] τάς τε ἑρμηνεύσαντας παρεκάλεσε συνεχῶς πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ιουδαίας παραγίνεσθαι. τάτο γὰρ αὐτοῖς ὲ πρὸς τιμὴν τὴν παρ' αὐτᾷ, καὶ πρὸς τὰς ὑπὸ τῶν [l] δωρεῶν ὠφελείας λυσιτελήσειν. νυῦν μὲν γὰρ εἶναι δίκαιον αὐτὰς ἐκπέμπειν ἔλεγε, ἑκουσίως δ' πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας τεύξεσθαι πάντων, ὧν ἥτε αὐτῶν ἐστι σοφία δικαία τυχεῖν, καὶ ἡ ἐκείνε μεγαλοφροσύνη θαυμαστὴν ἱκανή. τότε μὲν οὖν ἐξέπεμψεν αὐτὰς, δὺς ἑκάστῳ στολὰς ἀμφίεσες τρεῖς, καὶ χρυσᾶ τάλαντα δύο, καὶ κυλίκιον ταλάν-

scse conferebant. Deinde transcripta lege, & interpretationis opere duobus & septuaginta diebus absoluto, Demetrius, congregatis eum in locum, in quo versæ leges fuerant, Judæis omnibus, præsentibus etiam interpretibus, eas recitavit. Et multitudo seniores, legis interpretes, approbavit: & Demetrii etiam inventionem collaudarunt, qui eis magnorum bonorum inventor exstitisset; ab eoque petierunt, ut etiam rectoribus suis legem legendam daret; postularuntque omnes, tum sacerdos, tum interpretum seniores, & reipublicæ administratores, ut quandoquidem recte haberet interpretatio, maneret ut erat, neve mutaretur. Cumque omnes eorum sententiam laudassent, jusserunt, ut si quis in lege vel superfluum aliquid scriptum videret, vel curtum, id iterum inspiceret, planumque redderet & corrigeret; sapienter hoc ipsum facientes, ut quod semel rectum judicatum esset, id perpetuo maneret. *Interpretatio legis absoluta & approbata.*

13. Et quidem Rex gavisus est, videns suum hac in re institutum utiliter perfectum. maxime autem lætatus est recitatis ei legibus, & legislatoris mentem atque sapientiam stupuit: itaque cum Demetrio verba facere cœpit, quî fieret, ut cum tam admirabilis esset ea lex, nullus nec historicorum nec poëtarum ejus meminisset? Ad quod Demetrius respondit, propterea neminem ausum * eam attingere, quod divina esset & augusta: jamque nonnullos, quoniam tale aliquid attentassent, læsos fuisse divinitus. Eique demonstravit, ut Theopompus, cum horum aliquid scribere instituisset, mentem plus quam triginta dies perturbatam habuisset; itaque intermittente malo, Deum precibus placasset, inde sibi insaniam ortam esse suspicatus: quinetiam in somnio vidisset id sibi propterea evenisse, quòd divina tractassset, & in profanum vulgus proferre voluisset; atque adeo, ubi destiterat, mentem ei constitisse. Narravit etiam *ei* de Theodecta tragico poëta, qui (ut perhibetur) cum voluisset in quadam fabula mentionem facere eorum quæ in sacro libro scripta forent, in oculorum morbum, quod glaucoma vocant, incidisset; & intellecta causa convaluisset, propitiato Deo. *Theopompus Historicus.* *Theodectes Poëta Tragicus.*

14. Rex igitur, libris à Demetrio ut supra memoratum est acceptis, eos veneratus, jussit diligentem curam illis haberi, ut iidem in integro manerent: hortatusque est interpretes, ut ad se frequenter ex Judæa venirent. id enim eis utile futurum, tum propter honorem quo eos affecturus, tum propter dona quibus ornaturus esset. Nunc quidem æquum esse dicebat ut eos dimitteret: verum si deinceps ad se sua sponte venirent, assequuturos omnia quæ & ipsorum sapientiæ deberentur, & à liberalitate sua præstari possent. Igitur eos tum dimisit, cum quidem unicuique tres egregias vestes, & auri talenta duo dedisset, & * calicem unius *Regis in interpretes benignitas.* *Dona interpretibus data & Eleazaro missa.*

q Αὐτὰς,] Ἑαυτὰς *NC.*

r Ἑβδομήκοντα] *Septuaginta dies* juxta *Epiphanium*, numero rotundo.

s Ἐπήνεσαν δ'] Ἐπήνεσεν *Hen.*

t Παρεκάλεσάν —— αὐτά.] Παρεκάλεσαν δ' ἂν *Hen.* & *Lugd. Bat.* HUDS. Conf. supr. §. 1. SPANH.

v Ἠξίωσάν] Ἀξιώσαντες πάντες *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

x Ἀπήρτισται,] Ἀπήρτισο *Hen.*

y Αὐτῶν ἐπαινεσάντων τῷ γνώμῃ,] Αὐτῶν deëst *NC.*

z Εἰς ἀεὶ διαμείνῃ.] Ἐσαεὶ διαμείνῃ *NC.*

a Τετελειωμένῳ.] Τετελειώμενον, μάλιστα δ τ γ. *Busb.* τετελεσμένῳ, μάλιστα ὡς δ τ γ. *Hen.* & *NC.*

* *Eam attingere*,] *Vel*, legum illarum descriptionem suscipere.

b Ἅψασθαι,] Ἁψαιτ' ἐπεχείρησε *Busb.* qui mox omittit ἔφασκε.

c Ἐπιχειρήσαντος,] Ἐγχειρήσαντες *Hen.* & *Busb.*

d Ὡς Θεόπομπός τε,] Ὡς ὁ Θεόπομπος *NC.*

e Τι περὶ τάτων,] Illud τὶ non agnoscit *Lugd. Bat.* & forsan non est ab Josepho, quum plerique etiam *MSS.* sicut & *L. B.* paullo post habeant καὶ ταῦτ' non καὶ τῶτ'. HAV.

f Καὶ ταῦτ' ἐκφέρειν] Ita *MSS.* καὶ τῶτ' ἐκφέρειν in *Editis.*

g Ἐπὶ κοινὰς] L. B. εἰς κοινὰς.

h Θεοδέκτε] Θεαιτήτε *Hen.* Verum non dubito quin vera lectio sit Θεοδέκτε: atque apud *Syncellum* pro Θεοδέκτης τραγικὸς legendum Θεοδέκτης τραγικός. HUDS. Legit quoque Θεαιτήτε *L. B.* verum altera atque vera lectio ad marg. adscribitur. HAV. Theodectes Tragœdiarum Scriptor; cujus meminit Aristotel. de Poët. c. XVII. SPANH.

i Γλαυκωθῆναι,] Ita cum *Gall.* & *Cod. NC.* γλαυκωθεὶς in *cæteris.*

k Τάς τε ἑρμηνεύσαντας] Hinc colligit *Is. Vossius* (de LXXII. *Interpr.* cap. VIII.) istos Interpretes, si non omnes, saltem complures postea quoque Ægyptum petiisse, & quidem sæpius: ac tum demum cæteros (præter *Pentateuchum*) S. Scripturæ libros Græce vertisse. Videsis *Vogelsangium* in *Exercitt. Theolog.* p. 211. & *H. Hodium* contra *Aristeam.*

l Δωρεῶν ὠφελείας λυσιτελήσειν.] Δώρων in *MSS.*

* *Calicem unius talenti*,] *Potius* poculorum thecam, *juxta Casaubonum, ad Athenæi* lib. XI. c. 3.

unius talenti, & tori veſtem ſtragulam. Et hæc quidem ipſis dono dedit. Pontifici autem Eleazaro per eos miſit decem lectos argenteis pedibus, unà cum eorum inſtrumento, & calicem talentorum triginta. Præterea veſtes decem, & purpuram, & elegantem coronam, & byſſinæ telæ ulnas centum: & inſuper phialas, & catinos, & pocula, & crateras duos, in templo reponendos. Hortatus eſt etiam eum per literas, ut ſi qui illorum hominum ad ſe venire vellent, permitteret: quandoquidem plurimi faceret cum illis, qui eruditione præcellerent, colloquia ſerere; ſibique gratiſſimum eſſet, opes ſuas iſtiuſmodi viris impendere. Atque ea quidem id genus ſunt, quæ † Ptolemæus Philadelphus in Judæorum gloriam & honorem præſtitit.

τα, καὶ τῷ [m] ξ συμποσίῳ ϛρωμνῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἐκείνοις ἔχειν ἐδωρήσατο. τῷ δ' ἀρχιερεῖ Ελεαζάρῳ δι' αὐτῶν ἔπεμψε κλίνας ἀργυρόποδας δέκα, καὶ τῷ ἀχθέντων αὐτῶν ἀπισκόπῳ, καὶ κυλίκιον παλαντῶν [n] τριάκοντα. πρὸς τούτοις ᾗ καὶ [o] ϛολὰς δέκα, καὶ πορφύραν, καὶ στέφανον διάπεπτη, καὶ βυσσίνης ὀθόνης ἱστοὺς ἑκατόν· ἔτι γε μὴν φιάλας, καὶ τρυβλία, καὶ ἀπονδεῖα, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς πρὸς ἀνάθεσιν δύο. παρεκάλεσε δ' αὐτὸν καὶ διὰ τῶν ἐπιϛολῶν, ὅπως [p] εἰ τῶν ἀνδρῶν τούτων [q] θελήσειέν τινες πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ἀπιτρέψῃ· πολλῶν παιδευτῶν τῶν μὴ τῶν ἐν παιδείᾳ τυγχανόντων ἀφθονίαν, καὶ τὸ πλεῖστον εἰς τοὺς τοιούτους ἡδέως ἔχων καταπίπτοντας. καὶ τὰ μὲν εἰς δόξαν καὶ τιμὴν [r] τῶν Ιουδαίων τοσαῦτα πρὸς Πτολεμαῖον ξ Φιλαδέλφου σπουδὴν γένοντο.

III. CAP. III.

Ut Judæorum gentem honore affecerunt reges Aſiæ, & conditarum à ſe urbium civitate donaverunt.

ΚΕΦ. γ'.

Πῶς ἐτίμησαν οἱ τῆς Ασίας βασιλεῖς τὸ Ιουδαίων ἔθνος, καὶ πολίτας ἐποίησαν ἐν τοῖς ἀπ' αὐτῶν κτισθείσαις πόλεσιν.

Immunitates Judæis à Seleuco Nicatore conceſſæ.

CONſequuti ſunt & ab Aſiæ regibus honorem, quoniam ſub eis militaſſent. Etenim Seleucus Nicator, in iis urbibus quas condidit in Aſia & inferiore Syria, & in ipſo regni capite Antiochia eos civitate donavit, & eodem quo Macedones & Græcos ibidem collocatos numero habuit: quo jure etiamnum utuntur. Argumento eſt, quòd Judæis, nolentibus alieno oleo uti, certa pecuniæ ſumma pro olei pretio ſolvitur à gymnaſiorum præfectis. Quem morem cum Antiochenſis populus proximo bello abrogare conaretur, Mucianus (qui tum Syriæ prætor erat) tamen retinuit. Et poſtea orbis terrarum imperium tenente Veſpaſiano, & Tito ejus filio, orantes Alexandrini & Antiochenſes, ut Judæi privarentur jure civitatis, non impetrarunt. Unde illud perſpici & intelligi poteſt, quanta æquitate & magnanimitate erant Romani, præcipue vero Veſpaſianus & Titus. qui licet multos contra Judæos bellando labores ſuſtinuerant, & acerbe tulerant, quod deditionem facere noluerint, ſed pugnantes ad extremum manſerint, nulla tamen re jus ipſorum prædictum imminutum eſſe voluerunt: verum & iræ qua olim exarſerunt, & populi tam Alexandrini quam Antiocheni, utut magni eſſent, precibus reſtiterunt, adeo ut ne minimum quidem vel ſuæ in illos benevolentiæ, vel nefariorum quos oppugnarunt odio conceſſerint, ad minuendam erga Judæos benignitatem; dicentes, eos qui contra ſe arma tulerant & pugnam inierant jam ſatis ſuppliciorum dediſſe, eos vero qui nihil peccaverant haud æquum ſuis ſpoliari privilegiis.

Jus civitatis Antiochenſis Judæis conſervatum.

[s] ΕΤυχον ᾗ Ϲ τῶν ἀπὸ τῶν βασιλέων τῆς Ασίας τιμῆς, ἐπειδὴ συνεστράτευσαν αὐτοῖς. καὶ γὰρ Σέλευκος ὁ [t] Νικάτωρ, ἐν αἷς ἔκτισε πόλεσιν ἐν τῇ Ασίᾳ Ϲ [v] τῇ Κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Αντιοχείᾳ πολιτείας αὐτοὺς ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν [x] ἰσοτίμους [y] ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ελλησιν, ὡς τὴν πολιτείαν ταύτην [z] ἕως Ϲ νῦν διαμένειν. [a] πεκμήριον ᾗ τοὺς Ιουδαίους, μὴ βουλομένους ἀλλοφύλῳ [b] ἐλαίῳ χρήσασθαι, λαμβάνειν ὡρισμένον τι [c] παρὰ τῶν γυμνασιαρχῶν εἰς ἔλαιον [d] τιμὴν χρυσοῦν. ὁ ξ δῆμος τῶν Ἀντιοχέων ἐν τῷ νῦν πολέμῳ λύσαι προαιρούμενος, Μουκιανὸς ἡγεμὼν ὢν τότε τῆς Συρίας ἐπήρησε. καὶ μὴν ταῦτα κρατήσαντος Οὐεσπασιανοῦ Ϲ Τίτου ξ ὑὸς αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης, δεηθέντες οἱ Αλεξανδρεῖς καὶ Ἀντιοχεῖς, ἵνα τὰ δίκαια τῆς πολιτείας μηκέτι μένῃ τοῖς Ιουδαίοις, οὐκ ἐπέτυχον. [e] ἐξ ὧν τις ἂν καταμάθοι τὴν Ρωμαίων ἀπείκειαν καὶ μεγαλοφροσύνην, μάλιστα ᾗ τὴν Οὐεσπασιανοῦ Ϲ Τίτου. ὅτι καί τοι πολλὰ πονήσαντες ἐν τῷ πρὸς Ιουδαίους πολέμῳ, καὶ πικρῶς πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες ὅτι μὴ παρέδοσαν τὰ ὅπλα αὐτοῖς, μέχρι δ' ἐσχάτης παραμυθίας ἀντέμειναν, ἐθνὸς αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων καὶ τῆς προφημένης πολιτείας [f] ἀφείλοντο· ἀλλὰ Ϲ τὸ πρότερον ὀργῆς καὶ τὸ τῶν Αλεξανδρέων καὶ Αντιοχέων δήμων [g] μεγίστων προσκλίσεως κρατήσασα, ὥστε μηδὲν μηδ' ὑπὸ τὸ πρὸς τούτους χαλεπὸν, μηδ' ὑπὸ τὸ πρὸς τοὺς πολεμηθέντας μισοπονηρίας ἐνδῦναι, πρὸς τὸ λύσαι τι τῶν ἀρχαίων τοῖς Ιουδαίοις φιλανθρώπων, ἀλλὰ τοὺς ἀνταραμένους αὐτοῖς ὅπλα καὶ χωρήσαντας μετὰ μάχης δεδωκέναι τιμωρίαν φήσαντες, [h] τοὺς δ' ὐδὲν ἐξαμαρτόντας ὐ [i] δίκαιον ἀποστερεῖν τῶν ὑπαρχόντων.

β'. ο-

Immunitates Judæis à Seleuco Nicatore conceſſæ.

Jus civitatis Antiochenſis Judæis conſervatum.

m Τῷ συμποσίῳ ϛρωμνῶν.] Totumque convivatorium *Ruffin.* SPANH.

n Τριάκοντα.] Ita edidit *Hudſ.* atque etiam expreſſe legitur in *L. B.* ſed *Gen.* λ'. HAV.

o Στολὰς δέκα, καὶ πορφύραν,] Ita *MSS. Epiph.* & *Ariſteas.* καὶ ϛολὰς δέκα πορφυρᾶς in *Editis.*

p Εἰ τῶν ἀνδρῶν τούτων] Εἴποτε *NC.*

q Θελήσειέν τινες] Θελήσειαν τινες *Hen. Gall.* & *Busb.* Θελήσειεν τινες in *reliquis.*

r Τῶν Ιουδαίων] *L. B.* Ιουδαίοις.

† *Ptolemæus Philadelphus in Judæorum gloriam & honorem præſtitit.*] De *Ptolemæi Philadelphi* magnificentia vide *Caſaub.* ad *Athenæi* lib. v. c. 9.

s Ετυχον ᾗ] In *Cod. NC.* (cui titulus Πτολεμαϊκὸν) Μετὰ ᾗ τὸν Φιλάδελφον τὴν βασιλείαν κατέχει Πτολεμαῖος ὁ καλούμενος Εὐεργέτης, ἐπὶ ἔτεσιν κε'. τὴν ᾗ τιμὴν τοῦ ἀρχιερωσύνης μὴ Ελεάζαρος ὁ θεῖος αὐτοῦ Μανασσῆς παρέλαβεν, μὴ ᾗ τὸ ἀπόβασιν Μανασσὴν γίγνεται ἀρχιερεὺς Ονίας Σίμωνος ὢν ὁ υἱὸς ξ Δικαίου. Σίμων δ' ὁ ἀδελφὸς Ελεαζάρου. ἀπέβαινε ᾗ καὶ Ονίας τὴν ἀρχιερωσύνην Σίμωνι τῷ παιδὶ καταλιπών. ἔτυχε ᾗ καὶ τοῦ τῶν Ιουδαίων ἔθνους καὶ προσῆν τοῦ &c.

t Νικάτωρ,] Ita *NC.* & *Busb.* cum *antiquis nummis.* Νικάνωρ in *reliquis.*

v Τῇ Κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Αντιοχείᾳ] Antiochia Metropolis τῆς κάτω Συρίας ſ. τῆς κοίλης Συρ. conf. infr. lib. 13. c. 7. §. 2. SPANH.

x Ισοτίμους ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ελλησιν, ὡς τὴν πολιτείαν ταύτην ἕτι καὶ νῦν διαμένειν.] Conf. ſupr. c. 1. §. 1. SPANH.

y Απέδειξε Μακεδόσι] Απέφηνε *Busb. Hen.* & C.

z Ετι καὶ νῦν διαμένειν.] Εως καὶ νῦν C.

a Ελαίῳ χρήσασθαι,] Τεκμήριον ᾗ τούτου τὸ τοὺς *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* τεκμήριον ᾗ τὸ τοὺς C.

b Ελαίῳ χρήσασθαι,] Moris fuit Græcorum oleum præbere, in gymnaſiorum dedicatione: eorumque exemplum ſequutus eſt Nero, referente *Tacito* in *Annalium* lib. XIV. *Gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone, præbitumque oleum equiti, ſenatui, Græca facilitate.* Idemque de eo teſtatur *Sueton.* in *Nerone*, c. 12.

c Παρὰ τῶν γυμνασιαρχῶν εἰς ἔλαιον τιμὴν ἀργύριον.] Nefas enim Judæis uti Oleo non præparato à tribulibus, qua de re *alter.* lib. 2. c. 21. §. 2. & Vita Joſephi §. 13. SPANH.

d Τιμὴν ἀργύριον.] Τίμησιν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

e Εξ ὧν] Εξ ὃ *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

f Αφείλοντο·] Ita cum *C.* & *NC.* ἀφείλαντο in *Editis Aliiſque.*

g Μεγίστων προσκλίσεως] Μεγίστων ὄντων *NC.*

h Τοὺς δ' ὐδὲν ἐξαμαρτόντας] Τοὺς οὐδὲν vel τοὺς οὐδὲν in *MSS.*

i Οὐ δίκαιον ἀποστερεῖν] Οὐκ εἶναι δίκαιον *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) οὐκ ἔστι δίκαιον *NC.*

k Σε-

β'. Ομοιον δέ τι τούτων καὶ Μάρκον Αγρίππαν φρονήσαντα περὶ τῶν Ιουδαίων οἴδαμεν. τῶν γὰρ Ιώνων κινηθέντων ἐπ' αὐτοὺς, καὶ δεομένων τοῦ Αγρίππα, ἵνα τὰς πολιτείας ἃς αὐτοῖς ἔδωκεν Αντίοχος [k] ὁ Σελεύκου ἔγονος, [l] ὁ παρὰ τοῖς Ελλησι Θεὸς λεγόμενος, μόνοι [m] μετέχωσιν, ἀξιούντων δὲ εἰ συγγενεῖς εἰσιν αὐτοῖς Ιουδαῖοι, σέβεσθαι τὸν [n] ἴδιον αὐτῶν θεὸν, καὶ δίκης περὶ τούτων συστάσης, ἐνίκησαν οἱ Ιουδαῖοι τοῖς [o] αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι, συνηγορήσαντος αὐτοῖς Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ. ὁ γὰρ Αγρίππας ἀπεφήνατο, μηδὲν αὐτῷ καινίζειν ἐξεῖναι. τὸ δὲ ἀκριβὲς εἴ τις βούλεται καταμαθεῖν, ἀναγινώσκω τοῦ Νικολάου ἱστοριῶν τῷ [p] ἑκατοστῷ καὶ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ. περὶ μὲν οὖν τοῦ ὑπὸ Αγρίππου κριθέντων, οὐκ ἔστιν ἴσως θαυμάζειν, ὁ γὰρ ἐπολέμει πότε Ρωμαίοις τὸ ἡμέτερον ἔθνος. Οὐεσπασιανοῦ δ' ἄν τις καὶ Τίτου τὴν μεγαλοφροσύνην εἰκότως ἐκπλαγείη, μὴ [q] πολέμους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας, οὓς ἔσχον πρὸς ἡμᾶς, μετριοπαθησάντων. [r] ἐπανάξω δὴ τὸν λόγον ὅθεν γοῦν ἐπὶ τοῦτ' ἐξέβαινεν.

γ'. Τοὺς γὰρ Ιουδαίους, ἐπ' [s] Αντιόχου τοῦ Μεγάλου βασιλεύοντος τῆς Ασίας, ἔτυχεν αὐτούς τε πολλὰ παλαιπωρῆσαι τῆς γῆς αὐτῶν κακουμένης, καὶ τοὺς τῶν Κοίλων Συρίαν νεμομένους. πολεμοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν [t] Εὐπάτορα Πτολεμαῖον, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πτολεμαῖον, τὸν [v] κληθέντα Επιφανῆ, κακοπαθεῖν συνέβαινεν αὐτοῖς καὶ νικῶντος, καὶ πταίοντος ταὐτὰ πάσχειν. ὡς δ' ἂν ἀπέλιπεν χειμαζομένης νεὼς, καὶ πονουμένης ἑκατέρωθεν ὑπὸ τῶν κλυδώνων, μεταξὺ τῆς Δυσεαγίας τοῦ Αντιόχου καὶ τοῦ ἑτέρου αὐτοῦ τροπῆς τῶν πραγμάτων κειμένους. [x] νικήσας μέντοι τὸν Πτολεμαῖον ὁ Αντίοχος, τῶν Ιουδαίων [y] προσήκατο. πλουτήσαντος γὰρ τοῦ Φιλοπάτορος, [z] ὁ παῖς αὐτοῦ μεγάλου ἐξέπεμψε δύναμιν, καὶ [a] στρατηγὸν [b] Σκόπαν, [c] ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ· ὃς πολλάς τε αὐτῶν πόλεις ἔλαβε, καὶ τὸ ἡμέτερον ἔθνος. πολεμούμενον [d] γὰρ αὐτῷ προσέστη. μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν Σκόπαν Αντίοχος νικᾷ, συμβαλὼν αὐτῷ [e] πρὸς [f] τοῖς πηγαῖς τοῦ Ιορδάνου, καὶ πολλοὺς αὐτοῦ τοὺς στρατιώτας διέφθειρεν. [g] ὕστερον δὲ Αντίοχος κρατουμένους τοὺς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεις, ἃς ὁ Σκόπας κατεσχήκει, καὶ τὴν Σαμάρειαν, ἑκουσίους αὐτῷ προσέλεγον Ιουδαῖοι, καὶ τῇ πολλῇ δεξάμενοι, [h] πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ ἐν τοῖς ἐλέφασιν [i] ἀφθονίαν παρέσχον, καὶ τοὺς ὑπὸ Σκόπα καταλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ιεροσολύμων φρουροὺς πολιορκοῦντι προθύμως συνεμάχησαν. ὁ οὖν Αντίοχος, δίκαιον ἡγησάμενος τὴν τῶν Ιουδαίων πρὸς αὐτὸν προθυμίαν ἐν φιλοτιμίαν ἀμείψασθαι, γράφει τοῖς τε στρατηγοῖς αὐτοῦ ἐν τοῖς φίλοις, [k] μαρτυρῶν τοῖς Ιουδαίοις [l] ὑπὲρ ὧν εὖ πρὸς αὐτῶν πάσχοι, καὶ τὰς δωρεὰς, ἃς ὑπὲρ τούτων διένειμε προσαχεῖν

2. Marcum quoque Agrippam similiter affectum erga Judæos novimus. Nam cum Iones, commoti adversus Judæos, Agrippam orassent, ut civitate, quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, is qui apud Græcos Deus appellatur, soli fruerentur, postularentque, ut si Judæi eorum essent cognati, eosdem cum ipsis deos colerent, atque ea de re judicium esset constitutum, obtinuerunt Judæi, ut sibi solitis moribus uti liceret; usi patrocinio Nicolai Damasceni. Agrippa enim pronunciavit, nihil sibi innovare fas esse. Quæ exactius si quis nosse cuperet, ipsum Nicolaum Damascenum legat Historiarum libro centesimo vicesimo tertio & quarto. Verum Agrippæ sententiam nihil est quod miremur; ea enim tempestate gens nostra bellum non gerebat adversus Romanos. Vespasiani autem & Titi magnanimitatem merito quis obstupescat, qui, post tot bella & certamina nobiscum, non minore in nos erant facilitate. Sed eo jam, unde huc digressa est, revertatur oratio.

Marcus Agrippa benignus Judæis.

Nicolaus Damascenus.

Vespasiani & Titi in Judæos merita.

3. Regnante in Asia Antiocho Magno, accidit ut tum Judæi terra eorum vastata, tum qui Cœlen-Syriam incolebant, multa adversa paterentur. Eo enim belligerante adversus Ptolemæum Eupatorem, & ejus filium cognomine Epiphanem, contigit illis, ut si is superior fuerit, affligerentur, si inferior, plane eadem paterentur: adeo ut haud dissimiles essent navi in tempestate, fluctibus utrinque vexatæ, ut qui in medio jacerent, dum & Antiocho res prospere cederent & in contrarias partes mutarentur. Attamen victo Ptolemæo, Antiochus Judæam occupavit. Deinde mortuo Philopatore, ejus filius magnam manum, & ducem Scopam, misit contra Cœles-Syriæ incolas: qui multas eorum urbes, necnon gentem nostram cepit. oppugnata enim, in ejus partes concessit. Non multo post, Scopam prælio vicit Antiochus, ad fontes Jordanis, magnamque ejus copiarum partem delevit. Postea vero cum Antiochus eas Cœles-Syriæ urbes, quas Scopas obtinuerat, Samariamque subegisset, Judæi ultro deditionem fecerunt, eumque urbe admiserunt, & ejus omni exercitui & elephantis omnia abunde suppeditarunt, & relictos à Scopa in arce Hierosolymitana præsidiarios oppugnantem strenue adjuverunt. Itaque Antiochus æquum esse judicans, ut Judæorum erga se studium & liberalitatem remuneraretur, literas scripsit ad suos duces & amicos, testimonium perhibens Judæis, quam præclare de ipso meriti fuerint, simulque significans quæ munera illis vicissim dare decreverat. Atque earum exemplar subjiciam,

Antiochus Magnus vexat Judæos.

Scopas, in Cœles-Syriæ incolas missus: vi-ctus ab Antiocho.

Antiocho M. se dedunt Judæi.

---

k Σελεύκου ἔγονος,] Σελεύκου Busb. Σελεύκου υἱὸς Hen.

l Ο παρὰ τοῖς Ελλησι Θεὸς λεγόμενος,] Antiochus Seleuci Nepos, Græcis Θεὸς dictus, nempe à Milesiis. Appian. Syriac. p. 210. SPANH.

m Μετέχωσιν,] Ita cum *Cod. Busb.* μετέλαβον in *reliquis.* in *Epiphanii* versione, *soli possiderent.*

n Ἴδιον] Abest a *L. B.*

o Αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι,] Eo modo in *NC.* & *Lugd. Bat.* ex quo præterea illud *oi* additur. αὐτοῖς in *ceteris.* in *Epiphanii* versione, *ut suis uterentur moribus.*

p Ἑκατοστῷ καὶ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ.] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* (*L. B.* καὶ εἰκοστῷ καὶ τρίτῳ) τῷ ριγ'. καὶ δ'. *Bas.* τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ τρίτῳ καὶ τετ. *Gen.*

q Πολέμους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας,] Ita *MSS.* & *Epiphan.* πόλεμον in *Editis.*

r Επανάξω δὴ] Επανάξω δὲ τὸν λόγον ὅθεν ἐπὶ ταῦτ' ἐξέβη *Hen.* & *Lugd. Bat.*

s Αντιόχου —— Επιφανῆ,] De Antiocho Magno, ut & ejus bellis cum Ptolemæo Philopatore & Ptolem. Epiphane, vid. Polyb. lib. v. c. LXXXV. SPANH.

t Εὐπάτορα Πτολεμαῖον,] Alibi constanter *Philopatorem* eum vocat.

v Κληθέντα Επιφανῆ,] Επικληθέντα in *MSS.* Plenius in *Cod. NC.* ad hunc modum. πολεμοῦντος γὰρ αὐτῷ τοῦ Φιλοπάτορος Πτολεμαίου (ὃς γὰρ μὴ τὸν Εὐεργέτην τὸν Αἰγύπτου βασιλεύοντα) πολεμοῦντος δὴ καὶ τοῦ τούτου υἱοῦ Πτολεμαίου, ἐπικληθέντα δὴ Επιφανῆ, καὶ.

x Νικήσας μέντοι] Ὅσα μέντοιγε διαπεφεύγασι εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν Πτολεμαῖος ὁ τῷ δευτέρῳ τῶν Πτολεμαϊκῶν ὄνομα ἐφερε), νικήσας &c. *NC.*

y Προσήκατο.] Προσηγάγετο *NC.*

z Ο παῖς αὐτοῦ μεγάλου ἐξέπεμψε δύναμιν,] Ο παῖς Πτολεμαῖος ὁ Επιφανὴς μεγάλου *NC.* Melius (inquit *Fac. Cappellus* in *Hist. S. & Exot.* ad A. M. 3797.) *Eusebius* hæc tribuit *Ptolemæo Philopatori* viventi, quam *Epiphani* infanti. Contra *Usserius* (in *Ann. V. Test.*) ad A. M. 3800.

a Στρατηγὸν Σκόπαν, ἐπὶ τὸν ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ·] Vid. Polyb. Exc. Vales. p. 76 SPANH.

b Σκόπαν,] Vide *Excerpta Valesiana*, p. 77. & *Hieronymum* in *Danielis* cap. XI.

c Επὶ τὸν] Absunt à *L. B.* Scribæ incuria.

d Αὐτῷ προσέστη.] Παρ' αὐτῷ *Hen. NC.* & *Vet. Interpr.*

e Πρὸς ταῖς πηγαῖς] Πρὸς τῷ Πανίῳ in *Excerptis Vales.*

f Ταῖς —— πόλεις,] Vid sup. lib. 8. c. 8. §. 4. & infr. lib. 13. c. 9. §. 2. SPANH.

g Ὕστερον —— πόλεις,] Polyb. Excerpt. p 77. & 79. ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ πρὸς τὸ Πάνιον· SPANH.

h Πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ] Πᾶσαν *NC.*

i Αφθονίαν] Φιλίαν *NC.*

k Μαρτυρῶν τοῖς Ιουδαίοις] Ita *Hen. C. NC.* & *Epiphan.* μαρτυρῶν τε τοῖς in *ceteris.*

l Ὑπὲρ ὧν εὖ πρὸς αὐτῶν πάσχοι,] Iterum ex *iisdem MSS.* ὑπὲρ ὧν δικαίως πρὸς αὐτῶν πάσχοι in *Editis Aliisque.*

jiciam, cum prius narraverim quæ ad fidem verbis noſtris faciendam ſcripſit Polybius Megalopolitanus. Nam in hiſtoriarum ejus libro decimo ſexto ita dicit. "Scopas autem copiarum Ptole-
Polybius Megalopolitanus. "mæi dux, ad regiones ſuperiores verſo impetu, "per hyemem Judæorum gentem ſubegit." Eodem etiam in libro refert; "quomodo, Scopa "ab Antiocho ſuperato, Antiochus Batanæam "& Samariam & Abila & Gadara recepit: atque "paulo poſt Judæi ſeſe ei tradiderunt, quotquot "circa fanum Heroſolyma nuncupatum incole-"bant. de quo cum multa dicenda habeamus, de-"que præſentia Dei in fano, quæ narranda ſu-"perſunt in aliud tempus differemus." Et hæc quidem Polybius in hiſtoria ſua. Nos vero orationem vocabimus ad narrationem inſtitutam, poſtquam ante oculos poſuerimus Antiochi epiſtolas.

REX ANTIOCHUS PTOLEMÆO SALUTEM.

Antiochi Magni litera in Judæorum gratiam. "Cum Judæi, ſimulac in eorum fines ingreſſi "ſumus, ſtudium erga nos ſuum declaraverint, "& in urbem ſuam venientes ſplendide accepe-"rint, cumque ſenatu obviam prodierint, & mi-"litibus elephantiſque omnia abunde præbuerint, "noſque in expugnando Ægyptiorum in arce "præſidio adjuverint: viſum eſt nobis eos pro his "remunerari, & eorum urbem, caſibus, qui ſo-"lent hominibus accidere, adverſis labefactatam, "recreare, atque frequentare, revocatis in eam iis "qui ſunt diſperſi. Ac primum eis decrevimus, "religionis cauſa * præbenda conficere ad ſacri-"ficia, de pecudibus quæ ſacrificari ſolent, & "vino, & oleo, & thure, ad pretium argenteo-"rum vicies mille, † & ſimilæ artabas ſacras ſe-"cundum regionis iſtius morem ſex, & tritici "medimnos mille quadringentos ſeptuaginta, & "ſalis medimnos CCCLXXV. Atque hæc eis ſolvi "volo, quemadmodum imperavi: templique o-"pus expediri, & porticus, & ſi quid aliud ædi-"ficandum eſt. Materia autem apportetur ex i-"pſa Judæa, aliiſque regionibus, & Libano, nec "ullum *ejus nomine* vectigal *à quopiam* exigatur. "Idem dico de aliis, quibus ad ſpecioſiorem tem-"pli apparatum opus erit. Vivant autem omnes "ejus nationis homines ex legibus patriis: immu-"niſque ſit ſenatus, & ſacerdotes, & ſcribæ tem-"pli, & ſacri cantores, & ab eo quod pro capi-"te pendunt, & ab auro coronario, aliiſque tri-

"collocare in Templo * Populi & Gratiarum:
"& præconis voce pronunciari coronæ donatio-
"nem in theatro, Dionysiis, dum Tragœdiæ no-
"væ aguntur, & Panathenæis & Eleusiniis, & in
"Gymnicis certaminibus; curæque esse Ducibus,
"ut, dum ille *in amicitia colenda* perseverat, & in
"benevolentia erga nos conservanda, omnia, quæ
"in honorem ejus & gratiam excogitari possunt pro
"ipsius in nos studio & liberalitate, ei *vicissim* tri-
"buantur, quibus rebus fiet ut se ostendat popu-
"lus noster grato esse erga bene merentes animo,
"velleque alios, ut par est, remunerare; quò ille
"jam honoribus affectus studium nostrum imite-
"tur: prætereaque legatos ex omni Athenienſium
"numero legi, quibus id negotii datum erit ut &
"ad illum decretum hoc perferant, ipsumque hor-
"tentur ut honores *à nobis* assequutus deinceps
"studeat de civitate nostra bene mereri." Et quidem de honoribus, qui à Romanis & populo Athenienſi habiti sunt Hyrcano, satis à nobis dictum est.

ΚΕΦ. Θ'.

Ὡς Ἀντίπατρος Ἡρώδῃ τῷ τῆς Γαλιλαίας ἐπιτρέπει, Φασαήλῳ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιτρέπῃ· καὶ ὡς Ἡρώδης, Ἰουδαίων τῷ Ἀντιπάτρῳ φθονούντων, κατηγορεῖται πρὸς Ὑρκανόν.

CAP. IX.

Quomodo Antipater Herodi Galilææ administrationem mandat, Phasaëlo Hierosolymorum: utque Herodes, Judæis invidentibus Antipatro, apud Hyrcanum accusatur.

Ὁ Καῖσαρ δὲ, διοικήσας τὰ κατὰ τὴν Συρίαν, ἀπέπλευσεν. ὡς δὲ Καίσαρα ἐπέμψας ἐκ τῆς Συρίας Ἀντίπατρος εἰς τὴν Ἰουδαίαν κατέστρεψεν, [n] ἀνεγείρει μὲν αὖθις τὸ τεῖχος, ὑπὸ Πομπηίου καθῃρημένον, καὶ τὴν κατὰ τὴν χώραν [o] θόρυβον ὑπὸν κατέστειλεν, ἀπειλῶν τε ἅμα καὶ συμβουλεύων ἡρεμεῖν. τὰ μὲν γὰρ Ὑρκανῷ φρονοῦντας ἐν εὐδαιμονίᾳ διάξειν, καὶ βιώσεσθαι τῶν ἰδίων ἀπολαύοντας κτημάτων ἀταράχως· ἐπιθυμοῦντας δὲ τῶν ἐκ νεωτερίζειν ἐλπίσι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῶν κέρδεσι προσανέχοντας, αὐτὸν μὲν ἕξειν ἀντὶ προστάτου δεσπότην, Ὑρκανὸν δὲ [p] ἀντὶ βασιλέως τύραννον, Ῥωμαίους δὲ καὶ Καίσαρα πικρὰς ἀνθ' ἡγεμόνων πολεμίους. ὁ γὰρ ἀνέξεσθαι μεθαρμοσθέντων ὧν αὐτοὶ κατέστησαν. ταῦτα λέγων [q] καθίστα δ' ἑαυτὸν τὰ κατὰ τὴν χώραν.

Β'. Ἐκβὰς δ' ὁρῶν καὶ [r] νεωθῆ τὸν Ὑρκανὸν, Φασάηλον μὲν τὸν πρεσβύτερον αὐτοῦ τῶν παίδων Ἱεροσολύμων καὶ τῶν περὶ στρατηγὸν ἀποδείκνυσι· τῷ δὲ μετ' αὐτὸν Ἡρώδῃ τὴν Γαλιλαίαν [s] ἐπίτρεψε, [t] νέῳ παντάπασιν ὄντι. [v] πεντεκαίδεκα γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη.

CÆsar autem, ordinatis Syriæ rebus, per mare discessit. Antipater vero, postquam, deducto à Syria Cæsare, in Judæam reversus est, confestim dejecta à Pompejo mœnia reficit; & regionem obiens, tumultum qui in ea erat, compescebat, partim minando, partim ut quiescerent consulendo. Si enim ab Hyrcano starent, fore *dicebat* ut feliciter degerent, suisque bonis absque turba fruentes vitam agerent: sin rerum novarum spe ducerentur, & ab eis quæstum sectarentur, ipsum *Antipatrum* habituros pro præfecto dominum, Hyrcanum pro rege tyrannum, Romanos vero & Cæsarem pro ducibus hostes acerbos. non enim passuros eum summoveri, quem constituissent ipsi. Cum hæc dixisset, ad res regionis ordinandas se solum accingebat. *Antipater Hierosolymorum muros reficit.* *Tumultum antes compescit.*

2. Videns autem Hyrcanum tardum esse atque segnem, Phasaëlum filiorum suorum natu maximum Hierosolymorum finitimique agri præfectum constituit; Herodi vero, qui illum ætate sequebatur, Galilæam commisit, cum esset omnino juvenis. nam * quindecim tantum annos natus erat. XVII. *Phasaëlo mandat Hierosolymæ, Herodi Galilæam.*

ve-

[d] Παραγινομένας Ἀθηναίων,] Παραγινομένης *Hen.* & *Vat.*
[e] Δεδόκται δὲ καὶ νῦν,] Δεδόχθαι *Vat.*
[f] Θεοδοσίου τοῦ Θεοδώρα] Διονυσίου τοῦ Θεοδώρου *Vat.*
[g] Τῆς τοιαύτης ἀρετῆς] Ita *Hen.* τῆς ἀνδρὸς in *reliquis.*
[h] Δυνατὸν] Δύνηται *Hen.* & *Vat.*
[i] Δήμου] Videsis *Meursium* in *Athenis Atticis*, l. 2. c. 11. HUDS. Δήμου, *Demi* rectè, non *populi*. REL. & SPANH.
[k] Παναθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις,] Forsan legendum Παναθηναϊκοῖς καὶ Ἐλευσινίοις, ut monuit Cl. *Lowthius*.
[l] Ἀεὶ ἀγαθὸν ἡμῶν τὴν πόλιν.] Illud ἀεὶ ex *MSS.*
[m] Δήμου τοῦ Ἀθηναίων] Ita cum *Cod. Hen.* καὶ τοῦ δήμου καὶ τοῦ ΑΘ. in *Edit. Aldinis* ἀλλὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων καὶ Ἀθηναίων legendum conjicibat *Lowthius*.
[n] Ἀνεγείρει ——— καθῃρημένον,] Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 10. §. 4. SPANH.
[o] Θόρυβον] *L. B.* Θρύλον.
[p] Ἀντὶ βασιλέως τύραννον,] Βασιλέως nomen solum gerere Hyrcanum ἀλλαχ. lib. 1. c. 10. §. 6. τοὔνομα μόνον βασιλέως ἔχων ἔρημον ἐξουσίας. SPANH.
[q] Καθίστα δὲ ἑαυτὸν] Καθιστᾷ *Busb.* καθίσταθ in lib. 1. de *Bello Jud.*
[r] Νεωθῆ τὸν Ὑρκανὸν,] Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 10. §. 4. SPANH.
[s] Ἐπίτρεψε,] Ἐπιτρέπῃ *Busb.*
[t] Νέῳ παντάπασιν ὄντι.] Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 10. §. 4. & infr. lib. 19. c. 9. §. 2. SPANH.
* *Quindecim tantum annos natus erat.*] Quid mirum (inquit *Noldius* p. 59.) cum etiam infra eam ætatem, *Alexander Severus*, adhuc puer, in imperio &c. vide *Prideaux*.
[v] Πεντεκαίδεκα] Isaacus Casaubonus epistola ad Thuanum, quæ est 936. contendit ιε legendum: *nos*, scribit, *contendimus & clarissime demonstramus scribendum esse ιε, nec movemur librorum consensu aut Photii assensu.* Mox dixerat: magni momenti est hic locus ad investigationem annorum τῆς Σωτῆρος. REL.

verum illi juvenilis ætas nihil est quidquam incommodi: sed quoniam animi generosi erat adolescens, statim invenit exercendæ suæ virtutis occasionem. *Herodes Ezechiam latronem interficit.* Cum enim offendisset Ezechiam latronum ducem, magna manu finitima Syriæ incursantem, illum nactus interficit, & multos ejus gregales latrones. Ipsum autem ob hoc facinus magno amore prosequuti sunt Syri: nam regionem, quam à latrociniis liberari desiderabant, purgavit. itaque eum hanc ob causam passim per urbes vicosque prædicabant, ut qui pacem illis dederit, feceritque ut bonis suis tuto fruerentur. Quo fiebat ut etiam *Sextus Cæsar procurator Syriæ.* Sexto Cæsari innotesceret, cognato magni Cæsaris, & Syriæ res procuranti. Ex his autem Herodis factis æmulatio nata est Phasaëlo ejus fratri, adeoque ejus celebritate motus est, ut studuerit non deteriorem sibi parare famam, & Hierosolymitas sibi reddiderit amicissimos, urbem quidem per se regendo, sed ita ut nec inhoneste rebus uteretur, neque potestate ad cujusquam injuriam abuteretur. *Antipater magno in honore.* His rebus efficiebatur, ut Antipater à gente more regio coleretur, & honoribus, qui tribui solent omnium domino, afficeretur. Neque tamen, cum in tanto esset ex rebus istis splendore, decessit quidquam, ut plerumque evenit, suæ erga Hyrcanum benevolentiæ atque fidei.

Primorum Judæorum in Antipatrum odium. 3. Cæterum Judæorum primarii, videntes Antipatrum & ejus filios multum crescere tum gratia apud populares, tum reditibus ex Hyrcani & Judææ pecuniis, erant in eum male animati. Etenim amicitiam instituerat Antipater cum Romanis imperatoribus; & impulso ad pecuniam eis mittendam Hyrcano, ipse muneris gratiam ad se transfert. nam ut propriam, non ut Hyrcano dante *eam* misit. Hæc Hyrcanus audiens non curabat; quinimo magnopere lætabatur. Verum in metu erant primi Judæorum, cum viderent Herodem violentum & audacem, & dominandi cupiditate ardentem: atque ad Hyrcanum profecti, aperte jam Antipatrum accusabant; &, "Quousque, inqui-"unt, ista quæ fiunt quietus feres? Annon vides "Antipatrum & ejus filios principatu succinctos, "teipsum vero regni solum nomen audientem? "Atqui hæc ignorare non debes, neque te extra "periculum putare, dum temet atque regnum "juxta negligis. non enim jam rerum tuarum pro-"curatores sunt Antipater & ejus filii, ne te fal-"lat hæc opinio, sed domini manifeste habentur. "Etenim Herodes ipsius filius Ezechiam & ejus "socios interfecit contra legem nostram, quæ ho-"minem quamvis malum interfici vetat, nisi prius "ad hoc supplicium ex sententia Synedrii damna-"tus fuerit: & tamen ille, non accepta à te po-"testate, hoc ausus est.

Hyrcano ira in Herodem accenditur. 4. His auditis Hyrcano persuasum est: atque

Βλάπλει δὲ οὐδὲν αὐτὸν ἡ νεότης· ἀλλ' ὢν τῷ φρονήματι ἡνωμένος ὁ νεανίας, ἀφορμὴν δικαίαν ἁρπάζει εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς. καταλαβὼν γὰρ Ἐζεκίαν τὸν ληστὴν, [x] τὰ περιοικοῦντα τῆς Συρίας καταπολεμοῦντα σὺν μεγάλῃ δυνάμει, τοῦτον [y] καταφθείρει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν. σφόδρα δ' αὐτοῦ τὸ ἔργον τοῦτο ἠγάπησαν οἱ Σύροι· πολλοῖς γὰρ αὐτοῖς ἀπηλλάχθαι τῆς ληστείας τὴν χώραν, ἐκαθάρθησαν. ὕμνουν μὲν οὖν αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ [z] κατὰ κώμας καὶ πόλεις, [a] ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρεσχηκότα, καὶ ἀσφάλειαν τῶν κτημάτων ἀπολαῦσαν. ἐφίετο δὲ καὶ τοῦτο καὶ [b] Σέξτῳ Καίσαρι γνώριμος, ὄντι συγγενεῖ δὲ μεγάλου Καίσαρος, καὶ [c] διέποντι [d] τὴν Συρίαν. ζηλοῖ δὲ ἐμπικρῶς τὸν Ἡρῴδην πεπραγμένων φασαήλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ πρὸς τὴν δόκησιν αὐτοῦ κινηθεὶς [e] ἐφιλοτιμήσατο μὴ ἀπολειφθῆναι τῶν ὁμοίων εὐφημίας, [f] καὶ τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις δυναστεύοντας ἐπιέζετο, δι' αὐτοῦ μὲν ἔχων τὴν πόλιν, ὅτι δ' ἀπειροκάλως τοῖς πράγμασι προσφερόμενος, ἅτ' ἐξυβρίζων εἰς τὴν ἐξουσίαν. τοῦτ' Ἀντίπατρον ἐποίει θεραπείας χάριν δι' ἔθνους τυγχάνειν βασιλικῆς, καὶ τιμῶν οἷον ἂν τις [g] μεταλαμβάνοι τῶν ὅλων ὢν δεσπότης. ἐκεῖνο μέντοι τῶν ἐκ τούτων λαμπρότητος, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις, ἦδεν [h] τὸν πρὸς Ὑρκανὸν δύνοιάς καὶ πίστεως παρέδη.

γ'. Οἱ δ' ἐν τέλει τῶν Ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν Ἀντίπατρον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μεγάλως αὐξανομένους, δύνοίᾳ τε τῇ πρὸς τὸ ἔθνος καὶ προσόδῳ τῇ τε χάριτι τὸν Ἰουδαίας καὶ τὸν Ὑρκανοῦ χρημάτων, κακοήθως εἶχον πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ Φιλίππου Ἀντιπάτρου τοῦ πεπιστευμένου πρὸς τοὺς Ῥωμαίων αὐτοκράτορας καὶ χρήματα πέμψαι τὸν Ὑρκανὸν, αὐτὸς λαβὼν [i] νοσφίζεται τὴν δωρεάν. ὡς γὰρ ἰδίαν, ἀλλ' οὐχ ὡς Ὑρκανοῦ δεδόντος, ἔπεμψε. τοῦθ' Ὑρκανὸς οὐκέτι ἐφρόντιζεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἔχαιρεν. ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν Ἡρῴδην βίαιον καὶ πολεμικὸν, καὶ τυραννίδος ὀλιχόμενον· καὶ προσελθόντες Ὑρκανῷ, φανερῶς ἤδη κατηγόρουν Ἀντιπάτρου, καὶ "μέχρι "ποτ' ἔφασαν, ὦπαῖ τοῖς πραττομένοις ἡσυχάσεις; ἢ οὐχ ὁ-"ρᾷς Ἀντίπατρον μὲν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ τῷ δεχθῆναι δι-"ζωσμένους, [k] σωτῆρα τῆς βασιλείας ὄνομα μόνον ἀκούον-"τα. ἀλλὰ μὴ λανθανέτω σε ταῦτα, μηδὲ ἀκινδύνως "εἶναι νόμιζε, ῥαθυμῶν περὶ τε σωτῆρα καὶ τὴν βασιλείαν. "ὁ γὰρ ὑπάρχοντός σοι τῶν πραγμάτων Ἀντίπατρος καὶ οἱ "παῖδες αὐτοῦ νῦν εἰσι, μὴ ἂν ἀπάτᾳ σωτῆρα τοῦτο οἰόμε-"νος, ἀλλὰ δεσπότην φανερῶς ἀνωμολόγηται. καὶ γὰρ "Ἡρῴδης ὁ παῖς αὐτοῦ Ἐζεκίαν ἀπέκτεινε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, "παραβὰς τὸν ἡμέτερον νόμον, [l] ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον "ἀναιρεῖν καὶ πονηρὸν ὄντα, εἰ μὴ πρότερον καταψηφίσῃ "τοῦτο παθεῖν ὑπὸ [m] συνεδρίου· μὴ λαβὼν δὲ ἐξουσίαν "παρὰ σοῦ, ταῦτα ἐτόλμησεν.

δ'. Ὑρκανὸς δὲ, ἀκούσας ταῦτα, πίθεται· προσεξήψαν δὲ

Cum hucusque religio mihi fuerit quidquam in *numeris* mutare, absque auctoritate *MSS.* etiam hîc nolui κε'. pro ιε'. rescribere. id quod faciendum esse monuerunt viri quamplurimi eruditissimi, quos laudat *Casaubonus* in *Exercit.* c. *Baron.* 1. §. 34. quibus accedit *Casaubonus* etiam in *Epist.* 299. ut & *Montacutius* in *Exercit.* 10. p. 34. & in *Apparatu*, p. 194. *Lydiatus* in *Emendat. Temp.* p. 114. & *Keplerus* de *Anno Nat. Christi*, p. 52. immo demonstratum dederunt *Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 252. *Edit. Lond.* & *Noris*ius in *Cenotaphiis Pisanis*, *Dissert.* 2. c. 6. p 160. illis assentiente viro doctissimo *Antonino Pagi* in *Apparatu ad Annales Baronii*, p. 12. Quibus factum est ut nihil moremur Cl. *Harduinum* qui (in libro de *Nummis Herodiadum*, p. 334. *Edit. Amst.*) ex scribarum lapsu arripit occasionem sugillandi *Josephum*. Quam male autem sese tueatur ex verbis ὑφ' ἁπάντων ὁντι, perspicere licet omnibus, qui cum eo conferent *Is. Casaubonum* & *Antonium Pagi* in locis jam allatis.

x Τὰ περιοικοῦντα τῆς Συρίας] Conf. ἀλλων. lib. 1. c. 10. §. 5. SPANH.

y Καταφθείρει,] Συναφθείρει *Busb.* & *Hen.*

z Κατὰ κώμας καὶ πόλεις,] Ita etiam *Vet. Interpr.* κατ' τε χώρας καὶ κατὰ πόλιν *Busb.* κατὰ τὰς κώμας καὶ κατὰ πόλιν *Hen.*

a Ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρεσχηκότα,] Conf. ἀλλων. lib. 1. c. 10. §. 5. SPANH.

b Σέξτῳ Καίσαρι] Sextus Cæsar Συρίας ἡγεμὼν. REL.

c Διέποντι τὴν Συρίαν.] Διοικοῦντι τὴν Συρίαν· ἀλλων. lib. 1. c. 10. §. 5. SPANH.

d Τὴν Συρίαν.] Τὰ τῆς Συρίας *Hen.*

e Ἐφιλοτιμήσατο μὴ ἀπολειφθῆναι] Ἐφιλοτιμεῖτο *Busb.*

f Καὶ τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις] Καὶ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις δυναστείας *Busb.*

g Μεταλαμβάνοι] Προσλαμβάνοι *Hen.*

h Τὸν πρὸς Ὑρκανὸν δύνοιας] Τὰς πρὸς Ὑρκανὸν δύνοιας ὁ παρέδη καὶ πίστεως *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) Vel propositio ἐν aut ἀπὸ subintelligenda est, aut dicendum ἀδὴν ἐν τῷ scriptum fuisse à *Josepho*.

i Νοσφίζεται] —— ἔτιμψε.] Νοσφίζεται, ἀλλοτριοῖ *Hesychius.* quandoque pro *interfici* Æschyl. Choeph. v. 489. ἐκνοσφίσθαι· SPANH.

k Σωτῆρα —— ἀκούοντα.] Conf. ἀλλων. lib. 1. c. 10. §. 6. & supra §. 1. SPANH.

l Ὃς κεκώλυκεν —— συνεδρίου·] Conf. ἀλλων. lib. 1. c. 10. § 6. SPANH.

m Συνεδρίου.] Videsis Cl. *Seldenum* de *Synedriis* l. 2. c. 14. §. 3. & l. 3. 9. §. 1. & *Grotium* ad *Matt.* c. 5. v. 22.

a Πει-

ἢ αὐτὸ τὸ ὀργὴν ἓ αἱ μητέρες τ̃ τῶν Ἡρῴδ n πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ παρεκαλοῦσαν τ̃ βασιλέα ἓ τ̃ δῆμον, ἵνα δίκην Ἡρῴδης ἐν τῷ συνεδρίῳ τ̃ πεπραγμένων ὑπόσχῃ, διετέλουν. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων Ὑρκανὸς Ἡρῴδην ἐκάλει δικασόμενον, ὑπὲρ ὧν διεβάλλετο. ὁ δ' ἦκε, ἓ πατρὸς ο αὐτῷ παραινέσαντος, μὴ ὡς ἰδιώτης, μ̃ δ' ἀσφαλείας p παρασκευῇ εἰσελθεῖν, καὶ φυλακῆς τ̃ περὶ τὸ σῶμα, τά τε κατὰ τὴν Γαλιλαίαν ἐν ἐνόμισεν q αὐτῷ συμφέρειν τρόπον ἁρμοσάμενος, καὶ r μ̃ σὺν ὄχλῳ ἀποχρῶντι αὐτῷ πρὸς τὴν ὁδὸν, ὡς μήτε ὀπτοφόβου Ὑρκανῷ s δόξειε μ̃ μείζονι παρασκευῇ παραγινόμενος τάγματι, μήτε γυμνὸς καὶ t ἀφυλάκτως ἴοι πρὸς τὴν δίκην. Σέξτος μέντοι, ὁ τ̃ Συρίας ἡγεμών, γράμμασι παρακαλῶν Ὑρκανὸν ἀπολῦσαι τ̃ Ἡρῴδην ἐκ τ̃ δίκης, καὶ προσαπειλῶν παρακινδυνεύσειν. u τῷ δ' ἰδίᾳ ἀφορμῇ v καὶ τὰ παρὰ ἓ Σέξτου γράμματα, πρὸς τὸ μηδὲν ἐκ ἓ συνεδρίου παθόντα ἀπολῦσαι τ̃ Ἡρῴδην· ἠγάπα γὰρ αὐτὸν ὡς υἱόν. καταστὰς οὖν ἐν τῷ συνεδρίῳ μετὰ ἓ σὺν αὐτῷ πάγματος Ἡρῴδης, w κατέπληξεν ἅπαντας, καὶ κατηγορεῖν ἐθάρρει τὸ λοιπὸν ἁδεὶς τῶν περὶ ἀφικέσθαι παραλλόντων· ἀλλ' ἡ σιωπὴ συνεχὴς, καὶ ἓ τί χρὴ ποιεῖν ἀπορία. παρακειμένων δ' ἤδη, εἷς τις x Σαμέας τέκνωμα, δίκαιος ἀνὴρ, καὶ παρὰ τοῦτο ἓ y δεδιέναι κρείττων, ἀναστὰς z εἶπεν· "Ἄν-
"δρες συνέδροι καὶ βασιλεῦ, εἰς δίκην μὲν ἔτ' αὐτὸς
"οἶδά τινα τῶν πώποτε a ὑπ' αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κε-
"κλημένων ἥτω παρασκευήν, ἥτε ὑμᾶς ἔχειν εἰπεῖν
"ὑπολαμβάνω· ἀλλὰ πᾶς ὅστις δίκαι' οἶμαι εἰς
"τοῦτο τὸ συνέδριον κεκλησόμενος, ταπεινὸς παρέστω,
"τῇ χρήματα δεδοικὼς, τῇ ἔλεον ἠρωμένος παρ' ἡμῶν,
"b κόμην τε ὑπτιοτέψας τῇ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδυμένος.
"ὁ δὲ βέλτιστος Ἡρῴδης, c φόνου δίκην φεύγων ἓ ἐπ' αἰ-
"τίᾳ τοιαύτῃ κεκλημένος, ἔσηκε τὴν πορφύραν πε-
"κείμενος, τῇ τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ σωφρο-
"τ κόμης, τῇ πρὸ αὐτὸν ἔχων ὀφθαλμὸς, ἵν' ἂν κατα-
"κρίνωμεν αὐτὸν τ̃ τὸν νόμον, κλείνῃ μὲν ἡμᾶς, αὐ-
"τὸς δ' σωθῇ βιασόμενος τὸ δίκαιον. ἀλλ' Ἡρῴδῃ μὲν
"ἔτι τούτοις σὺν ἂν μεμψαίμην, εἰ τὸ αὐτῷ συμφέρον
"πρείττων πρὸ τοῦ ὄντος ἢ τὸ νόμιμον· ὑμᾶς δ' καὶ τ̃
"βασιλέα τοσαύτην ἄδειαν αὐτῷ παρακόντας. ἴστε μέν-
"τοι μέγαν τ̃ θεὸν, τ̃ ἔστ' ὂν νῦν δι' Ὑρκανὸν ἀπολῦ-
"σαι βούλεσθε, d τάδε ὑμᾶς παρὰ τ̃ αὐτὸν τ̃ βασιλέα."
δήμαρτε δ' ὀλίγον τ̃ εἰρημένων. ὁ γὰρ Ἡρῴδης, τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ,

insuper ejus iram accenderunt matres occisorum ab Herode. nam & illæ singulis diebus in fano regem & populum orare non intermittebant, ut pro factis coram Synedrio * judicium subiret Herodes. His itaque commotus Hyrcanus Herodem evocat *ad dicendam causam super iis quorum insimulabatur. Herodes vero eò veniebat, cum hoc eum monuisset pater, ut non privati hominis more, sed cum præsidio corporisque custodia *Hyrcanum* adiret, compositis Galilææ rebus quo modo è re sua esse judicavit, tantoque comitatu, quantus ei ad iter satis esset, ut nec Hyrcano metuendus videretur, si cum majoribus copiis veniisset, neque nudus & incustoditus committeret se judicio. † Veruntamen Sextus Syriæ præses Hyrcanum literis monuit, ut Herodem ‡ judicio liberaret, minis si non pareret adjectis. Huic autem in causa erant literæ à Sexto acceptæ, quod Herodem nullo à Synedrio supplicio affectum dimiserit; quippe quem amaret ut filium. Postquam vero Herodes in Synedrio cum agmine constitit, omnes perculit, & de cætero nemo *illorum* ausus est accusationem instituere, qui in eum antequam veniret invehebantur: sed *altum* erat silentium, & quid agi deberet dubitatio. Rebus autem sic se habentibus, unus quispiam nomine Sameas, justus homo, ideoque timere nescius, surrexit, & *in hunc modum* verba fecit: "Equidem, viri mecum judi-
"ces, tuque ô Rex, neque ipse quenquam unquam
"novi, neque vos nominare posse arbitror, qui in
"judicium apud vos ut causam diceret vocatus ita
"stiterit: quin quisquis omnium unquam in hoc
"synedrium venit judicium subiturus, humilis
"comparet, & habitu metuentis, & à nobis mise-
"ricordiam aucupantis, capillis promissis *horridus*,
"& veste pulla indutus. At iste bonus Herodes,
"cædis reus, & ob tam grave crimen appellatus,
"astat hîc purpura amictus, & caput ornatus cæ-
"sarie *pulchre* composita, & armatis hominibus sti-
"patus, ut si eum ex lege condemnaverimus, tru-
"cidet nos; ipse vero violato jure evadat. At He-
"rodem haud equidem ob ista reprehenderem, si
"utilitatis suæ majorem quam legum rationem
"habuerit: sed vosmet & Regem, qui tantam ei
"licentiam præbuistis. Veruntamen scitote po-
"tentem esse Deum, & quod iste, quem nunc pro-
"pter Hyrcanum vultis absolvere, & vos aliquan-
"do & ipsum Regem *merita* pœna afficiet." Nihil autem deceptus erat in iis quæ dixit. nam Herodes, regnum adeptus, omnes qui tum fuerant in Syrie-

Herodes in judicium vocatur.

Sameæ oratio contra Herodem.

Sameas postea magno in honore apud Herodem.

n Πεφονευμένων.] *Sc.* eorum qui erant cum Ezechia, ut dicit *Pseudo-Gorionides*, l. 6. c. 44.

* *Judicium subiret Herodes.*] Ita placuit interpretari δίκην ὑπέχειν: quæ verba in aliis auctoribus sonant, *pœnas subire*. Ut coram confessu judicum facti sui rationem cogeretur reddere, *Gelen.* Ut facti causam diceret coram concilio, *Castal.* Ante concilium de actis suis redderet rationem, *Epiphan.*

* *Ad dicendam causam super iis quorum insimulabatur.*] Rationem redditurum de iis quorum accusabatur, *Aliis.* Satisfacturum de criminibus sibi illatis, *Epiphan.*

o Αὐτῷ παραινέσαντος,] Αὐτὸν solus *Busb.*

p Προεισελθεῖν,] Εἰσελθεῖν *Hen.* & *Busb.*

q Αὐτῷ συμφέρειν τρόπον ἁρμοσάμενος,] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Epiphan.* αὐτὸς in *ceteris.*

r Μετὰ σφοδρᾶς ἐπιχωρῶντος] Μετὰ καρτερᾶς σφόδρα· ἀλλοι. lib. 1. c. 10. §. 7. SPANH.

s Δόξειε μ̃ μείζονος] Sic *Basil. Busb.* & *Hen.* δόξειν *Gen.* & *aliquot MSS.*

t Παραγινόμενος τάγματος,] Ita *Hen.* παρασκευόμενος in *reliquis.*

v Ἀφυλάκτως ἴοι] Ἀφύλακτος ἴοι *Vat.* ἀφύλακτος ἴοι *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

† *Veruntamen Sextus Syriæ*] Imo & Sextus Syriæ rector, *Epiphan.* Syriæ præses, *Aliis.*

‡ *Judicio liberaret*,] *Al.* crimine absolveret.

x Τῷ δ' ἰδίᾳ ἀφορμῇ] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* τὸ δ' ἴδιον in *Editis Aliisque.* τούτῳ δ' ἰδίᾳ legendum esse conjecerat Cl. *Lowthius.*

y Καὶ τὰ παρὰ Σέξτου γράμματα,] Καὶ τὸ παρὰ Σέξτου γράμμα *Busb.*

z Κατέπληξεν ἅπαντας,] Κατέπληξε πάντας.

a Σαμέας τέκνωμα,] Σαμαίας ὄνομα *Hen.* Σαμαῖος ὀνόματι *Busb.* & *Zonar.* Vide *Annott.* sub initium libri xv. HUDS. Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 3. §. 5. SPANH.

b Δεδιέναι κρείττων,] Ita cum *Busb.* & *Hen.* δεδοικὼς in *Editis Aliisque.*

c Εἶπεν·] Hæc conveniunt cum historia, quam Talmudici narrant de Simeone ben Shetach. Gem. Sanhedrin. 19. 2. REL.

d Ὑπ' αὐτῆς] Ὑφ' ὑμῶν legisse videtur *Epiphan.* qui vertit *à vobis.* id quod monuit Cl. *Lowthius.* Forsan ὑπ' ἐμοῦ.

e Κόμῃ τε ὑπτιοτέψας] Id opponitur homini τῇ κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τ̃ κόμης, uti liquet ex iis quæ mox sequuntur. Id Hebræi dicunt גדל פרע & ראש פרוע, quod caput incomtum indicat & comas non in statione positas sed demissas. Vetus Scholiastes Juvenalis Sat. xv. 137. *puellares capilli tristitia & squalore longiores. Cum enim rei tenemur & capillos demittimus.* Solebant veteres non fœminæ modo sed viri capillos componere. Servius id docet ad x Æneid. *Antiquo more quo viri sicut mulieres componebant capillos. Quod verum esse statuæ nonnullæ antiquorum docent & persona, quas in tragœdiis videmus, similes in utroque sexu quantum ad ornatum pertinet.* REL.

f Φόνου δίκην φεύγων] Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 10. §. 7. SPANH.

g Κολάσῃ ——— βασιλέα.] Hæc non Sameæ, sed Pollioni tribuit infra lib. 15. c. 1. §. 1. De Pollione & Samea eorumque sectatoribus eod. libr. c. 10. §. 4. & lib. 15. c. 10. § 1. SPANH. Simillimam plane de Julio Cæsare divinationem monitionemque Sullæ eventus quoque, teste Suetonio, comprobavit. *Vincerent*, ajebat apud illum in Vita Cæsaris cap. 1. *ac sibi haberent; dummodo scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque Optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum.* HAV.

Synedrio, atque adeo Hyrcanum ipsum, interfecit, excepto Samea. ipsum enim propter ejus justitiam magno habebat in honore; quodque, postea obsessa urbe ab Herode & Sosio, populum monuisset, ut Herodem admitterent, dicendo, *ipsos* eum propter peccata effugere non posse. Et de istis quidem suo loco dicemus.

Hyrcanus finit Herodem effugere.

Herodes ad Sextum Cæsarem proficiscitur.

5. Hyrcanus vero videns eos, qui in Synedrio erant, in Herodis mortem incitatos, judicium in alium diem distulit, & clam Herodi consultum misit ut ab urbe profugeret: ita enim ex periculo evasurum. Et ille quidem Damascum se, ut Regem fugiens, contulit. Cumque ad Sextum Cæsarem venisset, reliquas suas in tuto collocasset, ita erat animatus, ut si denuo vocaretur ad Synedrium in judicium, non obtemperaret. Illi vero indignabantur qui in Synedrio erant, & Hyrcanum docere conabantur, ea omnia contra ipsum facere. idque eum non latebat, sed quid ageret non habebat, præ ignavia atque vecordia. Cum autem Sextus Herodem Cœles-Syriæ præsidem fecisset (hoc enim ipsi pecuniâ vendiderat *imperium*) erat Hyrcanus in metu, ne Herodes sibi etiam bellum inferret: * id quod non multo post hunc metum accidit. Veniebat utpote Herodes exercitum in ipsum ducens, iratus ei ob judicium, & quod ad causam dicendam in Synedrio vocatus fuisset. Verum *ejus* pater Antipater & frater, eum prohibuerunt ab impressione in Hierosolyma faciendâ, ei *quidem* obviam profecti, atque impetum illius deprecati, hortatique ne quid *hostile* moliretur, nec ultra quam minis terrorem incutiendo procederet adversus eum, cujus beneficio ad hanc dignitatem provectus est. Atque orabant, ut indignanti, quod citatus fuerit ut judicio se sisteret, in memoriam veniret & quod fuerit dimissus, atque adeo gratiam haberet, & non ad severiora se reciperet, & pro salute accepta ingratum semet ostenderet: utque secum reputaret, quod, si belli casus Deus regit & moderatur, eo magis erit in incerto expeditionis eventus, adeoque victoriam non omnino ipsi sperandam esse, bellum illaturo regi & socio, qui multis *ipsum* affecerit beneficiis, nihil vero gravius in eum admiserit; & quod ad ea quorum insimulatur, ut ut per malos consiliarios, per se nullam ipsi suspicionem dederit, feceritve quidpiam quod rei durioris speciem præ se ferebat. Istis flectitur Herodes, arbitratus sibi satis esse ad *futuras* spes ratas habendas, quod hoc saltem assequutus esset ut genti potentiam suam ostenderet. Et hoc quidem in statu erat Judæa.

Ab eo Cœle-Syriæ præficitur.

Suadetur Herodi, ne bellum inferat Hierosolymitanis.

κὴ Υρκανὸν αὐτὸν, [h] χωρὶς ⸗ [i] Σαμέα. σφόδρα γὰρ αὐτὸν ἀφὲ τὴν δικαιοσύνην ἐτίμησε, κὴ ὅτε ἡ πόλεως μὴ ταῦτα πολιορκουμένης ὑπό τε Ηρώδου κὴ [k] Σοσίου, παρήνεσε τῷ δήμῳ δέξασθαι τὸν Ηρώδην, εἰπὼν, ἀφὲ τὰς ἁμαρτίας ἃ [l] δύναται ἀφυγεῖν αὐτόν. κὴ περὶ μὲν τούτων κὴ χώραν ἐρῦμεν.

ε'. Υρκανὸς ⸗ ὁρῶν ὠρμημένους πρὸς τὴν ἀναίρεσιν [m] Ηρώδου τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, τὴν δίκην εἰς ἄλλην ἡμέραν [n] ἀνεβάλετο, κὴ πέμψας κρύφα πρὸς Ηρώδην, [o] συνεβούλευσεν αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως· ἔστω γὰρ τὸν κίνδυνον ἀφευξεσθαι. κὴ ὁ μὲν ἀνεχώρησεν εἰς Δαμασκὸν, ὡς φεύγων τὸν βασιλέα. κὴ [p] ἀγανακτούντων πρὸς Σέξτον Καίσαρα, κὴ τὰ καθ' αὐτὸν ἀσφαλισαμένων, ὅτως εἶχεν, ὡς εἰ καλοῖτο πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὑπὲ δίκην οὐκ ὑπακουσόμενον. ἠγανάκτουν δ' οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ, κὴ τὸν Υρκανὸν ἐπῄρωντο διδάσκειν, ὅτι πάντα ταῦτ' εἴη κατ' αὐτό. τὸ δ' οὐκ ἐλάνθανε μὲν, πρᾶξιν δ' οὐδὲν εἶχεν ὑπὸ ἀναυδείας κὴ ἀνοίας. Σέξτου ⸗ πωλήσαντος Ηρώδῃ στρατηγὸν τῆς Κοίλης Συρίας, [p] χρημάτων γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο, Υρκανὸς ἦν ἐν φόβῳ μὴ στρατεύσηται Ηρώδης [q] κὴ ἐπ' αὐτόν. ὃ πολὺ ⸗ [r] τούτου δέος ἐβεβήδωκεν. ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ Ηρώδης [s] στρατὸν ἐπ' αὐτὸν, ὀργιζόμενον τῆς δίκης αὐτῷ κὴ τοῦ κληθῆναι [t] πρὸς τὸν λόγον ὑποσχεῖν ἐν τῷ συνεδρίῳ. διεκώλυσαν δ' αὐτὸν [v] προσβαλεῖν τοῖς Ιεροσολύμοις, ὑπαντήσαντες ὅ, τε πατὴρ Αντίπατος κὴ ὁ ἀδελφὸς, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ καταπαύσαντες, καὶ προσκαλέσαντες [x] ἔργῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, καταπληξάμενον ⸗ ἁπλῶς [y] μόνον, μὴ χωρῆσαι περαιτέρω κὴ τοῦ προσχόντος αὐτὸν εἰς τοῦτο παρελθεῖν τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε πρὸς ⸗ [z] κληθέντα ὑπὲ [a] δίκην ἐλθεῖν ἀναπτοιοῦντα, μεμνῆσθαι καὶ τῆς ἀφέσεως, καὶ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, καὶ μὴ πρὸς μὲν τὸ σκυθρωπότερον ἀπαντᾶν, πρὸς ⸗ τῆς σωτηρίας ἀχαριστεῖν· λογίζεσθαι ⸗, ὡς, [b] εἰ κὴ πολέμου ῥοπὰς βεβαιεῖ τὸ θεῖον, πλέον ἐστὶ τῆς στρατιᾶς τὸ ἄδηλον, διὸ κὴ τὴν νίκην μὴ πάντη πρόσδοκᾶν μέλλοντα πολεμεῖν βασιλεῖ κὴ σωτῆρι, κὴ πολλὰ μὲν ὠφεληκότι, μηδὲν ⸗ χαλεπὸν [c] αὐτὸν εἰργασμένῳ, πρὸς ⸗ ὧν ἐγκαλοίη, ἀφὲ πατρὸς συμβέλους, ἀλλὰ μὴ δι' αὐτὸν, ὑποψίαν αὐτῷ κὴ σκιὰν δυσκόλου τινὸς [d] παρεχημένῳ. πείθεται τούτοις Ηρώδης, ὑπολαβὼν εἰς τὰς ἐλπίδας ἀποχρῆναι [e] αὐτῷ κὴ τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξασθαι τῷ ἔθνει μόνον. κὴ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ιουδαίαν ὧδε εἶχεν.

CAP. X.

Honos à Romanis aliisque gentibus habitus Judæis, & fœdera cum illis inita.

Hyrcani legatio ad Cæsarem.

CÆsar vero, *Syria* Romam profectus, navigationem in Africam adornabat, cum Scipione & Catone bellum gesturus. Cæterum Hyrcanus ad eum misit rogatum, ut amicitiam secum initam

ΚΕΦ. ί'.

Ρωμαίων κὴ ἄλλων ἐθνῶν τιμαὶ κὴ συμμαχίαι πρὸς τοὺς Ιουδαίους.

[f] Ο δὲ Καῖσαρ, διελθὼν εἰς Ρώμην, ἔτοιμος ἦν πλεῖν ἐπ' Αφρικῆς, πολεμήσων Σκιπίωνι κὴ Κάτωνι. πέμψας δ' Υρκανὸς πρὸς αὐτὸν, παρεκάλει βεβαιῶ-

h Χωρὶς —— πολιορκουμένης] Vid. infra lib. 15. c. 1. §. 1. SPANH.

i Σαμέα.] Σαμαία *Busb.* & *Hen.*

k Σοσίου.] Σοσσίου in aliquot *MSS.*

l Δύναται ἀφυγεῖν αὐτόν.] Ita *Hen.* δυήσεσθαι ἀφυγεῖν *Busb.* δύναθε φυγεῖν in *Editis.*

m Ηρώδου] Τῶ Ηρώδου *Hen.* τὴν Ηρώδου *Lugd. Bat.*

n Ανεβάλετο,] Ita *Busb.* ἀνεβάλλετο in *cæteris.*

o Συνεβούλευσεν αὐτῷ] Συνεβούλευεν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

p Χρημάτων γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο.] Ita cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* χρημάτων δ' αὐτῷ τοῦτο *Basil.* χρημάτων δ' αὐτῷ τοῦτο *Gen. Aliique.* HUDS. F. ἀφὲ χρημ. nam hoc ei pecuniis vendidit *Rufin.* SPANH.

* *Id quod non multo post hunc metum accidit.*] Nec morabatur diu post hunc metum sed ven. *Schotan.*

q Καὶ ἐπ' αὐτόν.] Illud κ. ex *MSS.* est.

r Τούτου δ' δέος ἐβεβήδωσεν.] Τῶ δεῖος *Vat.* τὸ δεῖος *Busb.*

s Στρατὸν] *Lugd. Bat.* στρατιὰν.

t Πρὸς τὸν λόγον ὑποσχεῖν] Ita *Basil.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* πρὸς τὰ λ. *Gen. Aliique.*

v Προσβαλεῖν τοῖς Ιεροσολύμοις,] Προσβάλλειν *Busb.*

x Ἔργῳ] *L. B.* Ἔργων.

y Μόνον] Μόνου deëst *Busb.* μόνη legit *Hen.* & *Lugd. Bat.*

z Κληθέντα] Κληθῶσι *Busb.* qui mox omittit ἰλθεῖν, & (post χάριν infr.) αὐτῷ pro αὐτῆς reponit.

a Δίκην] *L. B.* δίκης.

b Εἰ κὴ —— ἄδηλον,] Eadem *Ἀλωσ.* lib. 1. c. 10. §. 9. nisi quod ibi τῆ στρατείας τὸ ἄδικον· SPANH.

c Αὐτὸν εἰργασμένῳ] Εἰς αὐτὸν εἰργασμένῳ *Hen.* & *Lugd. Bat.*

d Παρεχημένῳ.] Παρεχημένου *Hen.* qui mox legit πολὺ ⸗ τούτοις ὁ Ηρώδης.

e Αὐτῷ κὴ τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξασθαι] Αὐτῷ τὸ κὴ *Hen.* & *Vat.*

f Ο ⸗ Καῖσαρ,] Καῖσαρ ⸗ ἐλθὼν εἰς Ρώμην *Busb.*

g Συμ-

ξαιώσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ [g] συμμαχίαν. [h] ἔδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶναί μοι πάσας ἐπελθεῖν τὰς γεγενημένας Ρωμαίοις καὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν αὐτῶν τιμὰς καὶ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθνος ἡμῶν, ἵνα μὴ λανθάνῃ τὰς ἄλλας ἅπάσας, ὅτι καὶ οἱ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῖς διὰ παντὸς ἔχον ἡμᾶς, τήν τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τὴν πίστιν ἀγαπήσαντες. ἐπεὶ ἦ πολλοὶ, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς δυσμένειαν, ἀπιστοῦσι τοῖς ὑπὸ Περσῶν καὶ Μακεδόνων ἀναγεγραμμένοις περὶ ἡμῶν, τῷ μὴ καθ' ἅπαντα παντα-χοῦ μηδὲ ἐν τοῖς δημοσίοις ἀποκεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ παρ' ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ τισιν ἄλλοις τῶν Βαρβάρων· πρὸς ἦ τὰ ὑπὸ Ρωμαίων δόγματα οὐκ ἔστιν ἀντιφέρειν, ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἀνακειμένοις τόποις τῶν πόλεων, καὶ ἐπὶ νεὼ ἐν τῷ [i] Καπετωλίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν στήλαις ἀναγεγράφθαι χαλκαῖς. [k] ἃ μὲν οὖν ἀλλὰ Καῖσαρ Ἰούλιος, τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [l] Ἰουδαίοις ποιήσας χαλκῇ στήλῃ, ἐδήλωσεν, ὅτι [m] Ἀλεξανδρέων πολῖταί εἰσιν. ἐκ τούτων ποιήσομαι καὶ τὴν ἀπόδειξιν. παρεθήσομαι ἦ καὶ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, πρός τε Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν.

β. "[n] ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, ΑΥΤΟΚΡΑ-"ΤΩΡ, καὶ ἀρχιερεὺς, δικτάτωρ τὸ δεύτερον, Σιδωνίων "ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. εἰ ἔρρωσθε εὖ ἂν ἔχοι, "κἀγὼ ἦ ἔρρωμαι σὺν τῷ στρατοπέδῳ. Τῆς γεγραμμένης ἀντι-"γράφου ἐν τῇ δέλτῳ πρὸς Ὑρκανὸν τὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρ-"χιερέα καὶ ἐθνάρχην Ἰουδαίων, πέπομφα ὑμῖν τὸ ἀντίγραφον, "ἵνα ἐν τοῖς δημοσίοις ὑμῶν ἀνακείμ[ενον] γράμμασι. βούλομαι "ἦ καὶ Ἕλλησι καὶ Ρωμαίοις ἐν δέλτῳ χαλκῇ τεθῆ ἀναγρα-"φῆναι. ἔστι ἦ δὲ τὸ τοῦ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκρά-"τωρ τὸ δεύτερον, καὶ ἀρχιερεὺς, μετὰ συμβουλίου γνώμης "ἐπέταξα. Ἐπεὶ Ὑρκανὸς Ἀλεξάνδρου Ἰουδαῖος, καὶ νεῖ καὶ "ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, ἔν τε εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ, πίστιν τε "καὶ ἀνδρίαν περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐνεδείξατο, ὡς "αὐτῷ πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν αὐτοκράτορες, [o] καὶ ἐν τῷ "ἔγγιστα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πολέμῳ μετὰ χιλίων πεντακοσίων "στρατιωτῶν ἦκε συμμαχῶν, καὶ πρὸς Μιθραδάτην διατε-"θαλεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πάσας ἀνδρείᾳ τοὺς [p] ἐν τάξει ὑπερέ-"βαλε, διὰ ταῦτας τὰς αἰτίας Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ "τέκνα αὐτοῦ ἐθνάρχας Ἰουδαίων εἶναι βούλομαι, ἀρχιερω-"σύνην τε Ἰουδαίων διὰ παντὸς ἔχειν [q] κατὰ πάτρια ἔθη, εἶναί "τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῖν, ἔτι τε ἐν "ἐν τοῖς [r] κατ' ἄνδρα φίλοις ἀριθμεῖσθαι, ὅσα τε καὶ τοὺς "ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν [s] ἀρχιερατικὰ ἢ φιλανθρωπά· "ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν ἐν τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἐὰν ἦ "μεταξὺ νῦν τις ζήτησις περὶ τῶν Ἰουδαίων ἀγωγῆς, "ἀρέσκει μοι κρίσιν γενέσθαι παρ' αὐτοῖς. ἀδικημάτων "ἦ ἢ ζημίας πράσσεσθαι οὐ δοκιμάζω.

γ. "[x] ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ὑπάτου δεδογμένα;

& ſocietatem *denuo* firmaret. Mihi autem *jam* neceſſarium eſſe viſum eſt percenſere omnes honores genti noſtræ à Romanis eorumque imperatoribus habitos, & ſocietatis fœdera *memorare*, ut alios univerſos non lateat, quod & Aſiæ & Europæ reges noſtrûm ſtudioſi fuerint, ex amore fortitudinis noſtræ fideique. Siquidem multi, propter ſuum in nos odium, nolint animum inducere ut iis credant quæ Perſæ & Macedones de nobis ſcripſerunt, quod ea non ubique compareant, neque in locis publicis exſtent, ſed apud nos & alios quoſdam Barbarorum adſerventur: non eſt tamen quod Romanorum decretis vel quidquam contradicant; nam in urbium locis publicis repoſita ſunt, & etiamnum in Capitolio, idque columnis æreis inſcripta. Quin & Julius Cæſar, Judæis qui Alexandriæ ſunt factâ æneâ columnâ, palam fecit *omnibus*, eos cives Alexandrinos eſſe. atque ex iſtis rem demonſtrabo. præterea etiam decreta à ſenatu facta & Julio Cæſare apponam, quæ ad Hyrcanum gentemque noſtram ſpectant.

Recenſio honorum Judæis habitorum à Romanis Aſiiſque.

2. "CAIUS JULIUS CÆSAR, IMPE-"RATOR, & pontifex maximus, dictator ite-"rum, Sidoniorum magiſtratibus, ſenatui, popu-"lo ſalutem. Si valetis bene eſt, ego quoque & "exercitus valemus. Miſi ad vos exemplar decre-"ti in tabulas relati, quod ad Hyrcanum Alexan-"dri filium, pontificem & ethnarcham Judæum, "attinet, ut in veſtris actis publicis reponatur. "Volo etiam ut Græce Latineque tabulis æreis "mandetur. Eſt autem hoc. JULIUS CÆSAR "imperator iterum, & pontifex maximus, ex con-"cilii ſententia decrevi. Quoniam Hyrcanus Ale-"xandri *filius* Judæus, & nunc & ſuperioribus "temporibus, tam pace quam bello, fidem & di-"ligentiam noſtris in negotiis præſtitit, id quod "ei multi Imperatores atteſtati ſunt; & nuperri-"me in bello Alexandrino in auxilium venit cum "mille & quingentis militibus, & ad Mithrada-"tem à me miſſus omnes in agmine fortitudine "ſuperavit; has ob cauſas Hyrcanum Alexandri "*filium*, filioſque ejus Judæorum ethnarchas eſſe "volo, & pontificatum Judæorum perpetuo reti-"nere more patrio; eſſeque ipſum & filios ejus "ſocios nobis, prætereaque in ſingularibus amicis "recenſeri; quæcunque etiam, propriis illorum le-"gibus ad pontifices pertinent, aut *aliorum* beni-"gnitate illis conceſſa ſunt, ipſum filioſque ejus "habere jubeo: ſiqua vero inter eos de Judaicis "inſtitutis quæſtio oriatur, placet mihi judicium "penes ipſum eſſe. ut vero illic hyemetur, aut "pecuniæ ab illis exigantur, mihi non placet.

C. Julii Cæſaris litera ad Sidonios & decretum in gratiam Judæorum.

3. "CAII CÆSARIS conſulis placita, con-"ceſſa,

Alia à C. Cæſare decreta.

g Συμμαχίαν.] Poſt *συμμαχίαν* adjicit *Busb.* ὁ ἦ, μετὰ τὰ συγκλήτου, δόγματα ταῦτα ποιοῦμαι. dein ſtatim ſubjicit ea quæ ſequuntur, ταῦτά τε Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν, reliquis omnibus quæ in medio ſunt omiſſis.

h Ἔδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶναί.] Ἔδοξα *Gall.*

i Καπετωλίῳ.] Καπιτωλίῳ *Gall.*

k Οὐ μὲν ἀλλὰ Καῖσαρ Ἰούλιος.] Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ Κ. *Vat.*

l Ἰουδαίοις ποιήσας χαλκῇ στήλῃ.] Ita diſtinxi. antea erat, Ἰουδαίοις, ποιήσας χαλκῇ στήλῃ ἐδήλωσεν, ὅτι.

m Ἀλεξανδρέων πολῖταί εἰσιν.] Conf. ſupr. c. 7. §. 2. SPANH.

n Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ.] Γ. Ι. Κ. αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ δεύτερον, καὶ ἀρχιερεύς malit *Petitus* in *Animadv. ineditis.* tom. 2. p. 24. aut potius αὐτοκράτωρ β. ἀρχιερεύς, δικτάτωρ τὸ δεύτερον. p. 25.

o Καὶ ἐν τῷ ἔγγιστα.] Hæc verba non ſinunt nos dubitare (inquit *Petitus* p. 24.) quin Hyrcanus ipſe in Ægyptum venerit cum auxiliis ad Cæſarem, prout teſtatur *Strabo* apud noſtrum paulo ſupra, cap. 8. §. 3.

p Ἐν τάξει.] *L. B.* ἐν τι τάξει. Legendum ἐν τῇ τάξει. HAV.

q Κατὰ πάτρια ἔθη.] Κατὰ τὰ πάτρια ἔθη *Vat.* & *Lugd. Bat.*

r Κατ' ἄνδρα φίλοις.] Inter varia amicorum epitheta, frequens eſt illud apud Latinos, quo *ſingulares* dicuntur. Id uſurpaverat dubio procul Julius Cæſar in hoc decreto. unde *Joſephus*, vel ſi quis alius ejus interpres Græcus, vocem Latinam minus intelligens κατ' ἄνδρα vertit. *Vetus Interpres* habet, *inter viros amiciſſimos eſſe cenſendos.* bene ad ſenſum, quanquam errore Græco, ni fallor, nequaquam percepto. *Cotelerius* in notis ad *Monumenta Eccleſ. Gr.* ad p. 64 *Tom.* 2.

s Ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα.] Ita primus reſcribendum eſſe monuit *Iſ. Caſaubonus*, teſte *Seldeno* in lib. 2. *de Synedriis*, c. 15. §. 12. id quod firmatur ex ſequentibus, §. 6. & ex *Cotelerio* in notis ad *Tomum* prædictum, ad p. 180. Ἀρχιερατικῶς καὶ φιλανθρώπως reponendum cenſet *Petitus* in *Animadv. ineditis*, tom. 2. p. 26. HUDS. Vel ἀρχιερατικὸν καὶ φιλάνθρωπον, immo ex MSS. ἀρχιερατικὰ καὶ φιλάνθρωπα· *Selden. de Succeſſ. Pontif.* ex Caſaubono p. 137. SPANH. Quum itaque optimus *L. B.* lectioni Caſaub. adſtipuletur, non eſt cur de alia ſolliciti ſimus. HAV.

t Γενέσθαι παρ' αὐτῷ.] *L. B.* γίνεσθαι παρ' αὐτοῖς.

v Πρέσεσθαι.] *L. B.* πράττεσθαι.

x Γαΐου Καίσαρος ὑπάτου.] Γαΐου Καίσαρος αὐτοκράτορος, ὑπάτου *Vat.* ὑπ' αὐτῷ *Lugd. Bat.* Γαΐου Καίσαρος, δικτάτορος, ὑπάτου legiſſe videtur *Epiphan.* Verum (ut inquit *Petitus*, p. 59.) excidit nota numeralis, quam repone Γ. Κ. ὑπάτου τ. Sed & alia deſunt. nam Hyrcani mentio certe præceſſerat, unde hîc habes cum pronomine relativo, ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ, Hyrcani ſcilicet. Præterea verba illa Γαΐου Καίσαρος ὑπάτου videntur ita accipi debere ut ſint nota temporis quo factum eſt decretum, *C. Cæſare Coſ.* nam vix eſt ut ſignificent iſta à Cæſare decreta & conceſſa: cum ad hunc ſenſum exprimendum addi oporteat præpoſitio.

y Πρε-

"ceſſa, decreta, ita ſe habent. Ut filii ejus princi-
"patu Judæorum gentis & locis ſibi conceſſis
"fruantur; atque pontifex ipſe & Judæorum eth-
"narcha eos defendat qui injuria afficiuntur. mit-
"tendoſque eſſe ad Hyrcanum Alexandri filium
"Judæorum pontificem legatos de ſocietate & a-
"micitia acturos; æreamque tabulam iſta conti-
"nentem dedicandam, & in Capitolio, & apud
"Sidonem & Tyrum, & Aſcalonem, & in tem-
"plis inſcriptam Romanis Græciſque literis; *cu-*
"*randumque* ut & hoc decretum ad omnes ſingu-
"larum urbium quæſtores earumque prætores &
"ad amicos *ſuos* perferantur, quò legatis lautia
"præbeantur, & mandata hæc paſſim divulgen-
"tur.

C. Cæſaris alterum decretum.

4. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator,
"conſul, honoris & virtutis & benignitatis ergo,
"conceſſit, quod felix fauſtumque ſit ſenatui
"populoque Romano, uti Hyrcanus Alexandri
"filius, & pariter ac ipſe ejus filii, pontifices &
"ſacerdotes fiant Hieroſolymorum totiuſque gen-
"tis, eodem jure rituque quo & majores eorum
"ſacerdotium tenuerunt.

Ejuſdem aliud decretum.

5. "CAIUS CÆSAR, quintùm conſul, de-
"crevit, ut iſti habeant muniantque Hieroſolymo-
"rum urbem, atque Hyrcanus Alexandri *filius* Ju-
"dæorum pontifex & ethnarcha eam occupet
"quemadmodum ipſe voluerit: & ut Judæis ſe-
"cundo *quoque* frugum locationis anno de reditibus
"eorum ſubducant; * & neque fiat *tributorum* re-
"demptio, nec eadem tributa *ſemper* ſolvantur.

Iterum aliud ejuſdem.

6. "CAIUS CÆSAR, imperator iterum, ſta-
"tuit, ut † propter urbem Hieroſolymorum tribu-
"ta pendat tota Judæorum ditio, excepta Joppe,
"idque ſingulis annis, niſi ſit annus ſeptimus,
"quem Sabbaticum appellant, quod mos eſt in eo
"neque fructus arborum legere neque ſeminare.
"utque in Sidone ſecundo quoque anno tributum
"reddant quartam ſatorum partem; ac præterea
"Hyrcano ejuſque filiis decimas ſolvant, quas eo-
"rum etiam majoribus ſolvebant. utque nemo vel
"Præſes vel dux vel legatus in finibus Judæorum
"auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab
"his exigere ad hybernandum, aut alio quocunque
"nomine, ſed ubique ſint injuriâ immunes. quæ-
"cunque etiam poſtea habuerint & poſſederint,
"aut emerint, his omnibus fruantur. Joppen civi-
"tatem præterea, quam ab initio habuerunt Judæi,
"cum ſocietatem cum Romanis facerent, illorum
"eſſe, quemadmodum & antea, nobis placere:
"tributa quoque hujus civitatis nomine habere
"Hyrcanum Alexandri filium ejuſque filios ab
"agri cultoribus, propter frumentum è regione &
"portu quotannis in Sidonem exportatum, mo-
"dios viginti mille ſexcentos ſeptuaginta quinque,

"συγκεχωρημένα, προσκεκριμένα, ἐστὶν ὅτως ἔχοντα.
"ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχῃ, καὶ τὰς δε-
"δομένας τόπους καρπίζωνται, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ
"ἐθνάρχης τῶν Ἰουδαίων [y] προϊσῃ τοῖς ἀδικουμένοις. πέμψαι
"τε πρὸς Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου μὲν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων,
"πρεσβευτὰς τε περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας ἀλεξομέ-
"νους· ἀναστηλῆναί τε καὶ χαλκοῦν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν,
"ἔν τε τῷ Καπετωλίῳ, καὶ Σιδῶνι καὶ Τύρῳ, καὶ ἐν Ἀσκάλω-
"νι, καὶ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένων [z] γράμμασι Ρω-
"μαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς, ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο παρ'
"τοῖς κατὰ πάλιν ταμίαις καὶ τοῖς τούτων ἡγεμόσιν, εἴς τε
"τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι, καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς πα-
"ρασχεῖν, καὶ διατάγματα πέμψαι πανταχοῦ.

δ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ, [a] διχτάτωρ,
"ὑπατος, τιμῆς τε ἀρετῆς τε φιλανθρωπίας ἕνεκεν,
"συνεχώρησεν ὅτι συμφερόντως τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ τῷ
"Ρωμαίων, Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας
"αὐτοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς Ἱεροσολύμων καὶ τοῦ ἔθνους εἶ-
"ναι ὅτι τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς νομίμοις, οἷς καὶ οἱ πρόγο-
"νοι αὐτῶν τῷ ἱερωσύνῃ [b] κατέσχον.

ε'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [c] ὑπατος τὸ πέμπτον, ἔκρι-
"νε, τούτους ἔχειν τε πρόσταγμα τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πάλιν, καὶ
"κατέχειν αὐτῷ Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ἰου-
"δαίων καὶ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς [d] προαιρῆται· ὅπως
"τε Ἰουδαίοις [e] ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ μισθώσεως ἔτει τοῦ προσ-
"δὲ [f] κόρον ὑπεξέλωνται, καὶ μήτε [g] ἐργολαβῶσί τινες,
"μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσιν.

ς'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔφη-
"σε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως τελῶσιν [h] ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν
"πόλεως, ἰόππης ὑπεξαιρεμένης, χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους,
"ὃν [i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν, ἐπειδὴ ἐν αὐ-
"τῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρου-
"σι· καὶ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ [k] φόρου ἀποδιδῶσι,
"τὸ τέταρτον τῶν σπερμένων· πρὸς τούτοις ἔτι δὲ Ὑρκανῷ καὶ
"τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ
"τοῖς προγόνοις αὐτῶν. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε
"στρατηγὸς ἢ πρεσβευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ἰουδαίων [l] ἐπιστᾷ
"συμμαχίαν, καὶ [m] στρατιώτας [n] ἐξεῖν, ἢ τὰ χρήματα τῶν
"εἰσπράσσεσθαι, ἢ εἰς σιτοδείαν, ἢ εἰς ἄλλο τινὶ
"ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ
"πώποτε ἔσχον [o] καὶ [p] ἐνεμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο, πάντα πάντα
"αὐτοὺς ἔχειν. Ἰόππην τε πάλιν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς ἔσχον Ἰου-
"δαῖοι πεισθέντες τῇ πρὸς Ρωμαίους φιλίᾳ, αὐτῶν εἶναι
"καθὼς καὶ τὸ [q] πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν· φόρους τε ὑπὲρ
"πάσης τῆς πόλεως Ὑρκανὸν [r] ἔχειν Ἀλεξάνδρου υἱὸν καὶ παῖ-
"δας αὐτοῦ, ὥσπερ τῷ τῇ γῇ νεμομένων, χώρας ἐκ λιμέ-
"νος ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι, μοδίους δισμυρίους
"[s] ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε, ὑπεξαιρεμένου τοῦ
"ἐ-

[y] Προϊσῃ] τοῖς ἀδικουμένοις.] Vim paſſis adeſſet *Ruſin.* SPANH. *L. B.* π. τ. Ἰουδαίων.

[z] Γράμμασι Ρωμαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς,] Conf. infr. c. 12. §. 5. SPANH.

[a] Διχτάτωρ, ὕπατος,] Abeſt à *Lugd. Bat.*

[b] Κατέχον.] *Lugd. Bat.* Ἀλεξανδρίχον.

[c] Ὑπατος τὸ πέμπτον,] Ὑπατος τὸ τρίτον reſcribendum cenſet *Petitus* p. 61. quod Hyrcanus legatos Romam miſit ad Cæſarem, eo quo in Africam expeditionem parabat tempore; eoque anno Cæſar, quo tertium conſul, itemque tertium dictator fuit, in Africam movit.

[d] Προαιρῆται.] *L. B.* προαιρῇ.

[e] Ἐν τῷ —— προόδου] *Ruſin.* in ſecundo anno locationis ex reditibus cori p. e. triginta modii ſubducantur, neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. SPANH.

[f] Κόρον ὑπεξέλωνται,] Κόρους malit Cl. *Lowthius*, ſuſpicans numerum *cororum* librariorum negligentia excidiſſe. *Petitus* cenſet κόρον pro ſingulis *binis jugeribus* ſolutum fuiſſe.

[g] Ἐργολαβῶσί τινες,] Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 25. §. 2. SPANH.

* *Et neque fiat* tributorum *redemptio,*] Immuneſque ſint ab angariis & vectigalibus, *Gelen.* neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant, *Epiphan.*

[h] Ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν] *Epiphanius* legiſſe videtur, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πόλεως Ἰαππαίων, ὑπεξαιρεμένου δὲ ἑβδόμου ἔτους. Sed male, ut arbitror. nam excipi debere Joppen ab hoc tributo licet colligere hac ead. §.

† *Propter urbem Hieroſolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio,*] *Id eſt*, ad reficienda Hieroſolymorum mœnia.

[i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν,] Confer mox infr. §. eadem & ἀλλοι. lib. 2. c. 17. §. 1. SPANH.

[k] Φόρου.] *Gen.* φόρου. SPANH.

[l] Ἐπιστᾷ συμμαχίαν] Ἀνιστᾷ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

[m] Στρατιώτας ἐξεῖν,] Ita ex conjectura. prius erat στρατιώτας. dein μὴ ἐξεῖν legendum conjicit Cl. *Lowthius.* quod ſane poſtulare videtur loci ſententia.

[n] Ἐξεῖν,] *L. B.* ἐξεῖν.

[o] Καὶ ἐνεμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο,] *L. B.* καὶ ἐπρίαντο καὶ ἀλλοτρίχον, καὶ διανεμήθησαν.

[p] Ἐνεμήθησαν,] Cum alii exiſtimarint ἐνεθυμήθησαν nulla ſignificatione verbi ἐνθυμέομαι huic loco convenire, non dubitavi ἐνεμήθησαν reſcribere è *Cod. Vat.* Ἐνεθυμήθησαν, levicula mutatione, voluit *Petitus*, ab ἐνθυμάζω invado, ex *Heſychio* voce ἐνθύμημα.

[q] Πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν.] *L. B.* πρῶτον ἡμῖν ἀρέσκει.

[r] Ἔχειν] Abeſt à *L. B.*

[s] Ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε,] *L. B.* ἑξακισχιλίους ἑβδομήκοντα πέντε.

"ἐ-

"'ἑβδόμῳ ἔτει ὃ [v] Σαββατικὸν καλοῦσι, καθ' ὃ [x] ὅτε ἀρῶσιν ἢ τὸν καρπὸν τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι. τούς τε κώμους τοὺς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ, οὓς Ὑρκανὸς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ πρότερον ἀφικατέσχον, [y] ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ τοῦτο Ὑρκανὸν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους ὑπὲρ τοῖς δικαίοις οἷς καὶ πρότερον εἶχον· μένειν δὲ καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια, ὅσα πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίους καὶ [z] τοὺς ἀρχιερεῦσιν ὦσι, τάδε φιλάνθρωπα, ὅσα τῷ δήμῳ ψηφισαμένῳ καὶ τῇ συγκλήτῳ ἔχον. ὑπὲρ τούτοις τε τοῖς δικαίοις χρῆσθαι αὐτοὺς ἐξεῖναι ἐν [a] Λύδδοις. τούς τε τόπους καὶ χώρας καὶ ἐποίκια, ὅσα βασιλεῦσι Συρίας καὶ Φοινίκης συμμάχοις οὖσι Ρωμαίων καὶ δωρεὰν ὑπῆρχε καρπᾶσθαι, τοῦτο δοκιμάζει ἡ σύγκλητος Ὑρκανὸν τὸν ἐθνάρχην καὶ Ἰουδαίους ἔχειν. δίδοσθαί τε Ὑρκανῷ, καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ καὶ πρεσβευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἐν τῇ πυρᾷ μονομάχων καὶ θηρίων καθεζομένοις μετὰ τῶν συγκλητικῶν θεωρεῖν· [b] καὶ αἰτησαμένοις ὑπὸ δικτάτορος ἢ ὑπὸ ἱππάρχου παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι, τὰ [c] ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα τῶν ἀπάντων, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται.

ζ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [d] αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ "τέταρτον, ὕπατός τε τὸ πέμπτον, δικτάτωρ ἀποδεδειγμέ"νος ὑπὲρ βίου, λόγους ἐποιήσατο περὶ τῶν δικαίων τῶν Ὑρκανοῦ "τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου, τοιούτους. "'Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων [f] ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μαρτυ"ρησάντων Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις, ὑπὲρ τε "συγκλήτου καὶ δήμου Ρωμαίων, ἀχαιρεσιώτατός τε τοῦ δήμου "καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, [g] καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ὑπομνημο"νεύειν καὶ προνοεῖν ὅπως Ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων καὶ "τοῖς Ὑρκανοῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτου καὶ δήμου Ρωμαίων "ἀξία τις πρὸς ἡμᾶς εὐνοίας αὐτῶν καὶ ὧν εὐεργέτησαν "ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ.

η'. "[h] ΙΟΥΛΙΟΣ ΓΑΙΟΣ, στρατηγὸς, ὕπατος Ρω"μαίων, Παριανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, [i] καὶ δήμῳ χαίρειν. "ἐνέτυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ, καὶ πινες τῶν παροίκων "Ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσβεων· καὶ ἐπεφά"νισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματα κωλύετε αὐτοὺς, τοῖς πα"τρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ τοίνυν οὐκ ἀρέσκει κατὰ "τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψη"φίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῆν κατὰ τὰ αὐτῶν ἔθη, [k] καὶ "χρήματα εἰς συνδεῖπνα καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τοῦτο ποιεῖν "[l] αὐτῶν μηδὲν ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γὰρ Γάϊος Καῖ"σαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διαφέρεσθαι "κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους τούτους οὐκ "ἐκώλυσεν, ὅτε χρήματα συνεισφέρειν, ὅτε συνδεῖπνα "ποιεῖν. ὁμοίως δὴ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων,

"excepto septimo anno quem Sabbaticum vocant, "in quo neque arant neque fructum ex arboribus "colligunt. vicos autem quos in Magno campo "Hyrcanus ejusque majores olim possederunt, Se"natui placere istos habere Hyrcanum & Judæos, "eodem jure quo & prius habuerunt: manere "etiam jura quæ ab initio erant inter Judæos & "pontifices, ut & beneficia quæ à populo & senatu "concessa habuerunt. prætereaque eodem jure li"cere uti & in Lyddis. loca etiam & agros & vil"las, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ so"ciorum populi Romani, quorum usumfructum "ceperunt ex eorum donatione, placet senatui ut "Hyrcanus ethnarcha & Judæi habeant. item "Hyrcano licere ejusque filiis & legatis ab eo mis"sis, ut in ludis Gladiatoriis & pugnis cum bestiis "inter senatores spectandi gratia sedeant: cumque "petiverint à dictatore aut magistro equitum ut "in publicum prodeant, illis, in senatum introdu"ctis, responsum reddendum, intra decem in uni"versum dies, ex quo factum fuerit senatusconsul"tum.

7. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator *C. Cæsaris postremum decretum.* "quartùm, consul quintùm, perpetuus dictator de"claratus, hujusmodi verba fecit de jure Hyrcani "Alexandri filii, Judæorum pontificis & ethnar"chæ. Quandoquidem imperatores, qui ante me "fuerunt, testimonium dederunt Hyrcano ponti"fici Judæorum & Judæis, tam in provinciis quam "coram senatu populoque Romano, atque gratias "eis populus & senatus egerit, bonum factum, ut "nos quoque meminerimus & operam demus, ut "Hyrcano & Judæorum genti filiisque Hyrcani "à senatu populoque Romano debitæ eorum erga "nos benevolentiæ & beneficiis in nos collatis "gratiæ referantur.

8. "CAIUS JULIUS, prætor, consul Roma- *Caji Julii decretum.* "norum, Pariorum magistratibus, senatui, *ac* po"pulo salutem. Convenerunt me Judæi in Delo, "& quidam ex Judæis *insulæ* inquilinis, præsenti"bus etiam vestris legatis; & significarunt, quod "vos etiam decreto eos prohibetis patriis ritibus "& sacris uti. Quocirca mihi non placet ejusmo"di decreta contra amicos & socios nostros fieri, "vetarique eos ex suis institutis vivere, & confer"re pecunias in epulas & rem divinam, præsertim "cum nec Romæ ista facere prohibeantur. Nam "Cajus Cæsar, prætor noster & consul, cum edicto "vetaret ullas in urbe coitiones haberi, solum istæ "ne fierent, simulque ne pecuniam conferrent aut "convivia agitarent, non interdixit: similiter & "ego, alias coitiones prohibens, illis solis permit-

"to-

ε Ἑβδόμῳ ἔτει] Ita expresse è *Cod. Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* Ϛ ὁ'. ἔτει in *Editis Aliisque.* ὑπεξαιρεμένῳ Ϛ κύκλῳ ἔτει *excepto illo orbis anno* legit *Petitus*, p. 41. ο pro κύκλῳ posito, cujus erat figura. nam orbis erat hebdomas annalis, recurrebat quippe in orbem. Sed pari jure rescribere liceret Ϛ ὅλῳ ἔτει, quod ο sit litera initialis vocis ὅλῳ.

ν Σαββατικὸν] Paullo antè §. ead. SPANH.

ξ Οὔτε ἀρῶσιν] Abest à *Gen.*

γ Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ] Ita ex præced. h. ejusd. §. ἐμοὶ ἀρέσκειν· si quis utroque loco malit ἀρέσκει, per me licet.

ζ Τοῖς ἀρχιερεῦσιν] Hisce etiam καὶ τοῖς ἱερεῦσιν addit *L. B.* HAV.

α Λύδδοις.] Λύδδα, Samaritica antea Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. supra lib. 13. c. 4. § 9. SPANH.

β Καὶ αἰτησαμένοις] Locus antea sic se habebat, θεωρεῖν· αἰτησαμένοις δὲ δικτάτορος ἢ δὲ ἱππάρχου παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι. καὶ τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδωσιν ἐν ἡμέραις δέκα τῶν ἀπάντων, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται). aliter distinxi, καὶ transtuli ab hac voce ad αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, ἀποδίδοσθαι rescripsi, & ἀφ' ἧς restitui ex *MSS.*

γ Ἀποκρίματα] *L. B.* ὑποκρίματα.

δ Αὐτοκράτωρ,] Αὐτοκράτωρ τὸ τέταρτον juxta *Epiphanium*, voce δικτάτωρ omissa. Verum (inquit *Petitus*, p. 56.) licet recte expungatur δικτάτωρ, male se habet αὐτοκ. τὸ τέταρτον, nam imperator sextùm dictus est in quinto consulatu, si nummis fides, in quibus, C. CAESAR. COS. QUINCT. IMP. SEXT. DICT. PERPETUO, ut & CAESAR. AUGUR. IMP. QUINCT. COS. QUART. DICT. QUART. PARENS. PATRIAE. Quare rescribendum αὐτοκράτωρ τὸ ϛ'. ὕπατός τε τὸ ε'. δικτ. &c. Eadem fere habet *Petavius* (lib. X. *de Emend. Temp.* c. 57. p. 258.) qui suspicatur vel pro IMP. IV. legendum VI. vel duorum rescriptorum Cæsaris inscriptiones diversas in unam coaluisse, librariorum vitio. Præterea videsis *Petitum*, p. 57.

ε Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων] Imperatores hi videntur fuisse, *Pompejus*, *Scaurus*, *Gabinius*.

ϛ Ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ] Ἐν τοῖς ἐπ' ἀρχῆς malit *Petitus*, ut sensus sit, *cum ii qui ante me fuerunt imperatores, quando verba fecerunt de rebus à se in magistratu gestis, in Senatu & apud populum Romanum testim. &c.*

ζ Καλῶς ἔχει] Quod autem dixit in hac oratione Cæsar, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ὑπομνημονεύειν &c. eo monente præstitum fuisse à Senatu nullus dubito; videturque pars illius Senatusconsulti fuisse, quod legitur in hæc verba, Γαΐῳ Καίσαρι διδόμενα &c. p. 628. v. 40. [de quibus vide *Annott.* ad imum paginæ.] *Petitus*, p. 58. & 59.

η Ἰούλιος Γάϊος,] Ἰούλιος Γάϊος, δικτάτωρ, ὕπατος juxta *Vet. Interpr.* Illud στρατηγὸς recte se habere, sed ὕπατος delendum esse censet *Petitus*, p. 64. Et quod ad nomen hujus Prætoris attinet, putat fuisse Ἰουνίῳ Γαΐῳ.

ι Καὶ δήμῳ χαίρειν.] Illud καὶ additum ex *Lugd. Bat.* HAV.

κ Καὶ —— εἰσφέρειν,] Conf. infr. §. 12. SPANH.

λ Αὐτῶν μηδὲν ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων.] *L. B.* αὐτοῖς μ. ε. Ρ. κεκωλυμένοις.

"to ex patriis moribus & institutis congregari & "in eo persistere. Quare bonum factum *erit*, ut "vos etiam, si quid contra amicos nostros & so-"cios edixeritis, id *ipsum* abrogatum iretis, pro-"pter illorum erga nos merita & benevolen-"tiam.

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolabella in senatum introducunt.

9. Post mortem autem C. Cæsaris, M. Antonius & P. Dolabella consules senatum convocabant, & introductis Hyrcani legatis de illorum postulatis retulerunt, & amicitiæ fœdus cum eis fecerunt: & omnia illis concedi senatus decrevit, quæcunque impetrare voluerunt. Appono autem etiam decretum, ut demonstrationem eorum quæ dicuntur ad manus habeant lectores hujus historiæ. Erat vero tale.

M. Antonii & P. Dolobellæ decretum.

10. "Senatusconsultum ex ærario descriptum "ex tabulis publicis quæstoriis, Quinto Rutilio "C. Cornelio quæstoribus urbanis, tabula secunda "& ex primis. ANTE DIEM TERTIUM i-"dus Apriles in æde Concordiæ scribendo adfue-"runt Lucius Calpurnius *tribu* Menenia Piso, "Servius Papinius Lemonia Potitus, Cajus Cani-

"τάτης μόνης ὑπηρέπω καὶ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα "σωάγεσθαί [m] τε καὶ ἴσασθαι. καὶ ὑμᾶς οὐ καλῶς ἔχει, "εἴ τι καὶ τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα "ἐποιήσατε, τοῦτο [n] ἀκυρώσαντας διὰ τὴν τοῦ ἡμᾶς αὐτῶν "ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν.

θ'. Μετὰ [o] τὴν Γαΐου θάνατον, Μάρκου Αντωνίου καὶ Πόπλιου Δολοβέλλας, ὑπάτους ὄντας, τῷ τε συγκλήτῳ συνήγαγον, καὶ [p] τὰς Υρκανῶν πρεσβείας εἰσήγαγόντες, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς [q] ἐποίησαν· καὶ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων [r] τυγχάνειν ἐβούλοντο. [s] προσκείσθω δὲ τὸ δόγμα, ὅπως τῇ ἐπιδείξει τῶν λεγομένων ἰσχὺν ἔχωσιν οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν [t] πραγματείαν. διὸ δὴ πίναξ.

ι'. "Δόγμα συγκλήτου [v] ἐκ δὲ ταμιείου ἀναγεγραμμέ-"νον [x] ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν, [y] Κοίντῳ "Ρουτιλίῳ Κορνηλίῳ ταμίαις καὶ πάλιν, [z] δέλτῳ δευτέρᾳ δὲ "[a] ἐκ τῶν πρώτων. [b] ΤΗΙ ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ εἰδῶν Απριλίων ἐν "τῷ ναῷ τῆς Ομονοίας γραφομένῳ παρῆσαν, Λούκιος [c] Καλ-"πούρνιος Μενηνίᾳ Πείσων, Σερούιος Παπώνιος Λεμωνίᾳ Πο-

[m] Τι καὶ ἴσασθαι.] Voces τε καὶ ἴσασθαι non interpretatur *Epiphan.* καὶ ἰσιᾶσθαι legendum esse conjicit *Petitus*, p. 66. nec mihi displicet conjectura.

[n] Ακυρώσαντας] *L. B.* ἀκυρῶσαι.

[o] Γαΐου θάνατον,] Καίσαρος *Busb.* Forsan Γαΐου Καίσαρος.

[p] Τὰς Υρκανῶν πρέσβεις εἰσαγαγόντες,] Τὰς malui cum *Busb.* quam τοὺς *Editorum Aliorumque.*

[q] Εποίησαν·] Εποίησαν *Busb.*

[r] Τυγχάνειν ἐβούλοντο.] Ita ex *Codd. Voss.* in *Vulgatis* & *ceteris* omnibus (quod sciam) libris *MSS.* τυγχάνειν ἐβούλοντο· καὶ Δολοβέλλας ὃν λαβὼν παρὰ Υρκανοῦ γράμματα ἐπιστείλαι τοῖς κατὰ τὴν Ασίαν ἅπασαν, καὶ τὴν Εφεσίων πόλιν, πρωτεύουσαν τῆς Ασίας ἅπας. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ &c. reliquis omissis. Non ita tamen in codicibus *Latinis*, utpote plenioribus: quorum etiam defectus in sequentibus notare non gravabor.

[s] Παρατίθεμαι δὴ καὶ τὸ δόγμα,] Hic incipit ingentis lacunæ supplementum à *Jacobo Gronovio* sartum, cujus deinceps integras notas subjecimus. Dedicationem vero, atque Præfationem, inter similia Collectanea suis locis collocavimus. HAV.

[t] Πραγματείαν.] MS. πραγματίαν.

[v] Εκ δὲ ταμιείου] Satis caute peculiarem hanc designationem loci vel ipse auctor addidit, vel istæ urbes, quibus id SCtum exhibitum fuit, & unde Josephus exscripsit ac repetiit, eas voces habuerunt adscriptas. Sic enim probabatur legitima ejus auctoritas, non tantum quod hinc patebat exstare, sed quoniam decretum tale vix ante posset vindicare aliquam vim, nisi postquam illuc delatum esset, quo spectat locus Taciti lib III. Annal. cap. 51. & alia tam multa antiquorum verba, ut fere erubescendum sit recentiores fecisse, ut id ipsum adeo sæpe ab ipsis itererur, ac denuo per typos moneretur, tanquam non unicuique patens. Inde ergo petitum est hoc fidei & probationis pignus, quo illa tum vigere incepit. GRONOV.

[x] Εκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν.] An non satis multa verba? & posset videri abundantia supervacua Quum enim ærarium foret cura propria quæstorum, non tantum ratione pecuniarum sed etiam tabularum publicarum, ut per quos etiam consulta publica in id deferebantur, certe alterutrum suffecturum erat. Nimirum ita res se habuit, ut & tabulæ de pecuniis seu redactis ex provincia seu variorum redituum imperii, omnes illæ forent etiam publicæ & per quæstores conficerentur; ut hinc quum distincte loqui oporteret, videatur suffeciisse ad has pecuniarias intelligendas, si dicerentur tabulæ publicæ, quod ab initio quæsturæ inceptum videtur continuavisse in perpetuum. Sed postea quum ad eosdem quæstores fuit delata etiam cura servandi Senatusconsulta & decreta; tabulas, quas de iis conficiebant, & ex quarum dispositione patebat singulorum locus, & ex delatione firmitas, videntur dixisse tabulas, ut erant, etiam quidem publicas, sed simul quæstorias, quod in ea potissimum parte ærarii servarentur, quæ in cura quæstorum esset. Quippe haud dubie ærarium sic fuit distinctum, ut conclave aliud (unum sive plura) inservierit custodiæ pecuniarum, aliud SCtis. Itaque quum Josephus supponi debeat hæc olim hausisse vel ex exemplo, quod patuit in templo Hierosolymitano, vel loco ærarii Saturni quo æra legum & SCtorum deferri & servari solebant, apparet unicum specimen præscriptionis, quæ solebat præponi apographis illis, quæ auctoritate publica ex authentico sumptæ & descriptæ erant, cui simile nullum memini legisse. GRON.

[y] Κοίντῳ Ρουτιλίῳ Κορνηλίῳ] Memorandi istius anni DCCIX quæstorum urbanorum nomina penitus interciderunt, ut patet ex Fastis per viros doctos collectis. Est quidem apud Pigium Cornelius Spinther, sed non alia ejus mentio, quam quod titulo Exquæstoris extra urbem & Italiam fuerit, ut hinc ea pars instaurari queat. Notabis tamen vocem Ρουτιλίῳ tantum esse positam in margine, ut quædam quoque alia, sed tamen omnia egregia ad restitutionem hujus loci, ut videatur ea vir doctus in margine notavisse collecta ex pleniore codice Manuscripto, ut idcirco etiam de hoc nomine dubitare non sustineam & ideo posui suo ordine. Alioquin si res ita habuisset, facile & credibile erat auctorem scripsisse Κοΐντῳ Κορνηλίῳ ταμίαις, ut solent in his collegiis Romani per negligentiam copulativæ. GRON. In *Epiphanii* libris, *sub Quinto Rutilio erarii custode; dum tertio idus Aprilis in templo Concordiæ conscriberentur, præsente Lucio Calpurnio & reliquo Senatu. Publius Dolobella & M.*

[z] Δέλτῳ δευτέρᾳ] Magis etiam notabilis est hæc designatio, nempe quod hoc SCtum fuerit tabula secunda & ex primis. Sic enim videmus in hoc specimine finiri velut ex more communi verba solita præmitti exemplis decretorum publicorum; quæ describerentur publico jussu, & descripta in alias mitterentur regiones aut provincias aut urbes, addito non tantum loco, quem in ærario obtinebant, sed etiam præpositis nominibus quæstorum, qui tunc erant, quum ista describerentur; prout nunc censeo considerari debere nomina quæstorum, quæ hic posita cernimus. Illud itaque ταμιῶν τῶν δέλτων τῶν ταμιδλικῶν supponi oportet bene magni spatii, sive id haberi oporteat unum conclave, sive in plura diductum, ut illic tot æra, quæ fuerunt innumera in tanto & tanti temporis imperio, in manifesto penderent oculis statim exposita, & ibidem δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων hanc fuisse, ut decretorum tabulæ illic fuerint fixæ numero facto & collecto ab ipso ingressu, *ut diceretur* tabula prima, secunda, tertia &c. prout propinqua esset ingressui: nec tantum, sed etiam primæ aut secundæ aut tertiæ pro ordine, in quem erant digestæ ab summo tabulato ad infimum solum, vel vice versa, ubi profecto potuerunt plures esse ordines, non secus ac hodie forulos librorum formamus. Est aliquid simile in tabernis veterum, quas ita depingit Martialis I, 18.

Hoc nomen dominus gerit taberne,
De primo dabit alteroque nido
Rasum pumice, purpuraque litum.

Quinimo talis ordo tabularum in porticibus ornandis apud Cl. Sponium in Miscellan. pag. 337. στήσαι τὴν εἰκόνα ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦ Δωρικοῦ, ubi vir doctus reddidit *statuam ejus collocent juxta tabulas primæ* (h. e. incipientis, & prope ingressum, ut ego explico) *portiæus Dorica*, confundens tabulas & mensas. GRON.

[a] Εκ τῶν πρώτων.] Diversi, ut puto, foruli erant, Decretis adservandis destinati, signatique numeris, I. II. III. &c.

[b] Τῇ προ τριῶν εἰδῶν Απριλίων] Itaque nec mensis integer prætorlapsus fuit ab Idibus Martiis occiso Cæsare inclitis, ut hinc pateat, quantopere urserint Judæi, homines ardenti fervidoque ingenio & præsertim in suis commodis, confirmationem favoris & privilegii ab Julio sperati; quum tantæ curarum moles confluerent de universi imperii lapsantis custodia, hi tamen de suis per Asiam sparsis civibus cupiverunt esse certi. Nempe ad id impetrandum ab utroque consule plurimum valuit imber aureus, ut palam de M. Antonio scribunt cum infamia ejus perpetua veteres scriptores. GRON.

[c] Καλπούρνιος Μενηνίᾳ.] Ita nisi fallor jure edidi, quum in MSto reperirem vitiosum καὶ καρπίνιος μενηνίᾳ, quum in eo sequerer exempla doctorum hominum, quibus in aliis scriptoribus occurrit idem error. Mox in MS. erat Σεμπρώνιος Παπίνιος Νεμωνίᾳ Τούιτος, ubi prima vox videbatur abundare duabus literis ν, quas expuli. Certe id mihi probabilius visum fuit, ad similitudinem præcedentis decentius, (ubi etiam tamen poterat videri scripsisse Λούκιος Γαΐου υἱὸς Καλπ.) quam si vellem tentare Σερ. Σερ. υἱὸς, hoc est, *Servius Servii filius*. Falsa ista Nemonia tribus mox adhuc occurrit. Et recte spero mutavisse. GRON. Καὶ Καρπίνιος Μενηνίᾳ. Πίσων Σεμπρώνιος Παπίνιος Νεμωνίᾳ Τούιτος in *MSS. Voss.* Verum in textu exprimendo sequutus sum *Gronovium*, cui in notis non displicet ut legatur Λούκιος Γαΐου υἱὸς Καλπ.

[d] Το-

"Ποπίης, Γάϊος Καινίνιος [d] Τηρλωτίνα [c] Ρεβίλιος, Πόπλιος
"[f] Τιδήτιος, Λεύκιος [g] Απελλῖνος Λευκίου ὑὸς Σεργία, [h] Φλά-
"βιος Λευκίου Λεμωνία, Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίου Παπ-
"ειρία, Μάρκος [i] Ακύλιος Μάρκου Μεκία, Λεύκιος [k] Ερύκιος
"Λευκίου [l] Στελλατίνα, [m] Μάρκος Κυίντιος [n] Μάρκου ὑὸς
"Πολλία [o] Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέργιος. Πόπλιος Δολο-
"βέλλας, Μάρκος Αντώνιος ὕπατοι [p] λόγους ἐποιήσαντο. περὶ
"ὧν [q] δόγματι συγκλήτου Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Ιουδαίων
"ἔκρινε, καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον σὺν ἐφάσει ἀνενεχθῆναι, περὶ
"τούτων ἀρέσκει ἡμῖν γνώναι, [r] ὡς καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ καὶ
"Μάρκῳ Αντωνίῳ τοῖς ὑπάτοις ἔδοξεν, ἀνενεγκεῖν τε ταῦτα
"εἰς δέλτους καὶ πρὸς τὰς κατ' πόλιν ταμίας, ὅπως φροντίσω-
"σι καὶ αὐτοὶ ἐν δέλτοις ἀναθεῖναι διπτύχοις. [s] ἐγένετο πρὸ
"πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τῆ Ομονοίας. οἱ δὲ
"πρεσβεύσαντες παρ' Υρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἦσαν ἔτοι· Λυσι-
"μαχος Παυσανίου, Αλέξανδρος Θεοδώρου, Πατρόκλος
"Χαιρέου, Ιωνάθης Ονείου.

ια'. Επεμψε δὴ τούτων Υρκανὸς [t] τῶν πρεσβευτῶν ἕνα καὶ [u] πρὸς Δολοβέλλαν τὸν τῆς Ασίας τότε ἡγεμόνα, παρακαλῶν λύσαι τοὺς Ιουδαίους τῆς στρατείας, καὶ τὰ πάτρια τηρεῖν αὐτοῖς ἐᾶν, [x] ἀπολύειν τε καὶ ταῦτα ζῆν. [y] λαβὼν δὲ ὁ Δολοβέλλας τὰ παρὰ Υρκανοῦ γράμματα, μηδὲ βουλὴν ἄγειν ἀπιστείλῃ [z] τοῖς κατὰ τὴν Ασίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Εφεσίων πόλει [a] πρωτευούσῃ τῆς Ασίας, [b] περὶ τῶν Ιουδαίων. ἡ δὲ ἐπιστολὴ τοῦτον περιεῖχε τὸν τρόπον.

"nius Terentina Rebilius, Publius Tidetius, Lu-
"cius Apulinus Lucii *filius* Sergia, Favius Lucii
"*filius* Lemonia, Publius Platius Publii *filius* Pa-
"piria, Marcus Acilius Marci *filius* Mæcia, Lu-
"cius Erucius Lucii *filius* Stellatina, Marcus Quin-
"tius Marci filius Pollia Plancillus, Publius Serius.
"Publius Dolabella, Marcus Antonius consules
"verba fecerunt. In quibus rebus senatusconsulto
"Cajus Cæsar pro Judæis decrevit, neque ante cu-
"ravit in ærarium deferri, de his placet nobis fie-
"ri, sicut etiam Publio Dolabellæ & Marco An-
"tonio consulibus visum fuit, & deferre ista in
"tabulas, & ad quæstores urbanos, ut & ipsis curæ
"sit ea in tabulis duplicibus reponere. Factum est
"ante diem quintum idus Februarias apud ædem
"Concordiæ. Legati autem ab Hyrcano pontifi-
"ce erant isti: Lysimachus Pausaniæ *filius*, Ale-
"xander Theodori, Patroclus Chæreæ, Jonathas
"Oniæ.

11. Sed & ad Dolabellam, qui tunc Asiæ præ- *Legatum ad Dolabellam mittit Hyrcanus.*
erat, Hyrcanus unum ex his legatis misit, obse-
crans ut dimitteret Judæos à militia, & servaret
eis patria instituta, sineretque ex illis vitam agere.
Dolabella vero post acceptas ab Hyrcano literas,
nulla adhibita deliberatione, tum omnibus Asiaticis epistolam misit, tum etiam Ephesiorum urbi,
quæ prima erat Asiæ, de Judæis. Atque epistola
illa erat hoc exemplo.

12. "PRY-

d Τηρλώτινα Ρεβίλιος,] Id quoque probatum iri spero, quum sic repono pro τηρζλώτινα ρεβίλιος, etsi potuit Josephus, & in prima voce literam, omisisse quocunque casu. Nam ultimam partem cognominis etiam extulerit per λιος, ut sæpe Græci, & infra adest Κοιντιλίῳ. sed quum non sit credibile etiam sic exstitisse in primigenio, opinor recte etiam me vertisse. GRON.

e Ρεβίλιος, Πόπλιος] Sic *Gronov.* Ρειλίλιος in *MSS.* Forsan Τερεντίνα Ρεγίλιος

f Τιδήτιος, Λεύκιος] Mallem Τιδέτιος.

g Απελλῖνος Λευκίου ὑὸς Σεργία,] Forsan Ακυλλῖνος.

h Φλαβῖος Λευκίου Λεμωνία,] Huic nomini præreptum est suum prænomen, quod videtur fuisse ei antepositum, forsan interceptum ab voce præcedente σεργία, quasi fuerit *Aulus Flavius.* GRON Α. Φλαύϊος legendum recte conjicit *Gronov.* prænomine forsan absorpto à litera finali in voce præcedente.

i Ακύλιος Μάρκου Μεκία,] Nomen valde dubium ad Latine exprimendum, utrum fuerit *Acilius*, an *Aquilius.* GRON. Ita edidit *Gronov* Ακυλιος in *MSS.* an pro Ακυιλ.ος vel Ακυΐλιος, aliorum esto judicium.

k Ερύκιος Λευκίου Τηλιτλώα.] Sic erat in MS. plana aberratione, ut mihi videbatur, pro Στελλατίνα. GRON.

l Στελλατίνα,] Non dubitavi Στιλλατίνα in textum recipere, prout legendum esse conjecerat *Gronov.* Τηλιτλώα corrupte in *MSS.*

m Μάρκος Κυίντος Μάρκου ὑὸς Πολλία] Verba ista sic exstant in MS. varie corrupta, quum secunda vox ut alterum prænomen tolerari nequeat, unde ad Quintios retuli, quorum quum sint talia cognomina jam olim. quæ deducuntur ex nominibus familiarum aut aliis cognominibus, ut Crispinus ab Crispus, Flamininus ab Flaminius, potest etiam tolerari Plancilus pro Plancillus ab Plancus vel Plancius, ut in Arriis est Balbillus, quamvis exstare hactenus hoc tantum loco novi Plancillum, cui valde affine est cognomen Pacilus jam in republica usurpatum. Tribum illi dedi, quæ proxima erat scripturæ corruptæ. GRON.

n Μάρκου ὑὸς Πολλία] Ita *Gronov.* Μάρκου Κυίντου Μάρκου ὑὸς Πολλία in *MSS.* Πολλίου forsan pro Πολλιλίου vel Πολλιλίᾳ.

o Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέργιος.] Πλαυσίλιος in *MSS.* Πλαγκίλιος *Gronov.*

p Λόγους ἐποιήσαντο.] Sic *Gronov.* λόγοις & mox δόγματι in *MSS.* Sed in posteriori verbo sextæ literæ superscribitur T.

q Δόγματι —— ἔκρινε,] Sic loquitur, quasi plane ista res jam fuisset acta in senatu & consulto ejus firmata ante necem Julii. Quod si ita est, jam intelligimus interiorem causam, cur in exterarum gentium multitudine necem Julii ejulante sic eminuerit insania Judæorum, ut diserte notat Suetonius, quod viri docti non satis perspiciunt, quum in hoc arcano ea res sita sit. Quid si tamen non videatur factum fuisse vivo Cæsare, sed universum hoc includi & pendere ab uno SCto de ratis habendis actis Cæsaris, ut sint verba plena doli & ex violentia ac jussu M. Antonii sic composita? Hactenus tamen sequimur quod scriptum est. GRON.

r Ως καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ] Ως καὶ συγκλήτῳ ἔδοξεν juxta *Epiphanium*, qui vertit, *sicut & Senatui visum est ut hæc in tabulis æreis deponantur, & per singulas civitates transmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum est. Quinto i-*

dus Februarias &c.

s Εγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν] Nempe ista delatio SCti in ærarium. Tantum scilicet temporis traxit ista ad plenissimam SCti confirmationem requisita nota, antequam posset peragi, sive ob molestias reipublicæ exortas, sive artibus utriusque Consulis rapacissimi per annum suum, ut inde adhuc fieret hæc res Judæis pretiosa magis & carior, & per decem menses concursare debuerint ad impetrandam hujus rei consummationem, ac SCtum ærario incidendum, & quidem ita, ut tabulæ essent duplices. Erant enim alioquin ἀπλᾶ. & hinc quoque talia inde sumpta exempla, ut norum satis. Sed nunc etiam id ipsum singulare est, tanquam SCta omnia in ærario non sint incisa uni & patenti tabulæ, sed multa duplicibus, ut haberentur plane δίθυρα, atque unum per duas tabulas extensum complicari posset & sic dimidium loci tantum occupare, quam aliquin teneret. An vero pertinuit hoc ad SCta de provinciis & regionibus exteris, ut illis separatim destinatum fuerit conclave, idque juxta parietes habuerit suspensas δέλτους διπτύχους vel δίθυρα, tam bene illustratas olim ab Salmasio, quam facinorose tractatas nuperrime ab clericato omnium librorum, quos non legit, editore. Ex hoc loco utique præclara antiquitatis illustratio non tantum ærarii Saturni, sed ubi illa δίπλυχα vel δίθυρα fuerint, notabiliter usurpata. GRON.

t Τῶν πρεσβευτῶν ἕνα] Quis ille speciatim fuerit exprimitur ab Josepho in sequentib. ex testimonio ipsius Dolabellæ ad civitatem Ephesinam, nempe Alexander Theodori filius. Sed pariter inde probatur illic scribi admodum minute Δολοβέλλας ὃ λαβὼν παρὰ Υρκανοῦ γράμματα, sed quæ patet per fraudem quandam & astum ex pleniore historia fuisse repetita; item, quam absurde vertatur ibidem *Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est.* locus ille Græcus καὶ ταῦτα τῷ Δολοβέλλᾳ Υρκανῷ πρεσβεύσαντι ὡς αὐτὸν ἐχαρίσατο. GRON.

u Πρὸς Δολοβέλλαν τὸν τῆς Ασίας τότε ἡγεμόνα,] Eximie id convenit cum historia, quæ dictat jam mense Junio Dolabellam has regiones petisse & occupavisse. GRON.

x Επιτρέπειν τε καὶ ταῦτα ζῆν.] Επιτρέπειν τε habui è *Cod. Busb.* qui nisi in hoc loco convenit cum *Editis*, in quibus καὶ καὶ τ. ζ.

y Λαβὼν δὲ ὁ Δολοβέλλας] Voculas aliquot ante λαβὼν excidisse suspicor: eoque magis, quod in *Epiphanio* sit, *quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella &c*

z Τοῖς κατὰ τὴν Ασίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Εφεσίων πόλει] Si inspexeris vulgatas editiones, agnosces alteram fraudem. Cæterum hæc urbs speciatim notanda erat velut caput omnium; in cujus titulo isto, quo dicitur πρωτεύουσα, quale resederit privilegium & quæ auctoritas, apparet ex fine epistolæ, ut nempe illa partim exemplo suo, partim dignitate aliis imperaret. Et certe in ea urbe multos fuisse Judæos etsi Acta Apostolorum non habuerint occasionem significandi, tamen ibi consedisse multitudinem discimus ex Suida in voce Ιησοῦς, ubi legimus Τεύφρων ἀρχηγὸς τῶν ἐν Εφέσῳ Ιουδαίων. Quin etiam Norbani Flacci epistola ad Ephesios memorat apud Philonem pag. 1036. GRON.

a Πρωτεύουσα τῆς Ασίας,] Ita in *Apographis* nostris & *Editis Josephi.* Εφεσίων πολιτεύουσα in *MSS.* ut dicit *Gronov.*

b Περὶ τῶν Ιουδαίων.] Forsan ὑπὲρ τῶν, nisi περὶ hîc idem valeat ac ὑπέρ.

Dolobella litera ad Ephesios.

12. "PRYTANE ARTEMONE, die primo Lenæonis, Dolabella imperator senatui Ephesiorum & magistratibus & populo salutem. "Alexander Theodori filius, legatus Hyrcani, "filii Alexandri, pontificis Judæorum & ethnarchæ, mihi significavit non posse populares suos "militiæ nomen dare, idcirco quod nec arma ferre queant, nec iter illi facere diebus Sabbatorum, neque cibos patrios & quibus consueverant "seorsum comparare. Propterea ego do illis, sicut "etiam magistratus, qui ante me fuerunt, immunitatem à militia, permittoque ut utantur patriis "institutis, cum propter sacra & res divinas ex "more suo congregantur, & ad oblationes in sacrificia faciendas, & vos volo literas de istis per "urbes singulas dimittendas curare.

Decretum L. Lentuli consulis.

13. Et hæc quidem Dolabella, cum Hyrcanus ad eum legatos misisset, gratificatus est nostris. "LUCIUS vero Lentulus consul dixit; Cives "Romanos Judæos, * sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso, pro tribunali re"ligionis ergo ab militia dimisi, ante diem duo"decimum calendas Octobres, Lucio Lentulo "Cajo Marcello consulibus. Adfuerunt Titus Ap"pius Titi filius Balgus Horatia legatus, Titus "Tongius Titi filius Crustumina, Quintus Ræ"sius Quinti *filius*, Titus Pompejus Titi *filius* "Longinus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina "Bracchus tribunus militum, Publius Clusius "Publii *filius* Veturia Gallus, Cajus Sentius Ca-

ιϛ'. "[c] ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ [d] ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Λη"ναιῶν πρώτη, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Ἐφεσίων "βουλῇ καὶ ἄρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν. Ἀλέξανδρος Θεο"δώρου, πρεσβεύσας Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱοῦ ἀρχιερέως "καὶ ἐθνάρχου τῶν Ἰουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι ὡς οὐ δύνα"νται στρατεύεσθαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, διὰ τὸ [e] μήτε ὅπλα "βαστάζειν διώασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ "τῶν Σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ συνή"θων [f] κατ' αὐτοὺς ἀποτρέπειν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς, καθὼς "καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες, δίδωμι [g] τὴν ἀσυλίαν, καὶ "συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἐθισμοῖς, ἱερῶν ἕνεκα "καὶ ἁγίων συναγομένοις, καθὼς αὐτοῖς νόμιμον, καὶ "τῶν περὶ τὰς θυσίας [h] ἀφαιρεμάτων, ὑμᾶς τε βούλο"μαι ταῦτα γράψαι κῆ πόλεις.

ιγ'. Καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας [i] Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν [k] ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις. "ΛΕΥΚΙΟΣ "Ὁ Λέντλος ὕπατος [l] εἶπε· Πολῖται Ῥωμαίων Ἰουδαῖοι, "ἱερὰ Ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν Ἐφέσῳ, [m] περὶ ὧν βή"ματος [n] δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατείας ἀπέλυσα, [o] πρὸ "δεκαδίου καλανδῶν Ὀκτωβρίων, Λευκίῳ Λέντλῳ, Γαΐῳ "Μαρκέλλῳ ὑπάτοις. [p] παρῆσαν [q] Τίτος Ἀππιος Τίτου "υἱὸς Βάλγως Ὁρατία πρεσβευτής, Τίτος Τόγγιος Τί"του υἱὸς Κερασμίνα, Κόιντος [r] Ραίσιος Κοίντου, Τίτος "Πομπήιος Τίτου Λογγῖνος, Γάιος Σερβίλιος Γαΐου "[s] Τηρεντίνα Βράχος χιλίαρχος, Πόπλιος [t] Κλύ"σιος [v] Ποπλίου [x] Ἐρωρία Γάλλος, Γάιος [y] Σέντιος "[z] Γα-

c Ἐπὶ Πρυτάνεως] Atqui ex nummis docent viri docti summos magistratus in urbe Epheso fuisse aut Ἀρχιερέας aut Γραμματέας, sicut Rhodo præfuisse Prytaneis tam ex nummis quam ex scriptoribus probant. Discamus igitur in urbe Epheso si non fuit magistratus, quia mox agnoscit ἄρχοντας, certe Prytanes usos hoc honore fuisse, ut præscriberentur in decretis; id quod jam pertractatum est. Cæterum ex instauratione hujus præscriptionis apparet violentia illorum, qui in Josepho dominari voluerunt sublata ista parte, quæ erat curiosissima. GRON.

d Ἀρτέμωνος] Ita juxta meliores *Epiphanii* libros, & in *Gronovii Editione*, & uno ex *Apographis* nostris: Ἀρτεμίμιος in altero, & Ἀρτέμιλλος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

e Μήτε ὅπλα βαστάζειν διώασθαι,] Vide simile Rescriptum nomine Augusti ad Ephesios pro Judæis apud Philon. Leg. ad Cajum p. 1036. A. B. & infra lib. 16. c. 6. §. 4. SPANH.

f Κατ' αὐτοὺς] Forte καθ' αὐτούς. COCC.

g Τὴν ἀσυλίαν,] Ita *Gronov.* τὴν ἀσυλίαν in *Apographis* nostris & *Editis Josephi*, τὴν στρατείαν in *MSS. Voss.* ut ait (in Var. Lect. in ima pagina subjectis) *Gronov.*

h Ἀφαιρεμάτων,] Retinui hanc vocem ex Josepho, quum in MS. legatur id quod subnotatum vides contextui ἀφαιρεμάτων, solita hæsitatione inter diphthongum *αι* & vocalem *ε*, unde & infra notabam in MSto ἐμφρονεῖας, item ἀγόετον, & antea Μειλία. Sed miror cur hunc locum non annotaverit in Thesauro Stephanus, quum male in Josepho vertatur *& conferentes in offerenda templo sacrificia.* Video autem quid ex Christianis apportet idem Stephanus. Ego aliter censui. GRON. Sic etiam in *Apographis* nostris. ἀφιερεμάτων in *MSS. Voss.* teste *Gronov.*

i Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου] Ita *MSS. Voss.* & *Epiphan.* Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ sine τοῖς ἡμετέροις in *Editis Josephi.*

k Ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις.] Quanto rectius & mollius hoc ipsum occurrit tibi, mi lector, quam ista compilatio & mutatio nominis cum participio Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ? GRON.

l Εἶπε·] Forte tollendum. COCC.

* *Sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso*,] Judaicis sacris addictos, iisque operatos, *Gronov.*

m Περὶ ὧ ——— ἀπέλυσα,] Plura hic sequuntur in *Rufino* cap. XXI. p. CXVI. Decreta Romanorum, Deliorum, Sardianorum &c. in gratiam Judæorum, quæ hic in Græco Josephi contextu aut Gelenii Versione non leguntur. Eadem omissa in postrema Versione Gallica. Vide etiam infra lib. 16. c. 6. §. 1. & 4. ubi similia Decreta Sardianorum, Cyrenæorum, Ephesiorum referuntur. SPANH.

n Δεισιδαιμονίας ἕνεκα] Non de se ita jactavit Lentulus, sed sic loquutus fuit respectu Judæorum, a quibus scrupulum omnem removere voluit, ut possent indulgere δεισιδαιμονίᾳ, qua esse obsessos Judæos & noverant & videbant quotidie Romani: unde in bonam partem accepi de religione, prout aptissime descriptio ejus huc convenit ex lapide, qui scribitur esse in urbe Pola, *Matri pientissimæ religioni Judaicæ metuenti*, apud Gruterum p. 721., 11, quamvis meminerim Romanos ubique Judaicam superstitionem agitare. GRON.

o Πρὸ δεκαδίου καλανδῶν] Πρὸ δωδέκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων. πολλὰ δὲ ἐστὶ καὶ ἄλλα &c. in *Editis Josephi*, reliquis omnibus omissis usque ad c. 10. §. 25. v. 13. In *Epiphanii* libris: *duodecimo Kalendarum Octobris, L. Lentulo & C. Marcello Coss. præsente Senatu, Balbus Legatus & vicarius Ephesiorum &c.*

p Παρῆσαν Τίτος Ἀππιος] Satis clara diversitas est, qua nunc illud γεγραμμένον, vel ut Latini dicunt *scribendo*, omittit, quod supra addebat. Istic enim agebatur de legitimo SCto in urbe facto: nunc autem etsi præscribantur etiam Consulum duorum nomina, tamen illi cum Pompejo non tantum ex urbe fugerant, sed & ex Italia, ut tanquam in provincia hoc decernatur, ubi non licuit implere solennitatem Romæ usurpatam. Et sic habuerunt alia Collegia hinc quandam imitationem, sed ut abstinerent ab illo senatorio *scribendo*. Certe apud Sponium in Miscellaneis pag. 5. in decretis Fratrum Arvalium occurrit identidem *in collegio adfuerunt*, & *adstantibus fratribus Arvalibus.* Item pag. 69. *Nomina quæ adscripserunt decuriæ ea quæ i. s. s.* Ex quibus primum exstat etiam apud Brissonium libro 1. de Form. pag. 104. in voto Fratrum Arvalium pro Nerone & Octavia. *In collegio adfuerunt Sulpicius* &c. Ea vero quæ recensentur deinceps octo nomina vere Romana sunt, eorum scil. qui adhærebant Pompejo & consulibus fugientibus, ut adversarii Cæsaris, quos idcirco satis magno numero oportuit illic fuisse, quocunque in oppido id decretum fuerit conceptum, ut plane hic sit eadem species, quam describit Tacitus 2. annal. 74. *Consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum erant.* GRON.

q Τίτος Ἀππιος Τίτου υἱὸς Βάλγως] Retineo (quippe venerabile est antiquum) in hoc incerto lectionem in MS. positam, exponens more Romano de Appio Valgo, *alioquin ignoto*, quum etiam Valgus inter cognomina Romana ignoretur; attamen nihil vetat fuisse, perinde ut Varus, aut Vatia. Alioqui sunt Romana alia nomina his admodum vicina, sive Ampius Balbus, sive Atius Balbus: sed infra plane repetitur Ἀππιος Βάλγος, qui videtur non fuisse multum ab hoc remotus, etsi augeatur titulo αὐτοκρατήγου, ut multi tunc fuerunt. GRON.

r Ῥαίσιος Κοίντου,] Ita *Gronov.* Ῥάσιος in *MSS.* & mox Τερεντίνα.

s Τερεντίνα Βράχος] Prius more sueto corruptum adjuvi, ut antea. Posterius quod rarissimum in Romanis, quum haberet sibi proximum Γράχος, tamen non sustinens mutare, sibi reliqui, quamvis facile quarta litera transiret ad molliorem ac vicinam illi γ, ut fieret Βράγχος sumpto cognomine ex Mileti oraculo, Latine Branchus; tamen quia nec id *invenio inter* cognomina Romana, intactum transii. Sunt quidem Brochus, Broccus, Brocchus Furiorum cognomen, Broccius, Brocchius, Brocco, Barchius. Sed quis aliquid pro vero præstet? Etiam apud Reinesium est Julius Barneus. GRON.

t Κλύσιος] Κλούσιος in *Apographis* nostris.

v Ποπλίου Ἐρωρία Γάλλος,] Optime conjicit *Gronovius* Ποπλίου Οὐετυρία legendum esse. Videsis *Sponii Itiner.* tom. 1. p. 409.

x Ἐρωρία] Tali appellatione non memini censeri ullam tribum, nec in libris, nec in monumentis aliis. In hoc tamen fragmento bis occurrit. Idcirco nisi placuerit referre inter ignota inscriptionum nomina, quæ in tribubus passim causantur viri docti, fere correxeram Οὐετυρία, quod tamen remotius est. Sed quum adverterem antecedere vocem Ποπλίου, credidi ultimam diphthongi formam non iteratam a scriba sic obumbraviſſe lectionem Josephi, qui scripserat Ποπλίου Οὐετυρία,

La-

"[z] Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα. [a] Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλ-
"βος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, Ἐφεσίων ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λεύκιος Λέν-
"τλος ὕπατος, ἐμοῦ ἐντυγχάνοντος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπέλυσε τῆς
"στρατείας. [b] αἰτησάμενόν με ἢ μᾶλλον καὶ παρὰ Φανίου τοῦ
"ἀρχιστρατήγου καὶ παρὰ Λευκίου Ἀντωνίου τοῦ ἀντιταμίου ἐπι-
"τυχόν, ὑμᾶς τε βέλομαι Φροντίσαι μή τις ἐνοχλῇ.

ιδ'. ΨΗΦΙΣΜΑ [c] ΔΗΛΙΩΝ. "Ἐπὶ ἄρχοντος Βοιω-
"τοῦ μηνὸς Θαργηλιῶνος εἰκοστῇ χρηματισμὸς στρατηγῶν.
"[d] Μάρκος Πείσων πρεσβευτὴς, ἐνδημῶν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν,
"ὁ καὶ τεταγμένος ἐπὶ τὴν στρατολογίαν, προσκαλεσάμενος
"ἡμᾶς καὶ ἱκανοὺς τῶν πολιτῶν, προσέταξεν, ἵνα, εἴπερ
"[e] Ἰουδαῖοι πολίται Ῥωμαίων, τούτοις μηδεὶς ἐνοχλῇ πρὸς
"στρατείας, διὰ τὸ τὸ ὕπατον Κορνήλιον Λέντλον θρησκει-
"μονίας ἕνεκα ἀπολελυκέναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας.
"διὸ πείθεσθαι ὑμᾶς δεῖ τῷ στρατηγῷ." ὅμοια δὴ τούτοις καὶ
Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο.

ιε'. "[f] ΓΑΙΟΣ ΦΑΝΙΟΣ Γαΐου ὑὸς, στρατηγὸς, ὕπα-
"τος, Κώων ἄρχουσι χαίρειν. Βέλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι
"πρέσβεις Ἰουδαίων μοι προσῆλθον, ἀξιοῦντες λαβεῖν τὰ
"ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα περὶ αὐτῶν γενόμενα. ὑπολέ-
"πεται δὲ τὰ δεδογμένα. Ὑμᾶς θέλω Φροντίσαι καὶ προνοῆ-
"σαι τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ συγκλήτου δόγμα, ὅπως διὰ τῆς
"ὑμετέρας χώρας εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς ἀνακομισθῶσι.

ις'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΛΕΝΤΛΟΣ ὕπατος [g] λέγει, πό-
"λεις Ῥωμαίων Ἰουδαίους, οἵτινές μοι ἱερὰ ἔχειν καὶ
"ποιεῖν Ἰουδαϊκὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας
"ἕνεκα ἀπέλυσα. τῇ ἐχθὲς πρὸ [h] δεκαπέντε καλαν-
"δῶν Ὀκτωβρίων.

ιζ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΣ Μάρκου ὑὸς, [i] ἀν-
"τιταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι πολῖται ἡμέτεροι προσ-
"ελθόντες μοι ἐπέδειξαν ἑαυτῶν συνόδους ἔχειν ἰδίαν καὶ
"τοὺς πατρίους νόμους ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τόπον ἴδιον, ἐν
"ᾧ τά τε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας
"κρίνουσι· τοῦτο τε αἰτησαμένοις, ἵν' ἐξῇ αὐτοῖς ποιεῖν,
"τηρῆσαι καὶ ὑπαρχέψαι ἐκέλευα.

"ji** filius Sabatina. Titus Atilius Titi filius Bul-
"bus, legatus & prætor, Ephesiorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæos qui
"in Asia sunt Lucius Lentulus consul, me pro il-
"lis intercedente, dimisit à militia. Postea vero
"cum idem petiissem à Fannio imperatore & à
"Lucio Antonio proquæstore *id ipsum* impetravi,
"voscque volo curare, ne quis *eis* molestiam creet.

14. DECRETUM DELIORUM. "Ar- *Decretum Deliorum.*
"chonte Bœoto mensis Thargelionis die vigesimo
"responsum prætorum. Marcus Piso legatus, cum
"in urbe nostra ageret, præesset que delectui ha-
"bendo, nobis multisque civium advocatis impe-
"ravit, si qui Judæi cives Romani *essent*, eos ne
"quis vexaret propter militiam, idcirco, quòd
"consul Cornelius Lentulus religionis ergo Ju-
"dæos à militia dimiserit. Quam ob causam vos
oportet prætori obtemperare". Similia autem
his etiam Sardiani de nobis decreverunt.

15. "CAIUS FANNIUS Caji filius, impera- *Decretum C. Fannii consulis.*
"tor, consul, Coorum magistratibus salutem. Vo-
"lo vos scire, legatos Judæorum ad me accessisse,
"orantes ut acciperent decreta senatus de ipsis fa-
"cta. Ea vero consulta subjuncta sunt. Vos volo
"ex senatusconsulti sententia his hominibus curam
"adhibere & prospicere, ut per regionem vestram
"secure in suam revehantur.

16. "LUCIUS LENTULUS consul dicit, *L. Lentuli decretum.*
"cives Romanos Judæos, qui mihi videbantur sa-
"cra habere & colere Judaïca in urbe Epheso,
"religionis ergo dimisi. Id factum est ante diem
"tertium decimum calendas Octobres.

17. "LUCIUS ANTONIUS Marci filius, *L. Antonii litera ad Sardianos.*
"proquæstor & prætor Sardianorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæi cives
"nostri, cum ad me accessissent, ostenderunt, se
"suos habere cœtus ex legibus patriis jam in-
"de ab initio, & locum proprium, in quo
"de negotiis & controversiis inter ipsos ortis ju-
"dicium ferunt: cumque à me petiissent ut id i-
"psis facere liceret, eadem illis servari permittique
"decrevi.

18. MAR-

Latine *Veturia*, quæ apud Sponium in Itiner. tom. 1. pag. 409. Οὐολτερία. GRON.

y Σέντιος Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα.] Ecce genus fraudis, quod perfrequens libris antiquis illatum est, ut vox aliqua, quoniam in proximo aut sequente illum versu iterabatur, traxerit oculos describentis ab suo loco ad illum, quem debebat differre paulisper, & sic aliqua iste omiserit, immo etiam falsa ad posteros propagaverit. Id fecit in hac parte vocabulum Γαΐου, quod prænomen quum fuisset hujus patri, eodemque usus fuisset ille Cajus Polupejus, ut infra scribitur, qui vere erat tribu Sabatina, eam falsè transfert scriba ad Sentium, qui censebatur tribu Æmilia, ut egregie & liquide in repetitione hujus consularis auctoritatis, quæ infra posita est, discimus; unde hunc locum in versione supplevi, Græca notavi lacuna paris spatii, ut oportebat. Hoc quidem opinor necessarium factu fuisse, quoniam falsa tribus adsignabatur Sentio. In eodem infra loco etiamnum in proxime sequentibus vides citari plures, quos hic locus prætermittit; quo casu aut jure, nescio, sed in illis nihil ausus fui. GRON.

z Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα.] In nostris *Apographis*, Γαΐου ὑὸς Σαβατίνα, nullo intercedente hiatu. Lacunam hic in *Græcis* inter Γαΐου & ὑὸς Σαβατίνα reliquit *Gronovius*: supplevit tamen in *Latinis* ex seq. §. 19. Locum in versione eo modo repræsentavi ex *Gronovio*, quo legendum putat Vir Clarissimus.

a Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλβος,] Erit Ἀτίλιος, si vetera monumenta sequimur, ubi Atilius Bulbus occurrit, & videtur ipsa corruptela huc ducere, idque exhibui in versione; sunt alioqui affines & Aufidius Balbus & Aurelius Balbus & super omnes notus Atius Balbus. Sed abstinere præstat. GRON. Erit Ἀτίλιος, si vetera monumenta sequimur, in quibus *Atilius Bulbus* occurrit; & videntur verborum corruptorum vestigia huc ducere, ait *Gronov.*

b Αἰτησάμενόν με ἢ] Ita in nostris *Apographis* pariter ac in *Editione Gronovii*. Ἀντισάμενόν με in *MSS. Voss.* teste *Gronovio.*

c Δηλίων] In quibus tum frequentes etiam fuisse Judæos patet ex ipso Josepho, ubi inter Cæsaris Julii decreta, hoc est, in ipsa fere hujus narrationis parte ac tempore refert verba hæc ex ejus edicto ad Parianos: Ἐντυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ καί τινες τῶν παρόντων Ἰουδαίων. Magnum profecto fuit in tam urgente necessitate Judæis remitti potuisse ab Pompejanis militandi vexationem, quum alios omnes ad eam compellerent nulla adhibita conniventia. Oppressit haud dubie Pisonem admiratio auri & argenti, quod in vicem ipsorum Judæorum cessit. GRON. Judæos multos fuisse in Delo constat supr. ex §. 8.

d Μάρκος Πείσων.] Admodum notabile indicium in Pompejanorum consiliis, qui quum versus omnia miserint ad colligendas copias, ad Cycladas hunc illustris nominis virum delegarunt tali muneri exsequendo: ut ita historia hujus Pisonis alioqui in toto bello civili non nominati, referri debeat ad libri III. de bello isto caput IV. apud Cæsarem, ubi ex Bœotia & Achaja magnus numerus supplementi nomine distributus legitur. Et hinc Cæsar III. Civil. cap. 4. ait Pompejum effecisse legiones duas ex Asia, quas Lentulus conscribendas curaverat. GRON. Historia hujus *Pisonis* (ut notavit Cl. *Gronovius*) referri debet ad lib. 3. *Comment. Cæsaris* de *Bello Civili*, c. 4.

e Ἰουδαῖοι] MS. Ἰουδαιοι.

f Γάϊος Φάνιος Γαΐου ὑὸς στρατηγὸς, ὕπατος] Est hic ergo Fannius alius illo, quem ponit Josephus XIII, 17, ubi tractatur materia similis, sed quem ponit absque prænomine, & dicitur Μάρκου υἱὸς, & tantum στρατηγὸς. Itaque hæc est momentosa accessio ad consummandos fastos hujus temporis, si constaret quo anno titulum hunc usurpaverit. Certe enim inter Consules, ne quidem suffectos, occurrit quisquam Fannius consul. Itaque ut hoc nescimus, ita egregie evenit, ut hunc Fannium noscamus ex Cicerone, unde allegavit Pigius pag. 442 inter duces Cn. Pompeii eumque in Græciam sequutos C. Fannium" f. "n. Straboneм cognomine, quod ut inde accipimus, ita ex hoc loco haurimus patrem ei fuisse Cajum. Neque enim causa ulla nos monet de Cæpione cogitare. Interea consulatum hujus Fannii videbimus, quum exorietur notitia consulatus C. Rabillii, qui infra ciatur. GRON. De hoc Fannio videsis *Pigium* in *Annalibus*, tom. 3. p. 442. de quo loco nos monuit *Gronov.*

g Λέγει,] Εἶπεν legisse videtur *Epiphan.*

h Δεκαπέντε καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] In *Epiphanii* libris *duodecimo Kalendarum Juliarum.*

i Ἀντιταμίας]. *MSS.* ἀντὶ ταμίας.

M. Publii aliorumque teſtimonium.

18. "MARCUS PUBLIUS Spurii filius & "Marcus Marci & Publii filius Lucius dicunt. "Cum Lentulum proconſulem adiiſſemus, illum "edocuimus, de quibus rebus Doſitheus Cleopa- "tridæ filius, Alexandrinus, verba fecit, ut Judæos "cives Romanos ſacra Judaïca celebrare ſolitos, "* ſiquidem ei videretur, religionis ergo dimitte- "ret; & dimiſit ante diem tertium decimum ca- "lendas Octobres.

Senatus decretum.

19. "*Menſe* QUINTILI Lucio Lentulo, Ca- "jo Marcello conſulibus. Aderant Titus Appius "Titi filius Balbus Horatia legatus, Titus Ton- "gius Cruſtumina, Quintus Ræſius Quinti *filius*, "Titus Pompejus Titi filius, Cornelius Longi- "nus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina Brac- "chus tribunus militum, Publius Cluſius Publii "filius Veturia Gallus, Cajus Teutius Caji *filius* "Æmilia tribunus militum, Sextus Atilius Sexti "filius Æſquilina Serranus, Cajus Pompejus Caji "filius Sabatina, Titus Appius Titi *filius* Menan- "der, Publius Servilius Publii filius Strabo, Lu- "cius Paccius Lucii *filius* Collina Capito, Aulus "Furius Auli filius Tertius, Appius Menas. His "præſentibus Lentulus decretum pronunciavit; "Judæos cives Romanos, qui ſacra Judaïca facere "conſueverunt in urbe Epheſo, pro tribunali re- "ligionis ergo dimiſi.

Laodicenſium literæ ad C. Rabilium.

20. "LAODICENSIUM magiſtratus Cajo "Rabilio Caji filio conſuli ſalutem. Sopater Hyr- "cani pontificis legatus reddidit nobis à te epiſto- "lam, qua ſignificabat nobis, ab Hyrcano Judæo- "rum pontifice quoſdam profectos attuliſſe literas "de gente ipſorum ſcriptas, ut Sabbata Judæis li-

ιη'. "[k] ΜΑΡΚΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ὁ [l] Σπυρίε υἱὸς καὶ Μάρ- "κος Μάρκε καὶ Ποπλίε υἱὸς Λύκιος λέγουσι. Λεν- "τλῳ τῷ ἀνθυπάτῳ παρεγενόμεθα ἐδιδάξαμεν αὐτὸν περὶ "ὧν [m] Δωσίθεος Κλεοπατρίδε Αλεξανδρεὺς λόγους ἐ- "ποιήσατο, ὅπως [n] πολίτας Ρωμαίων [o] Ιουδαίους ἱερὰ Ιου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰωθότας, ἂν αὐτῷ Φανῇ, δεισιδαιμονίας "ἕνεκα ἀπόλυσῃ· καὶ [p] ἀπέλυσε πρὸ [q] δεκατεσσάρων κα- "λανδῶν Οκτωβρίων.

ιθ'. "[r] ΚΥΙΝΤΙΛΙΩι Λουκίῳ [s] Λέντλῳ, Γαΐῳ Μαρ- "κέλλῳ ὑπάτοις. παρῆσαν Τίτος Αππιος Τίτε υἱὸς "Βάλβος Οραπία πεσσεβούτης, Τίτος Τόγγιος Κρεσ- "μίνα, Κόιντος [t] Ραίσις Κοίντε, Τίτος [v] Πῆς "Τίτε υἱὸς, [x] Κορνήλιος Λογγῖνος, Γάϊος Σερουί- "λιος Γαΐε Τηρεντίνα Βράχος χιλίαρχος, Πόπλιος "Κλώσιος Ποπλίε υἱὸς Ερωλία Γάλλος, Γάϊος [y] Τεύ- "τιος Γαΐε Αἰμιλία χιλίαρχος, Σέξτος Ατίλιος Σέξτε "υἱὸς [z] Αἰσυμία Σέσερνος, Γάϊος [a] Πομπήιος Γαΐε υἱὸς Σα- "βατίνα, Τίτος Αππιος Τίτου Μένανδρος, Πόπλιος [b] Σε- "ρουίλιος Ποπλίου υἱὸς Στράβων, Λεύκιος Πάκκιος Λουκίε "Κολλίνα Καπίτων, [c] Αὖλος Φούριος Αὔλου υἱὸς Τέρτιος, "Αππιος Μήνας. ὑφ' τούτων ὁ Λέντλος δόγμα [d] ἐξή- "νεγκε· πολίτας Ρωμαίων [e] Ιουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ιου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Εφέσῳ, πρὸ [f] βήματος δει- "σιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα.

κ'. "ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ἄρχοντες Γαΐῳ Ραβιλλίῳ Γαΐε υἱῷ "ὑπάτῳ χαίρειν. [f] Σώπατρος Υρκανοῦ [g] δεχιερέως πεσσ- "βούτης ἐπέδωκεν ἡμῖν τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολὴν, δι' ἧς ἐδή- "λου ἡμῖν παρ' Υρκανοῦ [g] Ιουδαίων ἀρχιερέως ἐληλυθότας "τινὰς γράμματα κομίσαι περὶ [g] ἔθνους αὐτῶν γεγραμμένα, "ἵνα

---

k Μάρκος Πόπλιος] Quinam fuerint iſti duo Marci cum tertio Lucio, quum in ſcripto nulla quidem ſit nota dignitatis, ſed varia habeant addita forſan ad diſtinctionem, tamen nihil ad eam nobis conferunt, & in Romanum morem admitti queunt, ſi ſtatuamus eos ex plebe fuiſſe, & hinc Judaicis ſacris addictos, ut præter prænomina de illis nihil dicatur; unde licet alia cogitari poſſint, judicavi tamen intacta relinqui. GRON.

l Σπυρίε υἱὸς] Ita in noſtris *Apographis*, prout edidit *Gronov.* (in V. L. Gronovii ἴχνεσι ος πυρίε. Sic MS. media ſunt in margine) Ποπλίε juxta *Epiphanium*.

m Δωσίθεος Κλεοπατρίδε Αλεξανδρεὺς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voſſ.* δύσι κλεοπατρίδε ἀλεξανδρεὺς λόγους.

n Πολίτας Ρωμαίων Ιουδαίους ποιήσῃ] Hoc poſtremum verbum ſic plane exſtat in MSto, quum prorſus ſit ſupervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, ſed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc ſatis mihi fuit id verbum uncis incluſiſſe, & in vertendo omiſiſſe. GRON.

o Ιουδαίους ἱερὰ] Verbum ποιῶν (quod poſt Ιουδαίους habent *MSS.* & uncis incluſum dedit *Gronov.*) omiſi, præſertim cum illud non agnoſcat *Epiphan.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, ſi hoc ad eum deferatur.

p Απέλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσα in *MSS.*

q Δεκατεσσάρων καλανδῶν Οκτωβρίων.] *MSS.* ἑβδομηκοντῶν ἑκτῶν ἐνάτων.

r Κυιντιλίῳ Λουκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen ſatis bene notum ubique, ſed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forſan ad illudendum lectoribus, quippe deſtitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus ſibi arrogare veniendi in cenſum propriarum appellationum ſequentibus annectendum. Cæterum exiſtimo vocem *μῆνι* præceſſiſſe, ut temporis titulus inter prima legeretur, etſi fatear eum aliter conceptum eſſe in antecedentibus. Ita certe egi in verſione, & ideo ſignum defectus non appoſui. GRON. Vox Κυιντιλίῳ abeſt *Vet. Interpr.* Μῆνι excidiſſe ſuſpicatur *Gronov.* ideoque *Menſe* ante *Quintili* poſuit in verſione. Hoc decretum, omiſſis ſenatorum nominibus, in *veteri verſione* ſic ſe habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coſſ. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud.* &c.

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλαγαΐῳ.

t Ραίσις Κοίντε, Τίτος Πῆς] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet ſcribam hujus codicis non eſſe laudandum ab doctrina, ſed ab fide, qua perſequutus eſt veſtigia literarum in volumine, quod deſcribebat. An noluerunt hic Ræſius cum Cornelio oſtentare ſuam tribum, quum in inſcriptionibus occurrant duo Ræſii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diverſi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit averſatus ſolus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πῆς quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco ſuperiore nequimus ambigere, quin iſtæ quinque literæ ſint poſterior pars vocis Πομπῆς, ut omnino ſignificetur hic tres illos adfuiſſe Κόιντος Ραίσις Κοίντε, Τίτος Πομπῆς Τίτε υἱὸς, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus eſt alia tentare? Mox pro Τεύτιος probabilius ante exſtat nomen Σέξτος. GRON.

v Πῆς Τίτε υἱὸς,] Ita *MSS.* Verum e ſuper. §. 13. Πομπῆς legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖνος,] Supra §. 13. deërat Κορνήλιος.

y Τεύτιος Γαΐε Αἰμιλία] Pro Τεύτιος ante exſtat Σέξτος, ſupr. §. 13. ei affines ſunt Τίτλιος & Τίτιος.

z Αἰσυμία Σίσερνος,] Sic edidi omiſſa litera ς, quæ inſuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuiſſe ſupponetur? Utique iſtud nomen eſt ignotum Romæ. Vicina ſunt *Auſonia* itemque *Auximia* ab claro oppido *Auximum*, ſane colonia quondam & municipio; etiam quandoque ſcriptum *Auſimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde illic inſolitas animadvertimus, ut ſic idem luſus ſit. An vero dicemus aliquid in his contigiſſe, quod nos docent ſcholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἴδῃ εἰπεῖν ὅτι τῇ Ρωμαίων ἐπικρατεῖ με πολιτείᾳ. ἀλλ᾽ἀγνοήτου γὰρ τοῦτο καὶ ἄδηλον, ποίᾳ τινι ἐπιτηδεύματι αὐτὸν φασὶν ἐπὶ πολὺν φασεῖν τὴν Ρωμαίων πολιτείαν συγκεκροτημένης, οἷον Ουιστίων, Φλαύιον, καὶ ἄλλων πλείστων. Cæterum meditanti varia viſum fuit latere illic nomen tribus Eſquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum; & forſan Αἰσυλία. Notant diverſitatem ab Græcis admiſſam in hoc Latino ad ſuam linguam concinnando tutores Dionyſii Halicarnaſſei, ut modo Ισκ, modo Εσκ. incipere, ſed & occurrere Αἰσκυλίνου deprehenderint. Nam quod ſtatim ſequebatur nomen Πολιτείας in MS. codice, non exiſtimo me peccaſſe, dum celebratiſſimum ſuppoſui. GRON. Αἰσυμίας Σίσερνος, pro quibus veriſimiliter Αἰσκυλίας vel Αἰσκυλίνας Σίλβανος reponendum cenſuit *Gronov.*

a Πομπῆιος Γαΐε υἱὸς] Πομπήιος pro Πολιτείας ſubſtitui cum *Gronovio*.

b Σερουίλιος Ποπλίε υἱὸς] Φούλβιος in *Apographis* noſtris.

c Αὖλος Φούριος Αὔλε.] Ita firmus reparavi ſimpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὔλιος Φουρίους Παύλε. GRON. Ita *Gronov.* Αὔλιος Φούριος Παύλε υἱὸς in *MSS.*

d Εξήνεγκε· πολίτας Ρωμαίων Ιουδαίους, εἰώθασι] Hæc optime cohærere poſſunt, ſi modo ſola poſſent in ſe conſiderari. & non ſequentia deberent his annecti; unde apparet non egiſſe Lentulum de eo, ſi Judæi tales forent cives Romani, ſed ſi illi Judæi, qui ſacra ſua Epheſi colerent, ac cives Romani eſſent, immunitatem haberent aut habituri eſſent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἰώθασι ex ſupervacuo his inſertum eſſe, idque omiſi in verſione. GRON

e Ιουδαίους,] Ιουδαίους εἰώθασι in *MSS.* ſed εἰώθασι (quod non agnoſcit *Epiphan.* & in verſione ſua omiſit *Gronov.*) faceſſere juſſi.

f Σώπατρος Υρκανοῦ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium*.

g Αρχιερέως] *MSS.* ἀρχαιρέως ſed correctum.

h Επι-

"ἵνα τε Σάββατα τοῖς Ιουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ἄπερ
"πλεῖν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[h] ἐπιτίθηται, [i] διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τραλλιανῶν τε [k] ἀντιπόντων καὶ πρόσωπον μὴ ἀρέσκειν
"τοῖς περὶ αὐτῶν δεδογμένοις [l] ἐπέταξας ταῦτα ἔτως γίνεσθαι·
"ἐφάνη κελῆσαι δέ γε, ὥστε καὶ ἡμῖν τοῦτα γράψαι περὶ αὐτῶν.
"ἡμεῖς οὖν, κατακολουθήσαντες τοῖς ἐπεσταλμένοις ὑπὸ σοῦ,
"τὰ τε ἐπισταλέντα τοῖς προδοθεῖσιν ἐδεξάμεθα καὶ κατέχω-
"μεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέστελλας, προνοήσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι.

κά. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γάλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρυτανὶς Ἑρμοῦ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, παρελθών μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἀγομένῳ τὸ [n] ἀγόραιον, ἐδήλου περὶ τοῦ ἡμε-
"τέρων γνώμην Ιουδαίοις ὑμᾶς [o] φερομένους, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σάββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια τελεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταχειρίζεσθαι, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε κατὰ τοὺς νόμους τεθηκέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀνθυποκαταστάσεως γενομένων, ἐπέκεινα μὴ κω-
"λύειν Ιουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κβ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου [t] Δαισίου πρώτῃ γνώμῃ στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ρω-
"μαῖοι, καταπολυθέντες τῇ τῶν [u] προγόνων ἀγωγῇ, τὰς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστῆσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος παρ' αὐτοὺς τοῦ ἔθνους τῶν Ιουδαίων καὶ Υρκανοῦ τοῦ ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Απολ-
"λώνιον Αλεξάνδρου, Αἰνείαν Αντιπάτρου, Αριστόβουλον
"Αμυντᾶ, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς καγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἐδοξμάτισεν ἡ
"σύγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδὲν
"ἀδικῇ Αντίοχος ὁ βασιλεὺς Αντιόχου υἱὸς Ιουδαίους συμ-
"μάχους Ρωμαίων, ὅπως τε χώρια καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ρων, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [z] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τε μηδεὶς
"ἀπολύῃ [a] ἢ τῆς Ιουδαίων χώρας ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξάγων βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Αλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τῷ ἐν Ἰόππῃ ὑπ'
"Ἰουδαίων ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βα-
"σιλέως ἡμῶν [b] Λεύκιος Πέτλιος ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς παρεσκεύασεν, ἵνα [c] φρονήσωμεν ταῦτα ἔτως γί-
"νεσθαι, καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, προνοη-
"σάμενοι τε ὅπως ἀσφαλῶς εἰς οἶκον τὴν πρεσβείαν [d] ἀνακο-
"μισθῇς. ἀποδεξάμεθα δὲ καὶ εἰς τὴν βιβλον καὶ τὴν

ceret ac reliqua ſacra peragere ex patriis legibus,
& ut nullus eis imperet, quia amici noſtri ſunt
& ſocii, ac nemo eos injuria afficiat in noſtra
provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
imperaris illa ſic fieri: ſed inſuper hoc ſe roga-
tum eſſe, ut nobis quoque iſta de illis ſcriberes.
Nos igitur, præceptis tuis obſequentes, epiſto-
lam traditam accepimus & in publicas noſtras
tabulas repoſuimus; & cætera *omnia*, quæ in
mandatis dediſti, nobis curæ erunt, ne quid re-
prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba *P. Servilii*
proconſul Mileſiorum magiſtratibus, ſenatui, *litera ad*
& populo ſalutem. Prytanes Hermæ filius ci- *Mileſios.*
vis veſter, cum ad me veniſſet in *urbe* Tralli-
bus, ubi conventum agebam, ſignificabat vos
præter ſententiam noſtram tractare Judæos, &
prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum ſa-
cra patria facere, & fructus pro ſua conſuetu-
dine adminiſtrare, ipſumque ſe ex legibus au-
ctorem fuiſſe hujus decreti. Volo igitur vos
ſcire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
bita ſunt, tandem decreviſſe, non prohibendos
Judæos uti ſuis moribus.

22. "DECRETUM PERGAMENO- *Pergameno-*
RUM. Prytane Cratippo, primo Dæſii men- *rum decre-*
ſis die decretum prætorum. Quoniam Roma- *tum.*
ni, majorum inſtitutis obſequentes, pericula
pro communi omnium hominum ſecuritate ſu-
ſcipiunt, & certatim id agunt ut ſocios ami-
coſque in felicitate & firma pace conſtituant,
cum ad illos miſiſſet natio Judæorum & Hyrca-
nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
Antipatri, Ariſtobulum Amyntæ, Soſipatrum
Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
hi præcipua quæque negotiorum ſignificaſſent,
decrevit ſenatus, de quibus rebus verba fece-
runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
lius Judæos ſocios Romanorum afficiat, utque
præſidia & portus & regionem & ſi quid aliud
ab eis abſtulit, id reddatur, atque liceat *illis ſuis*
ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
quis ſine vectigalibus ex Judæorum regione aut
ex portubus eorum quidquam exportet, *ſive*
rex ſive populus, præter ſolum Ptolemæum
Alexandrinorum regem, quia eſt ſocius noſter
& amicus; immo & præſidium quod eſt Joppe
expellendum eſſe, ſicuti petiverunt, & ſena-
tus noſtri *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
probus, mandavit, ut nobis curæ eſſet illa ita
fieri quemadmodum ſenatus decrevit, atque
provideremus ut legati in patriam ſalvi & inco-
lumes redeant. Quin etiam admiſimus in ſena-
tum

h Ἐπιθήσῃ,] Εμποδίζῃ forſan in *ſuo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

i Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ Ϝ in *MSS.*

k Ἀντιπόντων] *MSS.* ἀντηπόντων.

l Ἐπέταξας ταῦτα ἔτως γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* noſtris. ἐπέταξας in *Editione Gronovii.* forſan *Typothetarum* errore.

m Γάλβας ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάλβας in *MSS.*

n Ἀγόραιον.] *MSS.* ἀγόρεον ſed correctum.

o Περιφέρεσθαι,] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. περιφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hoſtes mitiſſime tractare.*

p Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς,] Ita ſcribitur in MSto, quod quum ſit manifeſte vitioſum, ita interpretatus ſum, ut minima mutatione unius tantum literæ ο in ω defungerer, ut ſimplex ſit uſurpatum pro compoſito ἔξεστι. Utrum id ſufficit? an apparet etiam ſatis clare coaluiſſe in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic ſenſus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus ſua conſuetudine colligere.* καθὸς ἐστὶν in *MSS.* quod in καθὼς ἔξεστιν mutavit *Gronov.* ut ἔξεστι acciperetur pro ἔξεστι. quo modo & ſupra, p. 383. v. 30.

q Λόγων ἐξ ἀνθυποκαταστάσεως γενομένων,] Sic *Gronov.* λέγων in *MSS.*

r ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudſonus*, quod in fine hujus §. dicant majores ſuos amicos Judæis Abrahami fuiſſe temporibus, verum (ut ex Joſepho *Antt.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 1. c. 25. §. 1. patere poteſt) Lacedæmoni non modo de amicitia, ſed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur. HAV.

s Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine exſtent *MSS. Voſſ.*

t Δαισίου] *MSS.* Περγαμιῶν δεσίου.

u Προγόνων] *MSS.* μητρογόνων.

x Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τοὺς δημάχους.

y Καταστῆσαι] *MSS.* Κατασῆσαι.

z Καὶ ἐξῇ αὐτῶν] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis noſtris*, καὶ μὴ ἔξη. unde καὶ ἐξῇ reſcripſi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat* &c.

a Η τῆς Ιουδαίων χώρας] In *MSS.* ἢ ἧς. atque ita edidit *Gronov.* verum ε expunxi, quod ἐξῇ in ſuperiori verſiculo detractum voculæ ἢ adhæſiſſe ſuſpicor.

b Λεύκιος Πέτλιος] *Lucius Peticus* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

c Φρονήσωμεν] *MSS.* φρενῶν τίσωμεν, unde tres literæ ραν poſtea fuerunt inductæ.

d Ἀνακομισθῇς.] *MSS.* ἀνακομιδῆς.

e Αὐ-

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsul- "tum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimi- "tatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, be- "neficiis afficiat, ideo & literas in publicis archi- "vis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, ut- "pote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insu- "per Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyr- "cano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & horta- "rentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod bene- "ficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræornm, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica rela- "tum invenimus.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSEN- "SIUM. Sacerdote Memnone Orestidæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Anthesterionis die

"συγκλησίαν τ Θεόδωρον, φιλαδόνλες τε τὴν πρὸς "λεν παρ' αὐτὸ καὶ τὸ τ συγκλήτε δόγμα, καὶ πρᾶσ- "μένε μ πολλῆς σπεδῆς [e] αὐτὸ λόγες, & τὴν Υρκα- "νὸ ἐμφανίσανλος ἀρετὴν & μεγαλοψυχίαν, καὶ ὅτι πο- "νῆ πάνλας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τὰς πρὸς αὐτὸν "ἀφικνυμένες, τά τε χρήμαλα εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν "ἀπεθέμεθα, καὶ αὐτοὶ πάνλα ποιεῖν σπεύδ Ιεδαίων, "σύμμαχοι ὄντες Ρωμαίων, κατὰ τ συγκλήτε δόγμα "ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη ἢ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τὴν ἀπο- "σολὴν ἡμῖν δοὺς, τ ἡμετέρων σρατηγῶν, ἵνα πέμ- "ψωσι πρὸς Υρκανὸν τὸ ἀντίγραφον τοῦ [g] ψηφίσμα- "τος, καὶ πείσεις δηλώσαντας τὴν τ ἡμετέρε δήμε "σπεδὴν, καὶ παρακαλέσανλας σωτηρεῖν καὶ αὔξειν αὐ- "τῶν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ ἀγαθ τινος αἴτιον "γίνεσθαι, ὡς ἀμοιβάς τε τὰς προσηκέσας ἀπολήψόμε- "νον, μεμνημένον τε [h] ὡς καὶ ἐν τῆς κτ Αβραμον καιρ- "οῖς, ὃς ἁπάντων Εβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμῶν "ἦσαν αὐτοῖς φίλοι, καθὼς ἐν τοῖς δημοσίοις ἀναγέγραμμέν- "χρήμασι.

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Ἐπὶ ἱερέως "Μέμνον Τ [i] Ορηστίδ, κατὰ ϑ πόησιν Εὐωνύμε, "[k] Ανθεσηριῶν . . . ἔδοξε τῷ δήμῳ, εἰσηγησαμένε "Μά-

ε Αὐτῶ λόγως,] Ita rescribendum censui. αὐτὸς edidit *Gronovius* ex *MSS.*

f Καὶ κατ' ἰδίαν] *MSS.* καὶ κατηδίαν.

g Ψηφίσματ⊙.] *MSS.* ψίσματ⊙.

h Ως καὶ ἐν τοῖς κτ Αβραμου καιροῖς,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priscum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni statuunt quasi principem constitutæ reipublicæ fuisse, qui fœdera cum externis non tantum, sed & longissime remotis sanciverit, ut vel ipse Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque signatum hi publice servaverint. Habes medii temporis testationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad insinuandum, cui forsan occasionem dedit historia Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam sub Psammitticho, aliis testantibus de Sesonchosi, inquirentes agnovisse tandem Phrygas fuisse ipsis vetustiores, quum sese antea jactavissent tales esse. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p 96. HUDS in *Add.*

i Ορηστίδε,] Ορηστίδε in *Apographis* nostris. Ορεστίδε edidit *Vossius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

k Ανθεσηριῶν⊙.] Nihil amplius exhibetur in MS. Sed spatii aliquid vacui sequitur, quod Vossius hanc partem edens in Observationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, nescio an satis perite & licite, quum ipse opiner non frustra evenisse; sed esse locum, ubi posita fuerit nota diei in isto mense, forsan Ανθεσηριῶνος ς' id est, ἕκτη, nisi velis primam sequentis verbi excidisse ι, ut de quinta die intelligatur, ut solebat fieri in decretis Græcorum & sequitur infra in Ephesino. Sed ipse nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidisse, non tantum quia post ἔδοξε τῷ δήμῳ sequitur δεδόχθαι, sed etiam quia in fine dicitur τῷδε τῷ ψηφίσματι, quod nullum deprehenditur in ipso decreto, nec aliquod nominatum est, forsan omittente ipso Josepho, qui tantum sectatus fuit verba ad Judæos pertinentia. Etiam nosci oportet Vossium edidisse Ανθεσηριῶν⊙, quasi non statuisset appellationem mensis, sed viri, sed vane & contra MS. Insuper scias eundem Vossium dedisse in citando & describendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Ορεστίδε, item Ιεδαίως τὰς βελομένας aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel necessitatis, cur publicari hæc decreta & istam operam Josephi in vitam velut revocari interat, summa etiamnum mihi expressa fuit. Aliud commoditatis publicæ quasi cornu & inde enascentem magnæ hæsitationis dispulsionem prodere statuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitavisse eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apostolo Paulo, unde illi nascenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum distraheretur inter duas sententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarsi a Cæsaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id sibi impetraverit, lætitia & successionis in Paulum transgressu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Novissimus se ad eam causam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut summam manum impositura. In qua etsi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen sic quoque quam turbide & parum constanter pag. 143.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem causa, sint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut insolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorsum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum scholia clare hic testari ausa, tamen suspensus & vacillans suspicari maluit de *quacunque tandem causa*, quam esset nunquam reperturus. Verissime scripserunt Græci. Neque pater S. Pauli aliam existimavit se inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarso, quam tot alii Judæi per alias Asiæ minoris urbes constituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam solam spectantibus. Hinc alienam patet esse pronunciationem de ἰσοπολιτεία Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæsaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, sed obtrudebant se illis, quod clare apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in istis quatuor oppidis, certe id non desideraverunt obtinere per Asiam minorem, quum videamus invitis incolis urbium istarum ab Romanis imperari, ut tolerent Judæos, quorum sacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciscerentur securitatem non solum vitæ, sed & religionis, non per aliam causam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere se possent Romanos, quod eis non adfuisset, nisi ab Romanis magistratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetravissent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed sicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati sunt in se transferre Judæi, ut quum essent facti *cives Romani*, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad *habitationem* oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent *quoque dici cives* Laodicenses aut Pergameni, quum essent *cives* Romani, & hoc titulo tuti contra insultationes. Aliquid sublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipsi viverent honore isto ipso decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ istarum urbium non tantum indulgere illis vitam disciplinæ, quam profitebantur, nempe Mosaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adsignare & separare cogerentur; atque adeo sine molestia essent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digesta juris; sed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeste nunc innuit ipse Paulus Apostolus, qui non mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis statui? quid magis *recusandum* ab Judæis postulari? quid intolerabilius illis, *qui gentilissimo* ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & insuper in ista ratiocinatione incongruum est, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Josepho, & mox adjiciat verba Philonis de Augusti ætate, atque inde sic ut dixi sermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modestinum *in* longe ulteriora sæcula post varias temporum mutationes & *hinc* edictorum diversitates delapsos, ut illorum verba *nihil de* isto anteriori tempore adfirmare possint, sed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur supplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuisse. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab ejus tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magisque cœperint ab gentilibus simul incoli, (exemplum in Iamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipsi inde, avaritiæ dediti homines, excesserunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis, quem

"Μάρκῳ Ἀλεξάνδρῳ. Ἐπεὶ τὸ σεβὲς τὸ ἡμῖον εὐσεβὲς καὶ
"ὅσιον ἐν ἁπάνλι καιρῷ ἀφ' ἁσυδὴς ἔχομεν, κατακο-
"λαθῆναι τῷ δήμῳ τῶν Ρωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὄνλι

". . . placuit populo, relatione facta à Marco
"Alexandro. Quoniam pietatem erga Deum &
"religionem omni tempore ſtudiosè colimus, ve-
"ſti-

quem citat Joſephus XIV, 12. pag. 479. atque item ex Philone pag. 1031.) præſertim ubi apparebant illecebræ & oportunitates diteſcendi. Ad hanc rem uſi diu regibus tum Syriæ, tum aliarum gentium, poſtquam viderunt ad Romanos fortunam declinare, præſertim in Aſia minore, contemplati morem reipublicæ iſtius, viderunt ſtatim illic adminiculum firmius, quam ab Regibus nanciſci potuerant. Hi enim ornare eos tantum ſolebant & poterant, quum nihil aliud haberent, jure civitatium earum, in quibus morari conſtituerant; ut inſigni loco docet Hieronymus ex Euſebio: *Seleucus Babylonem obtinet, & in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.* At reſpublica Romana afferebat aliquid ſanctius, & magis invictum, & ant ea inauditum, nempe jus civitatis Romanæ, per quod & libertate agendi & inviolata ſecuritate eminebant ultra gradum incolarum illius urbis, in quam erant adſciti. Ad divitias autem maturandas perinde ut Romani fœneratores videbant ſatis nullam regionem Aſia minore efficaciorem. Hinc eam nubes & examina Judæorum per ſingula fere oppida inſederunt, ut non tantum ubique occurrant in Actis Apoſtolorum, ſed diſerte ſcribat Philo pag. 1027. Petronius ἐπιτροπεύει τῶν χωρῶν, ὧν εἷς Ἰουδαῖος καθ' ἑκάστην πόλιν εἶναι παντελῶς ἄτοπος τε καὶ συνεχής. Quem ipſum locum citat etiam Grotius ad Lucam VII, 5. ut habuerit eum ante oculos, & eo magis mirari oporteat notam ejus ad eundem Evangeliſtam XIX, 9. qua ſcribit aliquammultos Judæos fuiſſe donatos Romana civitate credibile eſſe. Qui enim in illis oppidis poſſent vivere, aut quod providendum erat, ſatisfacere palam ſacris, niſi jure illo fruerentur? ut de omnibus fere id ſupponi debeat per Aſiam minorem verſantibus. In numero iſtarum urbium ab Judæis electarum ad habitandum fuit etiam hæc ipſa Tarſus, in eamque conceſſerunt majores Pauli, ſive jam ſub dominatione Regum Syriæ, ſive demum prolato iſtuc imperio Romano, quando non ſolum id curarunt ut eſſent jure civium Tarſenſium, (quippe quod nequaquam erat ſatis validum) ſed ut, ne à gentilibus poſſent ludibrio haberi ac vexari, ipſum quoque jus civitatis Romanæ adiiſcerentur, fruerenturque iis omnibus, quæ occaſione hujus juris ab magiſtratibus provincialibus in eos conferri potuiſſe & ſuevi ſſe paret ex hoc Supplemento. Non erant ab hac donatione alieni iſti magiſtratus; quippe quam ſtatuo ab eis non contigiſſe, niſi expugnatis magnitudine mercedis. Non alia ratione id impetrabatur, quam qua Herodes ab Sexto Cæſare impetravit τετραρχίαν τῆς κοίλης Συρίας, de quo ſcribit Joſephus in hoc ipſo noſtro loco, χρημάτων ᾧ αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο, & XIV, 4. Ariſtobulo & Hyrcano certantibus de pace apud Scaurum: ὑπισχνεῖτο ὁ Ἀριστόβουλος μᾶλλον ἢ ὑπὲρ δώσειν τάλαντα, ἢ ὁ Ὑρκανὸς τάτων οὐκ ἐλάττονα. Immo vel unum exemplum Julii Cæſaris hic licet divulgare ad omnes, quem teſtatur Suetonius in adminiſtratione Galliarum pretio dediſſe ſocietates ac regna; multo enim facilius hi per Aſiam ſive Judæis ſive aliis voluerunt civitatem Romanam dare, ſi quis pretio redimere cuperet. Tempeſtive in rem ſuam hoc commune jam inter Romanos proceres vitium traxerunt Judæi, quum & plus videantur offerre potuiſſe, quam alii, & cauſas graves habuiſſe, ut promptius ad id adſpirarent. Hoc ſimplex & clarum eſt: hoc ſequitur ex univerſa ratione hujus Supplementi, ut jejune iterans eadem ſcribat Orbis Romanus pag. 148. *quocunque demum titulo aut jure id majores eius eſſent adepti.* Titulus fuit honeſtus & amicitia Hyrcani cum Romanis per legatos aliquoties commemorata: ſed hic titulus in publico propoſitus non fuit niſi particulatim magno argenti vel auri pondere eum ante corroborante.

Hæc igitur quum ſic conarer inſtaurare, debui tandem confirmari in eo, quod diu in ambiguo me ſuſpenderat. Nam quum ipſe Cl. Voſſius in verbis, quæ citavi in præfatione, memoret de antiqua interpretatione, quæ locum hunc exhibeat, ut idcirco & iſta exſtet, & ejus auctor in Græcis codicibus ipſum legerit; opinor miraturos plurimos, cur eam nunc non uſurpaverim & Græcis appoſuerim. Sed arceſſitam inſpectamque ut cœpi noſcere, ut fidem Muſarum imploravi! adeo credere nequivi talia unquam ſcribi poſſe, nedum ut implerent interpretationem Latinam. Secunda dubitatio fuit, an iſta verſio etiam hic publico eſſet exponenda conſpectui, necne. Ut poſterius cenſerem, faciebat fœditas ejus, quæ tanta eſt, ut merito inſtar obſcœni monſtri debeat removeri ab oculis noſtris; atque ita huc uſque pro certo conſtituebam. Nunc quum res venit ad ipſam ἀκμὴν, immutor, & fateor additam me volente, vel ob illam cauſam, ut quum gratulari Joſepho conveniat de loco hoc certe aliquatenus reſtituto, etiam ex ipſa verſionis fœditate ab tempore noſtro abacta, rei literariæ gratulemur. Eheu! quæ fuit illius temporis ignorantia, quam ſordida cœcitas? Cui amovendæ non parum contulit hæc ipſa Lugduno-Batava Academia, tot nævis in doctrina humana abſterſis inclita, cui famæ utinam perpetim inſerviat! & Chriſtiani non pro vili negotio ducant intelligere Græca! Quin etiam quum editio iſta non ſit in omnium manibus, putabam oportune his admiſceri, ut poſſet in tempore inſpici. Denique id tertia cauſa exigebat, quo pluribus teſtibus præſentibus conſtaret fides ac veritas hujus Supplementi, non uni tantum innixa codici, ſed ſimul huic noſtro, ſimul alteri vel pluribus, quot adeſſe concinnatoribus verſionis illius potuerunt.

Sumta eſt ex editione Colonienſi anni 1524. *Subjunctio etiam Senatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt, quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolabella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatus decretum Cajus Cæſar pro Judæis decernens in ærario deponere non occurrit, ſic placet nobis, ſicut & ſenatui viſum eſt, ut hæc in tabulis æneis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt; Quinto idus Februarias, in Templo Concordiæ. Legati autem primipis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſaniæ, Alexander Theodori, Patroclus Cereæ, Jonathas Oniæ. Miſit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam, tunc Aſiæ proconſulem, petens eum ſolvere Judæos a militia, ut patriam cuſtodirent conſuetudinem, quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella cum ſuſcepiſſet literas Hyrcani, nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam Judæis, & ad Epheſinam civitatem, primam totius Aſiæ, quæ hujuſmodi legebant, ſub judice Artemione, menſis Lenæonis die prima: Dolabella imperator Epheſiorum curiæ & magiſtratibus vel populo ſalutem. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis Sacerdotum & rectoris Judæorum, intimavit mihi, quod non poſſent cives ſui militare, dum nec arma portare poſſint, nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: itaque ego ſicut prædeceſſores mei imperatores, præbeo eis militiæ remiſſionem, & concedo patriis uti legibus ſecundum ſolennes & ſacras immolationes, & congregare ſicuti ſolent pro ſacrificiis pecunias, & volo vos hæc per ſingulas conſcribere civitates. Hanc quidem Dolabella Hyrcano legationem mittente, noſtris donavit licentiam. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos, templa habentes, Epheſi ante tribunal, religionis cauſa à militia dimiſi duodecimo Kalendarum Octobris. Lucio Lentulo, & Cajo Marcello conſulibus, præſente ſenatu. Balbus legatus & vicarius, Epheſiorum magiſtratibus, curiæ, & populo ſalutem. Judæos per Aſiam conſtitutos, Lucius Lentulus me pro ipſis petente, à militia dimiſit. Poſtulans vero poſt hæc & Fannium tribunum plebis & Lucium Antonium ærarium, impetravi. Vos aut cupio curare, ne quis eis moleſtiam inferat. Decretum Deliorum ſub præſide Bioto: menſe Thrageliono, viceſima die ad titulationem judicum Marcus Phiſon legatus, adveniens in civitatem noſtram, pro delectu militum convocans nos, & multos civium, præcepit, ut ſi qui ſunt Judæi cives Romani, nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo conſuli religionis cauſa Judæos dimittere placuit. Quapropter obedire conſuli vos oportet. His ſimilia Sardiani quoque de nobis decreverunt. Cajus Fannius Caji filius, Dux, conſul, magiſtratibus Coorum ſalutem. Volo vos ſcire, quod legati Judæorum adierunt me, petendo accipere ſenatuſconſulta pro ipſis conſtituta, quæ etiam ſubjuncta ſunt. Igitur volo vos curare vel providere his hominibus ſecundum ſenatuſconſultum, quatenus per veſtram provinciam incolumes ad propria revertantur. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos qui templa Judaica habere Epheſi videntur, dicentur religionis cauſa dimiſſi. Hoc factum eſt duodecimo Kalendarum Juliarum. Lucius Antonius, Marci filius vicarius ærarii vel proconſul, Sardianorum magiſtratibus curiæ & populo, ſalutem. Judæi cives noſtri adeuntes probaverunt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel judicia invicem movent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod cuſtodiri vel permitti decrevi. Marcus Publius, filius Publii, & Marcus Lucius Marci Publii filius dicunt: Lentulum proconſulem adeuntes intimavimus ei, de quibus Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus verba fecit, ut cives Romanos Judæos templa Judaica facere ſolitos, ſi illi viſum fuerit religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo Kalendas Julias. Lucio Lentulo & Cajo Marcello conſulibus, Lentulus decretum protulit. Cives Romanos Judæos, ſacraria Judaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſi. Laodicenſium principes C. Rabilio Caſi filio conſuli ſalutem: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignavit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Judæorum deſtinatos quoſdam cum literis, pro ſua gente conſcriptis, quatenus ſabbata Judæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores noſtri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in noſtra provincia: & licet Tralliani palam dicant, non ſibi placuiſſe quæ pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autem ita, ut & nobis ſcribas de his & eadem obſequentibus tuis præceptis. Epiſtolam autem porrectam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumenta: & de reliquis quæ præcepiſti providemus, quatenus in nullo culpemur Publius Servilius, Publii Galbæ filius, proconſul, Mileſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem. Pritanis Mercurii filius civis veſter, dum in Trallibus negotia tractarem, inſinuavit mihi præter noſtram ſententiam Judæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructuſque ſua conſuetudine colligere. Volo igitur vos ſcire, quomodo audiens verba ejus vel eorum qui contra eum diſſerebant, decrevi ne prohiberentur.*

Decretum Pergamenorum ſub judice Cratippo menſe Deſio, ſententia principum. Quod Romani ſequentes ſuos majores, pro communi

"ſtigiis ſequentes populum Romanum de homi-
"nibus omnibus bene meritum & reſpicientes ad
"ea quæ de Judæorum amicitia & ſocietate ad
"*hanc* urbem ſcripſerunt, *ſcilicet* ut illis liceat Dei
"ſacris operari, feſta ſolennia & cœtus celebrare;
"nobis placuit ut jus poteſtatemque habeant Ju-
"dæorum quicunque volunt, ſive viri ſive mulie-
"res, tum Sabbata obſervandi, tum ſacra peragen-
"di ex legibus Judaicis, & proſeuchas faciendi ad
"mare pro more patrio, quod ſi quis quidquam
"eos impedierit, vel magiſtratus vel privatus, huic
"mulcta eſto & urbi debeto.

Decretum Sardianorum.

24. "DECRETUM SARDIANORUM.
"Viſum eſt ſenatui & populo, relatione facta à
"prætoribus. Quoniam cives Judæi, urbem hanc
"noſtram incolentes, multis magniſque à populo
"per omne tempus cumulati fuerunt beneficiis, &
"nunc ingreſſi ad ſenatum & populum obſecra-
"runt, reſtitutis ipſis legibus & libertate à ſenatu
"& populo Romano, ut more rituque à legibus
"præſcripto cœtus agitent, & nullam illis con-
"troverſiam moveamus, locuſque illis ſit aſſigna-
"tus, in quo congregatis cum uxoribus & liberis

"Διεγράτη, καὶ οἷς θεὶ τ Ιυδαίων φιλίας καὶ [l] συμ-
"μαχίας πρὸς τὴν πόλιν ἔχαψεν, ὅπως [m] σωτηλῶντ
"αὐτῆς αἱ εἰς τ Θεὸν [n] ἱεροπείαι καὶ ἐορτὴ αἱ εἰθισμέ-
"ναι καὶ συνοδοι· [o] δέδοκται ἡμῖν Ιυδαίων τὸς βυλο-
"μένυς [p] ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ταῖτ Σάββατα ἄγειν
"καὶ τὰ ἱερὰ σωτηλεῖν κ τὸς Ιυδαϊκὸς νόμυς, καὶ
"τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κ τὸ πά-
"τριον ἔθ, ἐὰν δέ τις κωλύσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης,
"[q] ὄδε τῷ ζημιώματι ὑπεύθυν ἔστω καὶ ὀφειλέτω τῇ
"πόλ.

κδ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Ἐδοξε τῇ βυλῇ ἐ
"τῷ δήμῳ, στρατηγῶν [r] εἰσηγησαμένων. Ἐπεὶ οἱ κατοι-
"κοῦντες ἡμῶν ἐν τῇ πόλ Ιουδαῖοι πολίται, πολλὰ καὶ
"μεγάλα φιλάνθρωπα ἐσχηκότες ἀφ' ἁπάντ ὑπὸ ἑ
"δήμου, κ νῦν εἰσελθόντες ἐπὶ τὴν βυυλὴν κ τ δῆμον
"παρεκάλεσαν, ἀποκαθισταμένων αὐτοῖς τ νόμων καὶ ἐ
"ἐλευθερίας ὑπὸ ἐ συγκλήτυ ἐ ἑ δήμυ ἑ Ρωμαίων,
"ἵνα κ τὰ νομιζόμενα ἔθη συνάγωντ, κ μὴ ἀβασάνι-
"ζώμεθα πρὸς αὐτὲς, [s] δοθῇ τι αὐτοῖς κ πόπ, εἰς
"ὃν συλλεγόμενοι μ γυναικῶν κ τέκνων ἐπιτρέψειν τὰς
"πα-

omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate vel firma pace conſiſtere, cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Judææ legatos, Stratonem Theodori, Apollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Ariſtobulum Aminæ, Soſipatrum Philippi, viros optimos, & hi ſingula demonſtraſſent, decrevit ſenatus de his quæ poſtulaverunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius lædat Judæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, vel provinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit redderet: & liceat eis à portubus Judæorum ſeu vectigalibus deportare quæ volunt, & ut nullus rex vel populus à portubus Judæorum ſeu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Joppe depelli, ſicut petierunt. Noſtra vero curiæ Lucius Peticus vir optimus, juſſit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodum ſenatus decrevit, & provideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conventu ſuſcepimus: Qui cum nobis Epiſtolam ex ſenatuſconſulto porrexiſſet, verba faciens, demonſtravit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publice vel privatim cunctis prodeſt, qui ad eum convenerint: Literas vero inter publica conſcripta repoſuimus, & nos quoque omnia pro Judæis agere, tanquam auxiliatores Romanorum ſecundum ſenatuſconſultum decrevimus. Quippe etiam poſtulavit Theodorus dum epiſtolam nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantes noſtri populi ſententiam, & petentes cuſtodiri vel ampliari noſtras cum eis amicitias: & ut meminerit, temporibus Abraham, qui omnium Judæorum pater extitit, noſtros majores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis invenimus. Decretum Halicarnaſſeorum, ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quod Judæi pietatis ſtudium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Judæorum amicitiis vel auxiliis ad noſtram civitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Judæis viris vel mulieribus ſabbata celebrare, vel ſacrificia producere ſecundum leges Judaicas. Siquis vero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor civitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ, vel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram civitatem habitantes Judæi, multa vel maxima beneficia à populo ſæpe meruerunt: nunc quoque cum ingreſſi fuiſſent in curiam populum petere, quatenus ſuis legibus, & libertate data à ſenatu populoque Romano ſecundum conſuetudinem congregentur, & judicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus vel filiis poſſint celebrare deo patrias orationes. Igitur viſum eſt curiæ vel populo, concedere eis convenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationibus vel habitaculis putaverint. Habeant etiam curatores annonæ civitatis diligentiam, ut ſi qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub judice Minophilo, menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus, quomodo interpellaverunt in civitate Judæi, Marco Julio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata, & omnia facerent ſecundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit. Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi obſervare ſabbatorum diem: imo concedere eis omnia facere, ſecundum Judaicas ſuas leges.

Ita habes, mi lector, non Joſephum, præclara & juſta Romanorum in variis locis decreta ſic colligentem, ut inde cognoſci queat mos eorum agendi in provinciis, ſi quid ſine exceptione vellent illic admitti & peragi; atque unde ſimul veritas ipſarum rerum ita pellucet, ut mereatur fidem & oſtendat Judæos illum titulum Romani civis affectantes; ſed profecto aliquem multiplicem ſonum velut bovis mugientis a capite ad ipſam calcem. Quid enim iſtam interpretationem perlegens ſolatii experiris, dum vel in Romano tempore vel in hac parte hiſtoriæ proficere cupiens illuc te confers? Et eſt tamen hoc ſplendidiſſimum tempus, quo ipſius DEI nomen ab Judæa ſic paulatim tenebroſis idolorum ineptiis immixtum intra eadem mœnia audiri cœpit, quæ modo nihil niſi μάταιον complectebantur; & Romani licet tunc perditiſſimi, illi tamen fuerunt, qui ſuis mandatis illum DEUM & cultum ejus, quo nihil mirabilius, propugnaverunt. Inprimis autem manifeſte declaratur aut ignorantia aut malignitas interpretis, qui quum tot ſpeciatim ex Romano more nomina proferrentur, ea conſulto obſcurare voluit ponendo *reliquo ſenatu*, quod ibi nequit intelligi. Et tamen poſtea ne tantillum quidem admonere voluit; plane ut in decreto peregre facto, ubi nomina conſulum Lentuli & Marcelli adſcribuntur, vides addi *præſente ſenatu* vice tot nominum. Non mens ſenatuſconſulti bene percepta aut expreſſa, ut ad ſingulas civitates referantur, quæ proprie includebantur urbi Romæ. Sic Balbum vicarium, ſic Fannium tribunum plebis, ſic Antonium ærarium, ſic adtitulationem judicum, ſic Kalendas Julias circumfert Lentulus conſul, plane obnubilante ipſo ſermone, cur toties nominetur Lentulus & decretum ejus iteretur. Quam mendax finis decreti Laodicenſium, qui velint poſtulentque ut ipſis ſcribat Rabillius? Hic cernis Mercurii filium, negotia in Trallibus, Marcum Julium Brutum proconſulem, & talia infinita; quæ tamen omnia augentur in editione antecedente Veneta anni MCCCCXCIX, die XXIII. Octobris per Albertinum Vercellenſem, ubi rubricæ dicuntur ſi non antiquitatum, certe belli Judaici factæ per magiſtrum Franciſcum Macærata ordinis minorum, & in qua Hieronymus Squarzaficus ſcribit libros Joſephi a Rufino in linguam Latinam tranſlatos. Ibi longe graviora monſtra deprehendes.

Quæ quum ita comparata ſunt, tamen licet ex his tantis ſordibus aliquid proficere. Nam per hæc confirmatur in principio nomen Rutilii, ut in Græco illud adſcriptum ex alio MS. credi debeat: hinc Doſitheus Cleopatridæ filius, ubi in Græco erat tumultus: hinc dum ſcribit *& dimiſit duodecimo &c.* quaſi pag. 710. v 7. in ſuo MS. inveniſſet ἐκ τέτλυτο: hinc ibid. v. 24. Σωσατρ Latine dicitur *Soſipater*, quaſi idem nomen foret, quod in pag. 711. v. 42. Immo perquam notabile in decreto Pergamenorum quum id dicitur factum *ſub judice* Cratippo, ut prorſus quoque obvia iſti interpreti fuerint in MS. ἐπὶ Πρυτανέως Κρατίππυ, quæ ſane exſtant etiam in MS Lugdunenſi, ſed non in recto verborum & verſiculi ordine, ſed tantum adpoſita in margine, unde non ſuſtinui pro mere legitimis inferre, quum tamen nunc hæc interpretatio plane iſtud exigat. Mox notabilis ille *Lucius Peticus*, quaſi aliquem Sulpicium innuiſſet Joſephus, cujus familia habuit iſtud cognomen. Prima autem editio exhibet plane *Halicarnaſſeorum*. GRON. Proculdubio legendum, Ἀθεσηνεῶν ς'. vel Ἀνθεσηνεῶν ι'. prout monuit *Gronov.* qui ex contextu hujus Decreti nonnulla excidiſſe ſuſpicatur, non tantum quia poſt ἔδοξε τῷ δεινᾳ ſequitur (hac ead. §.) in *MSS.* δεδοχθαι, ſed etiam quia (in iiſdem *MSS.*) in fine dicitur (hac §.) τῷδε τῷ ζημιώματι, cum nulla ζημιώματ facta ſit mentio in decreto.

l Συμμαχίας] *MSS.* σημαχίας.

m Σωτελῶν.] Σωτελῶν αὐτοῖς in *MSS.*

n Ιερωπείαι] *MSS.* ἱερωπείαι.

o Δέδοκτ ἡμῖν Ιυδαίων τὸς βυλομένυς] Ita (infr. §. 24.) reſcripſi pro δεδόχθαι, quod habent *MSS.*

p Ἄνδρας τε κ γυναῖκας] *MSS.* ἄνδρας τε γυναίκας, & ſuper ſcr. αι.

q Ὅδε τῷ ζημιώματι] Ὅδε lego, ſenſu id poſtulante, pro τῷδε, quod exhibent *MSS.* Vide *Annot.* ad ſuperiora hac ead. §.

r Εἰσηγησαμένων.] *MSS.* ἐσηγησαμένων.

s Δοθῇ τε] Ita lego. ἰόδεη τε in *MSS.*

"πατρίους εὐχὰς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ· δέδοκται οὖν τῇ "βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ συγκεχωρῆσθαι αὐτοῖς, [t] σωερχο- "μένοις ἐν τοῖς [v] ωεραποδεδειγμένοις ἡμέραις, πράσσειν τὰ "κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, ἀφορισθῆναι δὲ αὐτοῖς καὶ τόπον "ὑπὸ τῶν [x] στρατηγῶν εἰς οἰκοδομίαν καὶ κίκησιν αὐτῶν, ὃν "ἂν ὑπολάβωσι ωρὸς τοῦτ' ἐπιτήδειον, ὅπως τε τοῖς τῆς "πόλεως ἀγορανόμοις ἐπιμελὲς ᾖ καὶ τὰ ἐκείνοις πρὸς τρο- "φὴν ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰσάγηται.

κε'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ἐπὶ Πρυτανέως Μηνο- "φίλου, [y] μηνὸς Ἀρτεμισίου τῇ ωρώτῃ, ἔδοξε τῷ δή- "μῳ. Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν, εἰσηγησαμένων τῶν στρατη- "γῶν. Ἐπεὶ ἐντυγχάνουσιν τῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων Μάρκῳ "Ἰουλίῳ Πομπηίου υἱῷ Βρούτου ἀνθυπάτῳ, ὅπως ἄγωσι τὰ "Σάββατα, καὶ πάντα ποιῶσι κατὰ τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη, "μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου, ὁ στρατηγὸς συνεχώ- "ρησε· [z] δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, περὶ πράγματος "Ρωμαίοις ἀνήκοντος, μηδένα κωλύεσθαι ωροσηγορεῖν "τοὺς τῶν Σαββάτων ἡμέραν, μηδὲ πράσσεσθαι ζημιον, "ἀλλὰ γράφειν δὲ αὐτοῖς πάντα ποιεῖν κατὰ τοὺς ἰδίους αὐ- "τῶν νόμους.

κς'. Πολλὰ [a] μὲν οὖν ἐστι καὶ ἄλλα [b] τῇ συγκλήτῳ τοιαῦτα καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι Ρωμαίων δόγματα πρὸς Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγραμμένα, καὶ πόλεσι ψη- φίσματα, καὶ χρήματα πρὸς τοὺς [c] ωερὶ τῶν ἡμετέρων δικαίων ἐπιστολὰς ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι. ωερὶ ὧν ἁπάντων ἐξ ὧν [d] ωροσηπήμεθα πιστεύειν τοῖς [e] ἀνα- γινωσκομένοις ὑμῖν βασκάνως ἡμῶν τὴν συγγραφὴν πάρεσιν. ἐπεὶ γὰρ ἐναργῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τῆς πρὸς Ρωμαίους ἡμῖν φιλίας γεγομένης, ἐπιδεικνύντες αὐ- τὰ χαλκαῖς στήλαις καὶ δέλτοις ἐν τῷ Καπετωλίῳ μέ- χρι νῦν διαμένοντα καὶ διαμενοῦντα, τὴν μὲν πάντων ωροσήκουσιν, ὡς περιττήν τε οὖσαν καὶ ἀπιρπῆ, παρητη- σάμεθα. ὀθένα δ' ἔτως ἠγνοήμεν σκαιὸν, ὃς ἐχὶ περὶ τῆς Ρωμαίων ἡμῖν πιστώσης φιλίας, ὅτι ταύτην καὶ διὰ πλειόνων ἐπεδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς ἐχ ὑπολήψεται περὶ ὧν εἶναι φαμεν ἀληθεύειν ἐξ ὧν ἐπιδείξαμεν. τὴν μὲν οὖν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γεγομένην, δεδη- λώκαμεν.

"liceat patrias preces & ſacra Deo facere; placuit "igitur ſenatui & populo, ut illis conceſſum ſit "diebus præſtitutis convenire, & perfungi omni- "bus prout leges poſtulant, inſuper ut locus etiam "illis ſeparetur à prætoribus ad ædificandum eiſ- "que habitandum, quem ad id accommodatum "exiſtimaverint, utque ædilibus urbanis curæ ſit, "etiam illa importare quæ ad victum ipſis idonea "habeantur.

25. "DECRETUM EPHESIORUM. Pry- "tane Menophilo, die primo menſis Artemiſii, "placitum eſt populo. Nicanor Euphemi filius "dixit, relatione à prætoribus facta. Quoniam "Judæis qui in urbe ſunt, Marco Julio Pompejo "Bruti filio proconſule compellato, ut liceret illis "Sabbata obſervare, & omnia facere ex patriis "eorum inſtitutis, nemine eos quidquam impe- "diente, hoc ipſum prætor conceſſit; placuit ſe- "natui & populo, præſertim cum res ad Roma- "nos pertineat, neminem prohiberi à die Sabba- "torum celebrando, neque mulctam exigendam "eſſe, ſed illis poteſtatem datum iri omnia ex pro- "priis ipſorum legibus faciendi. *Decretum Epheſiorum.*

26. Et multa quidem exſtant & alia hujuſmodi decreta à ſenatu & imperatoribus facta, in gratiam Hyrcani gentiſque noſtræ; necnon civitatum pſephiſmata, & prætorum reſcripta ad literas de juribus noſtris *miſſas*. De quibus omnibus, ex iis quæ exhibuimus licet illis perſuaſiſſimum habere, qui noſtra hæc ſcripta candide lecturi ſunt. Quoniam enim clara & manifeſta noſtræ cum populo Romano amicitiæ dedimus argumenta, indicatis æreis columnis & tabulis in Capitolio etiamnum durantibus & duraturis, univerſis hîc loci apponendis, ut qui id ſupervacaneum duximus ſimul & *legentibus* injucundum, ſuperſedimus. Quippe neminem adeo perverſum *fore* credidimus, ut de amicitia noſtra cum Romanis inita, nobis non habiturus ſit fidem, præſertim cum decretis pluribus noſtrûm in gratiam factis id palam fecerint; quin potius ex iis quæ demonſtravimus, nos id quod verum eſt dicere, animo præſumet. Atque ita quidem amicitiam & ſocietatem, quæ Romanis nobiſcum interceſſit, declaravimus. *Alia decreta non affert, utpote ſupervacaneum putans.*

ΚΕΦ. ια'.

Ὡς Σέξτον ὑπὸ Βάσσου δολοφονηθέντα διαδέχεται Μάρκος, ὅτι τε ὑπὸ Καίσαρος θανάτου Κάσσιος εἰς Συρίαν ἀφικνεῖται καὶ Ἰουδαίαν σκάπτουσι· καὶ ὡς Μάλιχος Ἀντίπατρον ἀνεῖλε καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρεῖται.

CAP. XI.

Quomodo Sexto à Baſſo inſidiis perempto ſuccedit Marcus, & poſt Cæſaris mortem in Syriam venit Caſſius & Judæam afflixit: utque Malichus Antipatrum interfecit, & ipſe ab Herode interficitur.

Συνέβη δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν, παραχθῆναι τὰ κατὰ τὴν Συρίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [f] Βάσσος [g] Κεκίλιος, εἷς τῶν τὰ Πομπηίου φρονούντων, ἐπιβουλὴν συν- θεὶς ἐπὶ Σέξτον Καίσαρα, κτείνει μὲν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ, τὸ στράτευμα αὐτοῦ ωροσλαβών, κρατεῖ τῶν πραγμά- των. [h] πόλεμός τε μέγας [i] περὶ Ἀπάμειαν συνέστη, τοῦ Καί- σαρος στρατηγῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντων μετὰ ἱππέων καὶ πε- ζῆς δυνάμεως. τάττεται δὲ καὶ Ἀντίπατρος συμμαχίαν ἔπεμ- ψε [k] μετὰ τῶν τέκνων, χάριν μνήμην ὧν [l] ἐνεργετήθησαι ὑπὸ Καίσαρος· καὶ διὰ τοῦτο τιμωρεῖν αὐτῷ καὶ δίκαιον ωροσῆκε

Sexto Cæſare ex inſidiis occiſo Baſſus Cecilius rerum potitur.

ab

---

[t] Συνερχομένοις] *MSS.* συνιεχομένοις.

[v] Προαποδεδειγμένοις] *MSS.* ωραποδεδειγμένοις.

[x] Στρατηγῶν.] *MSS.* στρητηγῶν.

[y] Μηνὸς] *MSS.* μυνὸς.

[z] Δέδοκται τῇ βουλῇ] Iterum δέδοκται repoſui pro δεδόχθαι, quod exſtat in *MSS.* & ἐπιστραφθῶ (mox infer.) mutavi in ἐπιστρεφθῶ.

[a] Μὲν οὖν] Illud μὲν è *MSS. Voſſ.*

[b] Τῇ συγκλήτῳ] Παρὰ τῇ συγκλήτῳ legendum cenſet Cl. *Lowthius* & mox περὶ τῶν ἡμ. δικαίων. proculdubio rectius, quam ut ſubintelligantur præpoſitiones.

[c] Περὶ] Hæc vox inſerta eſt ex *Lugd. Bat.* HAV.

[d] Παρηλθέμεθα πιστεύειν] Ita ex *Epiphanio* legendum eſſe cenſui. παρηλθέμεθα in *Editis.* (παρατεθείμεθα *Lugd. Bat.*) παρατεθειμένα *Vat.* & *Gall.*

[e] Ἀναγινωσκομένοις ὑ βασκάνως] Tranſponuntur in *Lugd. Bat.*

[f] Βάσσος Κεκίλιος,] Conf. *ἀλλαχ.* lib. 1. c. 10. §. 10. SPANH.

[g] Κεκίλιος,] *Al.* Καικίλιος.

[h] Πόλεμός τε μέγας περὶ Ἀπάμειαν συνέστη,] Conf. *ἀλλαχ.* lib. 1. c. 10. §. 10. ſeq. SPANH.

[i] Περὶ Ἀπάμειαν συνέστη,] Περὶ τὴν Ἀπάμειαν *Vat.* & *Basil.* & mox (infr. poſt ἐνεργετήθησαν) ὑπὸ τοῦ Καίσαρος *Basil.*

[k] Μετὰ τῶν τέκνων,] Διὰ τῶν υἱῶν *Zonar.*

[l] Ἐνεργετήθησαν ὑπὸ Καίσαρος·] Ἐνεργετήθησαν *Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Basil.* ἐνεργετήθη *Zonar.* juxta canonas ἐνεργετήθησαν.

Marcus Sexto in imperium succedit.

ab ejus interfectore repetere. Cum autem bellum diu duraret, Marcus ad Sexti imperium *suscipiendum* Roma venit, & Cæsar à Cassio & Bruto in curia occisus est, postquam principatum tenuerat annos tres & sex menses. Et quidem hoc ab aliis memoriæ proditum est.

XVIII. *Post mortem Cæsaris Cassius Syriæ prætor.*

2. Bello deinde ex morte Cæsaris conflato, & *viris* omnibus primariis ultro citroque ad contrahendas copias dispersis, venit in Syriam Cassius, accepturus exercitum qui erat ad Apamiam: solutaque obsidione, ambos sibi conciliat Bassum & Marcum; urbesque peragrans, arma colligebat & milites, & ipsis *urbibus* gravia tributa imperabat. Sed maxime Judæam afflixit, exactis *ab ea* septingentis argenti talentis. Antipater vero, res magno in metu & perturbatione esse videns, pecuniarum exactionem dividit, & utrique filio redigendas committit, partim etiam Malicho sibi parum amico, partimque aliis *quibusdam*. Ac primus Herodes, redacto ex Galilæa quantum ei imperatum erat, maximam apud Cassium gratiam iniit. Sapientis enim esse sibi visum est, Romanos hoc officio demereri, & illorum benevolentiam ex aliorum laboribus captare. Cæterarum autem urbium gubernatores omnes cum suis hominibus venundabantur, & quatuor urbes in servitutem redigit Cassius; quarum erant potentissimæ, Gophna & Emmaus, reliquæ vero Lydda & Thamna. Insuper eò præ iracundia processit Cassius, ut etiam Malichum occidisset, (nam in ipsum incitatus erat) nisi ejus impetum cohibuisset Hyrcanus, missis ei per Antipatrum centum talentis de suo.

Judæam affligit.

Herodes apud Cassium gratiam init.

Hyrcanus Malichum mortis periculo liberat.

Malichus Antipatro struit insidias.

3. Postquam vero Cassius à Judæa profectus est, Malichus Antipatro insidiabatur, ejus interitum Hyrcani principatus firmitatem fore putans. neque tamen ejus consilium latuit Antipatrum. Id enim cum sensisset, recepit sese trans Jordanem, & ex Arabibus simul & indigenis exercitum contrahebat. Quanquam Malichus, homo callidus, insidias inficiabatur, se cum juramento purgans tum Antipatro tum ejus filiis, *dicensque*, fieri non posse, Phasaëlo Hierosolymorum præsidium tenente, & Herode armorum custodiam habente, ut tale quidpiam ei in mentem veniret. Ac videns * sibi negotium non succedere, reconciliatus est Antipatro, conventumque est inter eos, cum Marcus Syriæ prætor esset: qui, postquam intellexit Malichum in Judæa res novas moliri, parum abfuit quin eum interfecerit, sed Antipatri precibus ejus vitam condonavit.

Antipatri precibus Malicho vitam condonat Marcus.

XIX. *Summa rerum Herodi commissa.*

4. Nesciebat Antipater, se sui interfectorem conservasse. Certe quidem Cassius & Marcus, exercitu coacto, curam omnium Herodi tradiderunt, & eum Cœles-Syriæ præsidem fecerunt, attribu-

πφονδυκότ@ εἰσπεράξασθαι δίκαιον ἡγέμεν@. [m] χρηνιζομένης ἤ γε πολέμου, [n] Μάρκ@ μὲν ἦλθεν [o] ἐκ Ρώμης εἰς τὴν ἀρχὴν [p] τῆς Σέξτου, Καῖσαρ δ' ὑπὸ τ πρὸς Κασσιον καὶ Βροῦτον ἐν τῷ βαλανείῳ κλείνετ), [q] καταλαχὼν τὴν ἀρχὴν ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ. τοῦτ μὲν οὖν ἐκ ἄλλοις δεδήλωται.

β'. Τῷ δ' ὑπὲρ τῷ Καίσαρ@ θανάτῳ πολέμου συνερρωγότος, καὶ τ ἐν πολλ παύλαις ὑπὲρ σφαλερᾶς συλλογὴν ἄλλην ἄλλη διεσπαρμένων, ἀφικνεῖται Κασσι@ ἐκ [r] Ρώμης εἰς Συρίαν, ὑποδεξόμεν@ [s] τὸ πρὸς τὴν Ἀπάμειαν στράτευμα· καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀμφοτέρους προσάγετ) τὸν τε Βάσσον καὶ τ [t] Μάρκελλον, τάς τε πόλεις ἐπερχόμεν@ ὁπλά τε καὶ στρατιώτας συνήθροιζε, καὶ φόρους αὐτῶν μεγάλους ἐπέθηκε μάλιστα δὲ τὴν Ἰουδαίαν ἐκάκωσεν, [u] ἑπτακόσια τάλαντα λέγουσι εἰσπραττόμεν@. Ἀντίπατρ@ δέ, ὁρῶν ἐν μεγάλῳ φόβῳ Κ παρεσχῆ τὰ πράγματα, μερίζ τὴν τ χρημάτων εἰσπραξιν, καὶ ἑκατέρῳ τ υἱῶν συναγωγὴν δίδωσι, τὰ δὴ Μαλίχῳ κακοήθως πρὸς αὐτὸν διακείμενον, τὰ δ' ἄλλοις προστάττων εἰσπράττειν. καὶ πρῶτ@ Ἡρῴδης ὑπὸ τ Γαλιλαίας εἰσπραττόμεν@ [x] ὅσα ἦν αὐτῷ προστεταγμένα, φίλ@ ἦν εἰς τὰ μάλιστα Καισάρι. σῴφρον γὰρ ἔδοξεν αὐτῷ Ρωμαίους ἤδη θεραπεύειν, καὶ παρ' αὐτῶν καταστοχάζεσθαι εὐνοίας ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πόνων. ὑπερῆσαν δ' αὐτοπαθοῦσι τῶν ἄλλων πόλεων ἐπιμεληταί, καὶ πασαρᾶς πόλις [y] ἐξανδραποδίζετ) Καίσαρι· ὧν ἦσαν αἱ δυνατώταται), [z] Γόφνα τε Κ [a] Ἐμμαοῦς, πρὸς ταύταις δ' [b] Λύδδα Κ Θαμνά. ἐπῆλθε δ' αὐτ [c] ἐπ' ὀργῆς Καίσαρ@ ὥστε Κ Μάλιχον ἀνελεῖν, ὥρμητο γὰρ ἐπ' αὐτόν, [d] εἰ μὴ Τρκανὸς δι' Ἀντιπάτρου ἐκατὸν τάλαντα ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῷ πέμψας ἐπέσχε τ ὁρμῆς.

γ'. Ἐπεὶ δ' Καίσαρ@ ἐκ τ Ἰουδαίας ἀπῆρε, [e] Μάλιχ@ ὑπεβάλλετο Ἀντιπάτρῳ, τὸν τότε πλοῦτον, ἀσφάλειαν Τρκανοῦ τ ἀρχῆς ἔσεσθαι νομίζων. ὁ μὲν [f] ἔλαθε τ Ἀντίπατρον ταῦτα φρονῶν. αἰσθόμεν@ γὰρ ἐκεῖνο@ ἐχώρει πέραν Ἰορδάνου, καὶ στρατὸν Ἀράβιον ἅμα καὶ ἐγχώριον συνήθροιζε. δεινὸς μέντοι ὢν ὁ Μάλιχ@, ἠρνεῖτο τὴν ὑποβολὴν, ὀμολογούμεν@ μετ' ὅρκων αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισὶ, καὶ ὡς Φασαήλῳ μὲν τὸ Ἱεροσόλυμα φρουροῦντ@, Ἡρῴδῃ δ' ἔχοντ@ τὴν φυλακὴν τῶν ἄλλων, ἀδ' ὧν εἰς νοῦν ἔβαλε ποιῆσαι οὐδέν. ὁρῶν δ τὴν ἀποχὴν καταλλάσσεται πρὸς τ Ἀντίπατρον, καὶ συνέβησαν, [g] Μάρκῳ κατὰ Συρίαν στρατηγοῦντ@· ὃς, αἰσθόμεν@ νεωτεροποιοῦντα κατὰ τὴν Ἰουδαίαν τὸν Μάλιχον, ἦλθε μὲν ὡς τάχιστα ἐπὶ μικρὸν αὐτὸν ἀνελεῖν, Ἀντιπάτρου δὲ παρακαλέσαντ@ πέμισυσεν.

δ'. Ἐλαθε δ' ἄρα φονέα πρεσεύσας Ἀντίπατρ@ αὐτὸ τ Μάλιχον. Καίσαρ@ μὲν γὰρ Κ [h] Μάρκ@, στρατὸν ἀθροίσαντος, [i] τὴν ὑπεμέλειαν ἔπαυσεν [k] ἐπιχείρουσι Ἡρῴδῃ, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν Κοίλης Συρίας ἐπέστησεν, τάλαντα δέκα

τας

[m] Χρηνιζομένης δ' ἤ γε πολέμου,] Τελεσθείσης δ' ἤ γε κατὰ τὸν τοῦ πολέμου *Busb.* & *Zonar.* Qui factum est ut bellum traheretur docet *Strabo*, l. XVI. p. 752. D.

[n] Μάρκ@ μὲν ἦλθεν] An *Josephus* hîc in errore sit, an ejus codices (in quibus omnibus, tam *Lat.* quam *Gr.* Μάρκ@ habemus) incertum est. Marcum quidem Crispum *Dio* docet cum Cæcilio Basso depugnasse. Verum *Appianus* expresse dicit Murcum adversus Bassum à Cæsare missum fuisse. Unde ex *Dione*, l. XLVI. *Aliisque*, Μᾶρκον rescribi placet Viris doctissimis, *Casaubono* in Exercit. c. *Baronium*, p. 133. *Edit. Lond. Montacutio* in Exercit. VIII. p. 279. *Usserio* in Annalibus V. T. p. 362. *Edit. Lond.* & *Ex. Spanhemio* in Diss. VI. *de Præst. Numism.* Vide *Annott.* in lib. I. de *Bello Jud.* HUDS. Conf. *ἀλων.* lib. I. c. 10 §. 10. SPANH.

[o] Ἐκ Ρώμης] Hausimus id ex *Lugd. Bat.* HAV.

[p] Τῆς Σέξτου] *Lugd. Bat.* τὸν Σέξτον.

[q] Καταλαχὼν τὴν ἀρχὴν] Statim à Pompeji morte honores in Cæsarem effusi erant, & quamvis extra Italiam esset, præturam iniit. Ut recte hinc principatum illius *Josephus* arcessiverit, tres annos cum dimidio illi assignans. *Usserius*, p. 337.

[r] ἐκ Ρώμης,] Ex Ρώμης insertum dedi ex *Vat. Epiphan.* & *Zonar.* ἐξ Ἰταλίας l. I. de *Bello Jud.*

[s] Τὸ πρὸς τὴν Ἀπάμειαν στρατόπεδον·] Τὸ πρὸς τ. Α. στρατόπεδα *Vat.* & *Busb.*

[t] Μάρκελλον,] Vel Μᾶρκον. SPANH.

[u] Ἑπτακόσια τάλαντα ἀργυρίου] In Lemmate XXVII. ἑπτάκοσια.

[x] Ὅσα ἦν αὐτῷ προστεταγμένα,] Nempe 100 Talenta *ἀλων.* lib. I. c. 11. §. 2. SPANH.

[y] Ἐξανδραποδίζετ) Καίσαρ@·] Ἐξωνδραποδίσατο τότε Καίσαρ@ *Busb.*

[z] Γόφνα] Conf. *ἀλων.* lib. I. c. 1. §. 5. & lib. 5. c. 2. §. 1. SPANH.

[a] Ἐμμαοῦς,] Conf. *ἀλων.* lib. I. c. 11. §. 2. SPANH.

[b] Λύδδα τε Θαμνά.] Conf. *ἀλων.* lib. I. c. 11. §. 2. *SPANH.*

[c] Ἐπ' ὀργῆς Καίσαρ@·] Ὑπ' ὀργῆς *Vat.*

[d] Εἰ μὴ —— τάλαντα] Ab Antipatro data illi C. Talenta *ἀλων.* lib. I. c. 11. §. 2. SPANH.

[e] Μάλιχ@·] Ita *Busb. Vat.* & *Vet. Interpr.* μάλιστα in'. in *Editis Aliisque.*

[f] Ἔλαθε τ Ἀντίπατρον] Ἐλάνθανε, & mox ἀπ' αἰσθόμεν@ ἀπ' ἐχώρει *Busb.* ἀπ' αἰσθόμεν@ habet *Vat.*

* *Sibi negotium non succedere,*] *Vel*, rei *tentatæ* difficultatem.

[g] Μάρκῳ] Vel Μάρκου vid. *ἀλων.* lib. I. c. 10. §. 10. SPANH.

[h] Μάρκ@·] Μᾶρκ@. SPANH.

[i] Τὴν ὑπιμέλειαν ἔπαυσεν] Τὴν τε ἐπιμ. *Busb.*

[k] Ἐπιχείρουσι Ἡρῴδῃ,] Ita cum *Cod. Busb.* ἐπιχέροντα in *cæteris.*

l. Τὴν

τες ⸂ δύαμιν ἱππικὴν τε ⸂ πεζικήν· ὑποδεχόμενοι ⸂ καὶ βασιλέα τ Ιουδαίας ἀναδείξειν μετὰ [l] τ πόλεμον. συνειδὼς γὰρ τότε θεὸς τε Αντωνίου καὶ τ νέον Καίσαρος. Μάλιχ⸂ ⸂ τότε δείσας μάλιστα τ Αντίπατρον, ἐκποδὼν ἐποιεῖτο· καὶ πείσας δεχομένῳ τ Τρκανὸν οἰνοχόον, παρ᾽ ᾧ ἑκάτεροι εἰστιῶντο, [m] φαρμάκῳ κτείνει τ ἄνδρα. καὶ, ὡς λίπας ἔχων, ἠυτρέπιζε τὰ κατὰ τὴν πόλιν. γόντων ⸂ τὴν Φιλελλὴν. τὴν κατὰ ⸂ πατρὸς Ηρώδης καὶ Φασαήλ, καὶ χαλεπῶς ἐχόντων, [n] ἠρνεῖτο πάντα ὁ Μάλιχ⸂, κ ἔξαρνος ἦν ⸂ φόνου. καὶ Αντίπατρος μὲν ⸀σεβείας κ δικαιοσύνῃ διενεγκὼν, κ τῇ περὶ τὸν πατρίδα σπουδῇ, τοῦτον ἐτελεύτησε τ τρόπον. τῶν ⸂ παίδων αὐτοῦ Ηρώδης μὲν ⸀θὺς ἔγνω τιμωρεῖν τῷ πατρί, μετὰ σφαγὰς ⸀δὴ Μάλιχον ἐλθών. Φασαήλῳ ⸂ τῷ πρεσβυτέρῳ δόλῳ μᾶλλον ἐδόκει ⸀θεραπεύεσθαι τὰνδρὸς, μὴ πολέμῳ κατάρχειν νομισθῶσιν ἐμφυλίου. τὴν τε οὖν ἀπολογίαν [o] Μαλίχου ⸀προσδέχεται, κ πιστεύσαντα, ⸂ μηδὲν αὐτὸν περὶ τ Αντιπάτρου κακουργῆσαι θάνατον, [p] πάφον ⸂ κόσμῳ τῷ πατρί. καὶ ⸀προσποιούμενος Ηρώδης εἰς Σαμάρειαν, καὶ καταλαβὼν αὐτὴν κεκακωμένην, [q] ἀνεκτᾶτο κ τὰ νείκη διέλυσε τοῖς ἀνθρώποις.

ε. Μετ᾽ ⸂ πολὺ ⸂, ⸀ἑορτὴς ⸂ ⸀ἦν Ιεροσολύμοις ἑορτῆς, ⸀παραγίνεται σὺν τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν πόλιν· [r] κ δείσας Μάλιχ⸂, ἔπεισεν Υρκανὸν μὴ ⸀παρεῖναι αὐτῷ εἰσιόντι. κ πείθει μὲν Υρκανός· ⸀προβέβληται ⸂ αἰτίαν τῆς ⸀ἀποκωλύσεως τὸ μὴ δεῖν [s] ὄχλον ἀλλοδαπὸν ἀγνεύοντ⸂ εἰσδέχεσθαι ⸂ πλήθους. ὀλίγον ⸂ φροντίσας Ηρώδης τῶν ἀγγέλων, νύκτωρ εἰσῆσιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ φοβερὸς μὲν ἦν τῷ Μαλίχῳ· ὁ ⸂ οὐκ ἀνίησι τὴν ⸀ὑποψίαν, ἀλλ᾽ ἐδάκρυε τ Αντίπατρον ⸂ ἀνεκαλεῖτο Φασαήλῳ [t] ὡς φίλ⸂, κρύφα ⸂ φυλακὴν ⸂ σώματ⸂ ἐποιεῖτο. ἔδοξε ⸂ ⸂ τοῖς ⸀περὶ Ηρώδην μὴ ἀπολείπεσθαι αὐτὸν τὴν ⸀παρασκευήν· ἀλλὰ ⸂ αὐτὸς, εἰς τὸ ἀνυπόπτον, ⸀φιλοφρονεῖσθαι τ Μάλιχον.

nabatur, appellatione deſumpta à Druſo privigno Cæſaris, qui juvenis obiit. Quin & crebri facti erant fornices, nautis diverſoria: præque fornicibus exſcenſus lato ambitu toti portui circundatus erat, locus ad inambulandum animi cauſa jucundiſſimus. Aditus autem & oſtium portûs obverſum eſt Aquiloni, ventorum placidiſſimo. Ad imum vero totius ambitus, à ſiniſtra quidem *portum* intrantibus, turris rotunda lato margini inſiſtens, ad firmius reſiſtendum *fluctibus*; à dextra vero duo magni lapides, & turri ex adverſo majores, iique recti conjunctique. Portui autem in circuitum ædes circumjacent continuata ſerie, lapide politiſſimo exſtructæ, tumulo in medio exſtante, in quo templum Cæſaris iis qui adnavigant eminus viſum, habens ſtatuas, unam quidem Romæ, alteram vero Cæſaris: atque urbs ipſa Cæſarea appellatur, tam materia quam ſtructuræ artificio conſpicua. Quod autem ad ſubterranea ſpectat, cuniculos meatuſque anguſtos, non minori opere conſtantes quam quæ ſuperſtructa erant. horum nonnulli paribus à ſe invicem intervallis ad litus & mare ferebant, unus vero tranſverſus omnes ſuccinxit: adeo ut imbres facile & incolarum purgamenta una exonerentur, & mare, æſtu foris accedente, totam etiam urbem ſubluat. Exſtruxit autem urbi & theatrum è ſaxo, & pone theatrum à meridionali portûs latere amphitheatrum erexit, quod ingentem hominum multitudinem capere potuit, loco opportuniſſimo ſitum, ut ei pateat proſpectus in mare. Atque ita quidem ea urbs perfecta eſt annis XII, cum nec operi rex ſuccubuiſſet, nec ei defuiſſet unde ſumptus faceret.

ΚΕΦ. ί'.

Ὡς Ἡρώδης αὐτοῦ παῖδας εἰς Ρώμην πέμπει· κῆ ὡς ὑπὸ Ζηνοδώρου κῆ Γαδαρέων κατηγορηθεὶς αἰτιῶν ἀπολύεται, κῆ ἑαυτῷ κτᾶται Καίσαρος εὔνοιαν. Περὶ Φαρισαίων κῆ Ἐσσηνῶν, κῆ Μαναήμου.

CAP X.

Quomodo Herodes filios Romam mittit: utque à Zenodoro & Gadarenis accuſatus abſolvitur, & Cæſaris benevolentiam ſibi conciliat. De Phariſæis & Eſſenis, & Manahemo.

ΕΠΙ τούτοις ἦ ὢν, κῆ τῆς Σεβαστῆς ἤδη πεπολισμένης, ἔγνω τοὺς παῖδας αὐτοῦ πέμψειν εἰς Ρώμην, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον, [x] σωτηζομένους Καίσαρι.

HIS autem abſolutis, & Sebaſte jam ante ædificata, ſtatuit Romam filios ſuos mittere, *Herodes filios Romam mittit.*
Alexandrum & Ariſtobulum, * ut ſe Cæſari offerrent.

lo Jud.) καθιέ. Quin & κῆ ante ἀφεῖγεν ψε tollendum videtur.

b Οἱ πλείους πεντήκοντα ποδῶν ἦσαν] *L. B.* πεντήκοντ. π. ἦσαν οἱ πλείους.

c Πλάτος οὐκ ἔλαττον δεκαοκτὼ,] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

d Τὸ βάθος ἦ ἐννέα,] Εὖρος δίκα, τινὶς ἦ κῆ μείζους in lib. 1. *de Bello Jud.*

e Πόδας.] *L. B.* πόδες.

f Κυμαγωγίας] Forte κυματογῶς. COCC.

g Προκυμάτια] Προκυμία in lib. 1. *de Bello Jud.* προθυμία *Busb.* forſan pro πρόκυμα, aut πρόκυμαία. HUDS. Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

h Δρούσου] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

i Περὶ αὐτῶν ἀπόβασις] Ita *Busb. Hen.* & *Vat.* περὶ αὐτὸ in *Editis.*

k Πλατεῖ κύκλῳ περιεσφάνωτο] Πλατεῖα *Hen.* & *Busb.*

l Ὃς ἀνέμων αἰθριώτατος] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

m Περιωγμένος ἐπὶ πολὺ] Περιωγμένος *Hen.* περιαγμένος *Busb.* & *Vat.*

n Καθ' θάτερος πύργος] Ita cum *Cod. Busb.* καθ' ἑκάτερος in *Editis Aliiſque.*

o Περίκεινται δ' ἐν κύκλῳ τὸν λιμένα,] Sic *Hen.* & *Busb.* περίκεινται ἦ κύκλῳ in *cæteris.*

p Καλῆς τε ὕλης] Καλλίστης κῆ τὰ ὕλης *Busb.* Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

r Ὑπ' αὐτῷ,] *Gen.* ὑπ' αὐτοῦ.

s Κατεσκεύασε ——— ἀμφιθέατρον,] Hoc modo legiſſe videtur *Epiphan.* κατεσκεύασε δ' αὐτῇ κῆ θέατρον ἐκ πέτρας πρὸς τῷ νοτίῳ τοῦ λιμένος, κῆ ὄπισθεν ἀμφ.

t Δωδεκαέτη χρόνῳ,] Ita, accentu retracto, edidi, id quod me monuit *H. Steph.* in *Theſauro Gr.* tom. 1. p. 1294. antea erat δωδεκαετῆ. verum δωδεκαετεῖ habent *Busb. Coccejus* & *Hen.* HUDS. Scribe (inquit *Huds.* in *Add.*) δεκαετεῖ χρόνῳ. Vide ad l. 15. c. 5. HAV.

v Ἐπαρκέσαντος] *L. B.* κατεπαρκέσαντος.

* *Ut ſe Cæſari offerrent.*] *Al.* ut ſalutarent Cæſarem.

x Σωτηζομένους Καίσαρι.] Ἐντυγχάνοντας *Busb.* & *Zonar.*

Herodis filii à Pollione hospitio excipiuntur.

rent. Eò postquam pervenerunt, ad Pollionem, virum Herodis amicitiæ studiosissimum, diverterunt: eisque permissum est etiam apud Cæsarem diversari. nam & ipse eos accepit humanissime, & Herodi potestatem fecit regnum utri filiorum vellet confirmandi; eique insuper amplius regionum dedit, *videlicet* Trachonem, & Batanæam, atque Auranitidem: & dedit ob hujusmodi causam. *Erat*

De Zenodoro & Trachonitide.

Zenodorus quidam, *qui* Lysaniæ domum conduxerat. Hic quidem non satis magnos reditus habebat; eos vero latrociniis per Trachonem exercendis augebat supplebatque. Nam ea loca incolebant desperatæ vitæ homines, qui Damascenum agrum populabantur: neque Zenodorus eos impediebat, quin & ipse prædæ particeps erat. Vicini autem, hac re vexati, adversus Varronem, qui *tum* præfectus erat, vociferabantur, & ut Cæsari de Zenodori injuriis scriberet flagitabant. Cæsar, his ad eum allatis *querelis*, rescripsit, ut ex eo tractu latrones exigerentur, isque Herodi traderetur; ut ejus cura & diligentia cautum sit, ne Trachonitæ deinceps finitimis nocerent. Nec enim eos prohibere facile erat, cum unum latrocinandi opus haberent, nec aliunde viverent: quippe quibus nec oppida, nec agrorum possessiones erant, sed tantum receptacula subterranea & speluncæ, ubi vitam cum pecoribus suis communem agerent. Sibimet autem confecerunt aquarum copiam & abunde frumenti jam ante pararunt, adeo ut possent ex occulto diu resistere. Verum aditus *ad eos* sunt angusti, ut non plures quam singuli transire possint, sed interiora incredibili sunt magnitudine, ac ita facta ut quamplurimos recipiant: atque domorum superius solum non supereminet, sed propemodum terræ æquale est. Id totum rupes est dura, & aditu difficilis nisi via incedatur qua præeat ductor; quippe non rectæ sed valde flexuosæ factæ sunt semitæ. His hominibus, si quando maleficium in finitimos committere prohibeantur, moris est ut alii alios spolient, adeo ut à nullo scelerum genere sibi temperent. Atqui Herodes, beneficio donato à Cæsare, & in regionem peritorum ductu profectus, fecit ut à maleficiis illi abstinerent, finitimisque pacem & securitatem præstitit.

Zenodorus & Gadarenses Herodem accusatum proficiscuntur.

2. Zenodorus autem, iratus primum quod privatus esset præfectura, deinde, & quidem potissimum, quod Herodi principatum assequuto invideret, profectus est Romam ut eum accusaret. Et ille quidem re infecta reversus est. Agrippa vero missus est, ut provincias trans mare Ionium Cæsaris nomine procuraret: eumque Mitylenæ hybernantem Herodes (utpote ei amicissimus & familiarissimus) adiit, deinde Judæam repetiit. Cæterum Gadarenses quidam Herodem apud Agrippam accusatum iverunt: ac ille, cos nullo dignatus responso, regi vinctos remisit. Atque Arabes, qui jamdiu Herodis principatu dolerent, concitati erant, ac tunc ejus rebus diffidium creare conabantur, idque de causa ut tum videbatur satis probabili. Zenodorus enim, de suis rebus jam despe-

τάτοις ἀνελθοῦσι καταγωγὴ μὲν ἐν οἴκῳ [y] Πολλίωνος, ἀνδρὸς τῶν μάλιστα σπουδασάντων τῇ τοῦ Ἡρώδου φιλίᾳ. ἐφοίτων δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς Καίσαρος καταγεδαι, καὶ γὰρ ἐδέξατο μὲν πάσης φιλανθρωπίας τοὺς παῖδας, καὶ δίδωσιν Ἡρώδῃ τῷ βασιλείαν ὅτῳ βούλεται βεβαιοῦν τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων, καὶ χώραν ἔπι τὸν τε [z] Τραχῶνα καὶ [a] Βαταναίαν καὶ [b] Αὐρανίτιν· ἔδωκε δὲ ἀφ' ἁπλοῦ [c] αἰτίαν. [d] Ζηνόδωρός τις [e] ἐμεμίσθωτο τὴν οἴκησιν Λυσανίου. τούτῳ τὰ μὲν κατὰ τοὺς προσόδους οὐκ ἠρκεῖ· λῃστήρια δ' ἔχων ἐν τῷ Τραχῶνι, πλείω τῆς προσόδου ἐφερεν. οἰκοῦσι γὰρ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ζῶντες τοὺς βίους, οἳ τὰ Δαμασκηνῶν ἐληίζοντο. καὶ Ζηνόδωρος ἅτ' εἰρχὴ, κοινωνὸς τῶν ὠφελειῶν ἐποιεῖτο. κακῶς δὲ πάσχοντες οἱ [f] πλησιόχωροι, [g] Οὐάρρωνος κατεβόων [h] δὲ ἐπὶ ἡγεμονεύοντος, καὶ χρᾶφειν ἠξίουν Καίσαρι δὲ Ζηνοδώρῳ τὴν ἀδικίαν. Καίσαρ δὲ, ἀνενεχθέντων τούτων, [i] ἀντέγραφεν ἐξελεῖν τὰ λῃστήρια, τῷ δὲ χώραν Ἡρώδῃ [k] προσνέμειν, ὡς ἀπὸ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκείνου μηκέτ' ἂν ὀχληρῶν τῶν περὶ τὴν Τραχῶνα γινομένων τοῖς πλησίον. ἦδε γὰρ ῥᾴδιον εἶναι ἐπισχεῖν αὐτούς, ἐν ᾗ τὸ λῃστεύειν πεπιημένους, καὶ βίον οὐκ ἄλλοθεν ἐχοντας. ἦσαν γὰρ πόλις αὐτοῖς, ἦσαν κτῆσις ἀγρῶν ὑπῆρχε, [l] ὑπόφυγαὶ δὲ κατὰ τῆς γῆς καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων δίαιτα. μεμηχάνηνται δὲ καὶ σιταγωγὰς ὑδάτων καὶ προπαρασκευὰς σιτίων, καὶ δύνανται πλεῖσον ἐξ ἀφανοῦς ἀντέχειν. αἱ γε μὲν εἴσοδοι στεναὶ [m] καὶ καθ' ἕνα παρερχομένων, τὰ δ' ἔνδον ἀπίστως μεγάλα, καὶ πρὸς εὐρυχωρίαν ἐξειργασμένα· τὸ δ' ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἔδαφος οὐχ ὑψηλὸν, ἀλλ' οἷον ἐξ ὑπαίθρου. πέτρα δὲ τὸ σύμπαν σκληρὰ, καὶ δύσοδος, εἰ μὴ τρόπῳ χρῶτό τις ὁδηγίας. οὐδὲ γὰρ αὖται κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἕλικας [n] ἐξελίττουσαι. τούτοις ἐπὶ δὴ τῶν εἰς τοὺς πλησίον κακουργημάτων ἐκώλυόντο, καὶ [o] κατ' ἀλλήλων δὲ ὁ τῆς λῃστείας τρόπος, ὡς μηδὲν ἀνομίας ἐν τούτῳ [p] λελεῖφθαι. λαβὼν δὲ τὴν χάριν Ἡρώδης παρὰ Καίσαρος, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν χώραν, ὁδηγῶν ἐμπειρίᾳ, τούς τε πονηρευομένους αὐτῶν κατέπαυσε, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀδεῆ τὴν εἰρήνην παρέσχεν.

β'. Ὁ δὲ Ζηνόδωρος ἀρχόμενος, πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἐπαρχίας ἀφῃρέθη, μᾶλλον δὲ καὶ φθόνῳ τῷ δεχθέντι Ἡρώδῃ μετεληφότος, ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην κατηγορήσων αὐτοῦ. κἀκεῖνος μὲν ἀπρακτος ἀνεστρέφη. πέμπεται δὲ Ἀγρίππας [q] τὰ πέραν Ἰονίου ἀφέδρος Καίσαρι· καὶ τότε ἐν [r] Μιτυλήνῃ χειμάζοντι συντυχὼν Ἡρώδης, ἦλθε δὲ εἰς τὰ μάλιστα φίλος καὶ σπουδῆς, εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν ἀνεστρέφη. [s] Γαδαρέων δέ τινες ἐπ' Ἀγρίππαν ἦλθον κατηγορήσοντες Ἡρώδου, καὶ τούτους σκληρῶς, οὐδὲ λόγον αὐτοῖς δοὺς, ἀναπέμπει τῷ βασιλεῖ δεσμίους. οἵ τε Ἄραβες, καὶ πάλαι δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἡρώδου, διεκινήνητο, καὶ στασιάζειν ἐπεχείρουν αὐτῷ τὰ πράγματα τότε, καὶ μετ' αἰτίας ὡς ἐδόκουν εὐλογοτάτης. ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ὑπερηυτύχουν

ἦδη

[y] Πολλίωνος οἴκος.] Videsis *Casaub.* adv. *Baron.* p. 90. & *Montacutium* in *Exercit.* IV. p. 158. HUDS. Asinii Pollionis, alius proinde à Pollione Pharisæo, de quo supr. lib. 14. c. 9. §. 4. item lib. 15. c. 1. §. 1. & paulo post §. 4. SPANH.

[z] Τραχῶνα] Vid. infr. §. 3. SPANH.

[a] Βαταναίαν] Βαταναίδι supr. lib. 4. c. 7. §. 4. vid. & *alibi*. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[b] Αὐρανῖτιν·] Sic lego ex lib. 1. de *Bello Jud.* Αὐρανίτιν in *Editis*. Αὐρανίτιν *Hen.* & Ἀβρανῖτιν ἔδωκε ἀφ' τ. *Busb.* HUDS. Conf. infr. §. 2. & *alibi*. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[c] Αἰτίαν.] *L. B.* αἰτίαν ἀφ' ἁπλοῦς, quasi delendum foret ἀφ'. HAV.

[d] Ζηνόδωρος —— Λυσανίου.] Hic forsan ille est, cujus meminit Strabo lib. 16. p. 756. Ed. *Paris.* HUDS. in *Add.* Id. de Zenodoro *alibi* lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[e] Ἐμεμίσθωτο τὴν οἴκου.] Ἐμεμίσθωτο *Busb.*

[f] Πλησιόχωροι,] Lege πλησιόχωροι.

[g] Οὐάρρωνος κατεβόων δὲ τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita cum *Casaubono* lego ex *Vet. Interpr.* antea erat Οὐάρρους. HUDS. Conf. *alibi*. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[h] Τὰ τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita *Hen.* & *Vat.* δὲ Τραχῶνος ἡγεμ. *Busb.* δὲ ἡγεμ. in *Editis*.

[i] Ἀντέγραφεν ἐξελεῖν] Ἀντέγραφεν *Busb.* & *Hen.*

[k] Προσνέμειν,] Προσνεμεῖν *Busb.*

[l] Ὑποφυγαὶ] Ita ex *L. B.* posuimus. *Vulgati* & *Alii* φυγαὶ. HAV.

[m] Καὶ καθ' ἕνα] Illud καὶ è *Cod. Hen.*

[n] Ἐξελίττουσαι.] Ἐξαλλάττουσαι *vulgus Vat.*

[o] Καὶ κατ' ἀλλήλων] Ita *Hen.* καταλλήλων absque καὶ in *ceteris*.

[p] Λελεῖφθαι.] Ita *Hen.* (*Coccejus*) & *Gall.* λελεῖφθαι in *ceteris*.

[q] Τὰ πέραν Ἰονίου ἀφέδρος] Trans Ionium *Rufin.* SPANH.

[r] Μιτυλήνῃ] Μυτιλ. ex Nummis. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. SPANH.

[s] Γαδαρέων] Mox §. 3. Γαδαρηνοὶ· Nummi ΓΑΔΑΡΕΩΝ seu ΓΑΔΑΡΩΝ. SPANH.

τ Αὐ-

ἤδη τῶν κατ' αὐτὸν, ἔφθη τῆς ἐπαρχίας μέρος τὶ τῷ [z] Αὐρανῖτιν αὐτοῖς ἀποδόσθαι ταλάντων πεντήκοντα. ταύτης ἐμφοτιεχομένης τῇ δωρεᾷ Καίσαρος, ὡς μὴ δικαίως ἀφαιρεθέντες, διημφισβήτουν, πολλάκις μὲν τῇ καταδρομῇς, καὶ τῷ βιάζεσθαι θέλειν, ἄλλοτε δὲ καὶ πρὸς δικαιολογίαν ἰόντες. ἀνέπειθον δὲ καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν, καὶ δυσμενεῖς ἦσαν, [v] ἐλπίζοντες ἀεὶ καὶ πρὸς τὸν νεωτερισμὸν ἐνδιδόντες, ᾧ μάλιστα χαίρουσιν οἱ κακῶς πράττοντες τῷ βίῳ. ταῦτα δὲ μακρὰ γινώσκων Ηρώδης, ὅμως οὐκ εἰς τὸ δυσμενὲς, ἀλλ' ἐξ ἁπλογισμοῦ παρηγόρει, τῆς παραχαῖς οὐκ ἀξιῶν ἀφορμὰς ἐνδιδόναι.

γ'. Ἤδη δὲ [x] αὐτὸ [y] τὸ βασιλείας [z] ἑπτακαιδεκάτου [a] παρελθόντος ἔτους, Καῖσαρ εἰς Συρίαν ἀφίκετο. καὶ τότε τῶν Γαδαρέων κατοικούντων οἱ πλεῖστοι κατηγόρουν Ηρώδου, βαρὺν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτάγμασι καὶ τυραννικὸν εἶναι. ταῦτα δὲ ἀπειθοῦντες μᾶλλον ἐγκειμένους καὶ [b] ἀθαλλοῦντος αὐτὸν Ζηνοδώρου, καὶ θαρσύνοντος ὅρκους, ὡς οὐκ ἐγκαταλείψει μὴ πάντα τρόπον ἀφελέσθαι μὲν τὸ Ηρώδου βασιλείας, προσθῆσειν δὲ τῇ διοικήσει Καίσαρος. τούτοις ἀναπεισθέντες οἱ [c] Γαδαρηνοὶ [d] ὀλίγων [e] κατεβόων ἐπιόντες, θράσει δὲ μηδὲν τοὺς ὑπ' Αγρίππου θεραπευθέντας ἐν τιμωρίᾳ γενέσθαι τοῦ Ηρώδου καὶ μηδὲν κακὸν εἰργασμένους· καὶ γὰρ, εἴ τις ἄλλος, εὐόργητος μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις, μεγαλόψυχος δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασι φύσει. κατηγορούντων οὖν ὕβρεις καὶ ἁρπαγὰς καὶ καθαιρέσεις ἱερῶν, ὁ μὲν Ηρώδης ἀπαρακλήτους ἕτοιμος ἦν εἰς τὴν ἀπολογίαν· ἐδέξατο δὲ Καῖσαρ αὐτὸν, οὐδὲν ὑπὸ τῆς παραχῆς καὶ πλήθους μεταβαλὼν τῆς εὐνοίας. καὶ τῇ μὲν τῆς πρώτης ἡμέρας, οἱ περὶ τούτων [f] ἐρίσαντες λόγοι· τῇ δὲ ἐξῆς οὐκέτι [g] προῆλθε διάγνωσις. οἱ γὰρ Γαδαρεῖς ὁρῶντες τὴν ῥοπὴν αὐτοῦ τε Καίσαρος καὶ τῆς συνεδρίας, καὶ προσδοκήσαντες ὅπερ ἦν εἰκὸς ἐκδοθήσεσθαι τῷ βασιλεῖ, καὶ φόβον αἰτίας οἱ μὲν ἀπέσφαξαν αὐτοὺς ἐν τῇ νυκτὶ, τινὲς δὲ καθ' ὕψους [h] ἀφέσαν, ἄλλοι δὲ εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντες ἑκουσίῳ διεφθείροντο. ταῦτα δὲ ἐδόκει κατάγνωσις εἶναι τοῦ προπετείας καὶ ἁμαρτίας· ἔνθεν δὴ μελήσας ὁ Καῖσαρ ἀπέλυε τῶν αἰτιῶν Ηρώδην. ὑπισυμπίπτει δὲ καὶ μέτρον εὐτύχημα τοῖς ἤδη γεγονόσιν. [i] ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ῥαγέντος αὐτῷ τοῦ στόματος, καὶ πολλοῦ τοῦ αἵματος, [k] ἐν Ανθιοχείᾳ τῆς Συρίας σκηνῇ τὸν βίον. Καῖσαρ δὲ καὶ τὴν τούτου μοῖραν, οὐκ ὀλίγην οὖσαν, Ηρώδῃ ἔδωσιν, ἣ μεταξὺ τοῦ [l] Τραχῶνος καὶ τῆς Γαλιλαίας ἦν, [m] Οὐλάθαν καὶ [n] Παναιάδα καὶ τὴν περὶ ἕξ χώραν. ἐγκαταμίγνυσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς ἐπιτροπεύουσι τῆς Συρίας, ἐπιτάξαντος μὴ τῆς ἐκείνου γνώμης τὰ πάντα ποιεῖν. τό, τε σύμπαν εἰς τοῦτο προῆλθεν εὐτυχίας, ὥστε δύο τούτων τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν διεπόντων, τοσοῦδε τὸ μέγεθος ὄντων, [o] Καίσαρος καὶ μετ' αὐτὸν Αγρίππα, τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, Καίσαρι μὲν ὀλίγα μετ' Αγρίππαν Ηρώδης προετίμησεν, Αγρίππας

rans, eis ſuæ præfecturæ partem, Auranitidem *ſcilicet*, vendiderat quinquaginta talentis. Et quoniam pars in eo, quod donaverat Herodi Cæſar, continebatur, tanquam injuſte ea privati, cum eo concertabant *Arabes*, & crebras incurſiones faciendo, & vim tentare cogitando, nonnunquam etiam jure experiundo. Quin & ſibi conciliabant pauperes milites, & Herodi infeſti erant, ſemper ſperantes, & novis rebus ſtudentes; quibus maxime gaudent, qui vitam male agunt. Hæc jam pridem intelligens Herodes, tamen non hoſtiliter agebat, ſed eos prudenter leniebat, neque turbis occaſionem dare volebat.

Zenodorus præfecturæ ſuæ partem Arabibus vendit.

Arabes Herodi inferi.

ſenſi.

3. Cum autem jam annum decimum ſeptimum in regno egiſſet *Herodes*, venit Cæſar in Syriam: ac tum maxima Gadarenorum pars de Herode expoſtulare cœperunt, imperioſum eſſe acerbumque & tyrannum dicentes. Eos autem ita audaces faciebat Zenodorus, inſtigando, & de Herode conquerendo, jurandoque ſe nunquam deſerturum eos, quin Herodis regno adempturum eſſe & Cæſaris ditioni adjecturum. His adducti Gadareni magnum clamorem *contra eum* ſuſtulerunt, eo freti, quod quos ei vinctos tradiderat Agrippa, pœnas non dediſſent, ſed ab Herode dimiſſi, nihilque mali ab eo paſſi fuiſſent: etenim, ſi quis alius, in ſuos inexorabilis eſſe exiſtimabatur, cum ex animi magnitudine in peccatis aliis remittendis facilem ſe præberet. Igitur cum ab illis de vi & rapinis & templorum everſionibus accuſaretur, Herodes imperturbatus parabat cauſam ſuam defendere: ſed Cæſar ei dextram dedit, neque quidquam de ſua erga eum voluntate ob multitudinis turbationem immutavit. Ac primo quidem die de hiſce rebus actum eſt; die vero ſequenti non perrectum eſt in cognitione. Nam Gadareni, propenſionem tum ipſius Cæſaris tum aſſeſſorum videntes, & ſe regi traditum iri (ut erat veriſimile) arbitrantes, cruciatuum metu partim ſe noctu interfecerunt, partim *ex alto* ſe præcipitarunt, aliique ſe in fluvium dejicientes mortem ſibimet conſciverunt. Iſta autem videbantur indicare levitatis culpæque pœnitentiam: itaque Cæſar ſine ulla dubitatione Herodem abſolvit. Præterea & aliud accidit, quod ei feliciter admodum ceſſit. Nam Zenodorus, rupto inteſtino, multoque, cum viribus deficeretur, amiſſo ſanguine, vita deceſſit Antiochiæ in Syria. Quamobrem & ejus regionem Cæſar Herodi dedit, (quæ erat non parva, inter Trachonem & Galilæam poſita) *ſcilicet* Ulatham & Paniadem, agrumque finitimum. Quin & eum cum Syriæ procuratoribus conjunxit; eiſque, ne quid ſine Herodis ſententia facerent, imperavit. atque, ut rem in pauca conferam, eò felicitatis pervenit, ut, cum Romanum imperium, idque tantæ magnitudinis, duo iſti regerent, Cæſar eique proxime Agrippa, ex *ſingulari* in eum benevolentia, Cæſar quidem neminem ſecundum Agrippam pluris fecerit quam Herodem, Agrippa vero ſecundum Cæſarem Herodi primum in amicitia ſua locum tribuerit. Itaque

Auguſtus Cæſar in Syriam venit.

Gadareni Herodem accuſant.

Cauſa ſuæ diffiſi ſemetipſos male mulctant.

Zenodori mors.

Cæſaris & Agrippæ in Herodem benevolentia.

Herodes tetrarchiam à Cæſare Pheroræ impetrat.

[z] Αὐρανῖτιν] Supra §. 1. *Gen.* Αβρανῖτιν SPANH.

[v] Ελπίζοντες ἀεὶ] Επελπίζοντες *Busb.* & *Vat.*

[x] Αὐτῷ τὸ βασιλείας ἑπτακαιδεκάτου] Anno XVII. Regni Herodis profectio Auguſti in Syriam. *Petav. D. Temp.* l. IV. c. 1. vertenda hæc ſtatuit: *Cum jam regni* XVII. *annus Herodi præteriiſſet.* quod probat Pagius adv. Baron. p. 28. SPANH.

[y] Τῆς βασιλείας] Τῇ βασιλείᾳ *Hen.*

[z] Επτακαιδεκάτου] *Sc.* à morte Antigoni. *Uſſerius* in *Annalibus V. T.* p. 509. Ex quo devicerat Antigonum. *Langius* de *Annis Chriſti*, l. 2. c. 18. p. 347.

[a] Παρελθόντος ἔτους,] Παρελθόντος *Busb.* παρεληλύθοτος *Hen.*

[b] Διαβάλλοντος αὐτὸν Ζηνοδώρου,] Καὶ διαβεβλημένου αὐτὸς *Busb.*

[c] Γαδαρηνοὶ] Γαδαρεῖς *Hen.* & *Busb.* & in *Epiphanii* verſione *Gadarenſes.* HUDS. Supra §. 2. Γαδαρέων. SPANH.

[d] Οὐ μικρῶν] Illud ὐ è *MSS.*

[e] Κατεβόων] Sic κατεβοᾶν ſup. lib. 4. c. 3. §. 1. ὁ δὲ πᾶς ὅμιλος φύσει χαίρειν τῷ κατεβοᾶν τὸ οὐ τιλῷ· κατέβοα *Thucyd. lib.* 1. *p.* 48. SPANH.

[f] Ερίσαντες λόγοι·] Ερρήθησαν *Busb.* rectius ἐρρήθησαν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[g] Προῆλθε] *L. B.* παρῆλθε.

[h] Αφίεσαν,] Ηφίεσαν *Hen.* & *Busb.*

[i] Ο γὰρ —— αἵματος,] Vixiſſe Zenodorum Tetrarcham ad initia Herodis & Philippi Tetrarcharum cenſet Harduin. de Numm. Herod. p. 25. 26. SPANH.

[k] Εν —— τὸν βίον.] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

[l] Τραχῶνος] Verum Trachonitida Zenodoro tribuit infr. lib. 16. c. 9. §. 1. & ſupr. §. 1. & Dio Caſſius lib. LIV. 602. SPANH.

[m] Οὐλάθαν] Infra lib. 17. c. 2. §. 3. Οὐλαθὰ. SPANH. Οὐλαίθαν *Lugd. Bat.*

[n] Παναιάδα] Παναιάδα *Euſebio Aliiſque.* HUDS. Vel Παναιάδα· SPANH.

[o] Καίσαρος —— Καίσαρα] Idem ἀλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

p Περὶ-

que pro ea quæ ſibi ex *gratia* nata eſt fiducia, à Cæſare * tetrarchiam petiit fratri ſuo Pheroræ, atque ipſe ei centum talentorum reditum de ſuo regno dedit, ut ſi forte moreretur *Herodes*, eſſet in tuto Pheroræ res, nec ea potirentur Herodis filii. Poſtquam autem Cæſarem ad mare comitatus rediit, pulcherrimum ei templum exſtruxit, ex candido ſaxo, in Zenodori terra, prope eum locum quod Panium appellatur. Specus eſt pulchra admodum in monte, eique ſubjectus eſt terræ hiatus & vorago prærupta immenſæ altitudinis, ſtagnantis aquæ plena: ſupra autem mons ingens imminet, & infra ſpecum oriuntur fontes Jordanis fluminis. Hunc locum, utpote maximæ celebritatis, templo inſuper exornavit *Herodes*, quod Cæſari ſacrum eſſe voluit.

Jordanis ortus.

4. Tunc etiam ſui regni hominibus tertiam vectigalium partem remiſit, prætextu quidem ut ſemet poſt *terræ* ſterilitatem recrearent reficerentque: ſed id magis faciebat, ut ab illis ſibimet infenſis gratiam iniret. Nam ejuſmodi opera quibus adeo ſtuduerit, quaſi ex iis tolleretur religio & mores dilaberentur, ægre ferebant. atque in ore erat omni populo, quippe ſemper irritato & perturbato. Huic autem rei occurrebat ille diligenter, eis occaſiones adimendo, & perpetuos labores injungendo, ut jam civibus coire, ſimulve ambulare aut vivere non liceret, obſervantibus omnia cuſtodibus: atque ſi quis deprehenſus eſſet, in eum acerbe animadvertebatur; multique, tum palam tum ſecreto, in Hyrcaniam caſtellum adducti, illic interficiebantur. erantque certi, tum in urbe tum in viis, homines, qui obſervarent ſi qui convenirent. Quin ipſum quoque ajunt, ne hanc quidem partem neglexiſſe: ac ſæpe veſtitu privati hominis ſeſe noctu turbis immiſcuiſſe, ut experiretur & reſciſceret quid de principatu *illius* ſentirent. Quod ſi qui obſtinate in mores conſentire recuſarent, eos modis omnibus perſequebatur: reliquos vero ad fidem jurejurando perducendos cenſebat, atque ipſos compulit ut ſacramento ſe aſtringerent fidelitatem ei in imperio conſervaturos eſſe. Multi itaque, tum ut eum colerent, tum etiam quod metuerent, iis quæ poſtulabat conſenſerunt: qui vero faſtidioſe ſtomachabantur, & ſeſe cogi non ſuſtinebant, eos quavis ratione è medio tollebat. Volebat etiam Pollionem Phariſæum & Sameam, & complures eorum qui illos frequentabant, ad jurandum cogere: ſed illi in eam rem non conſenſerunt; neque tamen, ut cæteri qui juramentum detrectarunt, pœnas luerunt, illo eorum rationem habente propter Pollionem. Ab hac eadem neceſſitate ex-

Herodes Judæos indies majore ſervitute premit.

Pollio & Sameas Phariſæi.

Eſſæi Pythagoricis ſimiles.

ἢ μὴ Καίσαρα [p] πρῶτον ἀποδίδοι Φιλίας τόπον Ηρώδης. τοιαύτης ἢ ἐχόμενος παῤῥησίας, τῷ μὲν ἀδελφῷ [q] Φερώρᾳ ᾗδη Καίσαρος ἠτήσατο τετραρχίαν, αὐτὸς δὲ πενήμας ἐκ τῆς βασιλείας πρόσοδον ἑκατὸν ταλάντων, ὡς, [r] εἰ καί τι πάθοι, τὰ κατ' ἐκεῖνον ἀσφαλῶς ἔχοι, καὶ μὴ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ κρατεῖν. Καίσαρα δ' ὑπὲρ θαλάττης πρόπεμψας, ὡς ἐπανῆκεν, ἐν τῇ Ζηνοδώρου πεδιακαλλέστατον αὐτῷ ναὸν ἐγείρει πέτρας λευκῆς, [s] ὃν καλοῦσιν [t] Πανιὰ καλούμενον. [v] στάδιον δὲ ὄρει πρόκειται, ὑπὸ αὐτῷ ἢ γῆς ὀλίσθημα, καὶ βάθος ἀπέῤῥωγὸς [x] ἄφατον, ὕδατος ἀκινήτου πλέον· καθύπερθεν δ' ὄρος παμμέγεθες, ὑπὸ ἢ τὸ στάδιον ἀνατέλλουσιν [y] αἱ πηγαὶ τοῦ Ιορδάνου ποταμοῦ. τοῦτον ὑπισημότατον ὄντα τὸν τόπον, καὶ τῷ ναῷ προσεκόσμησεν, ὃν ἀφιέρωσε Καίσαρι.

δ'. Τόπε δὲ τὸ τρίτον μέρος ἀφῆκε τῶν φόρων τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ, πρόφασιν μὲν ὡς ἀναλάβοιεν ἐκ τῆς ἀφορίας, τὸ ἢ πλέον ἀνακλώμενος ἔχοντας δυσμενῶς. καὶ γὰρ τοῦ ἐξεργασίαν τῶν τοιούτων ὑπιτηδευμάτων, ὡς ἂν λυομένης αὐτοῖς τῆς εὐσεβείας, καὶ μεταπιπτόντων τῶν ἐθῶν, χαλεπῶς ἔφερον. [z] καὶ λόγος ἢ πάντων ἐγίνετο παροξυνομένων ἀεὶ καὶ πραττομένων. ὁ δὲ δεδὸς τὸ πᾶσαν πολλὴν ὑπιμέλειαν ἐπῆγε, ἀφαιρούμενος μὲν τὰς εὐκαιρίας, ὑπιτάττων δ' ἀεὶ γίνεσθαι πρὸς τοῖς πόνοις, [a] ὡς δ' ὅτι σώσους ἐφιεμένη τοῖς περὶ τὴν πόλιν, ὅτι κοινωνία πρὸς πάντα καὶ διαίτης, ἀλλ' ἐπιτήρησ πάντα. καὶ χαλεπὰ τὰ φορεθέντων ἦσαν αἱ κολάσεις· πολλοί τε καὶ φανερῶς [b] καὶ λεληθότως εἰς τὸ φρούριον ἀναγόμενοι, τοῦ [c] Τρκανίαν, ἐκεῖ διεφθείροντο. καὶ τῇ πόλει, καὶ τῇ ὁδοιπορίας ἦσαν οἱ τὰς συνιούσας εἰς ταὐτὸν ὑπισκοπεύοντες. ἤδη δέ φασιν αὐτὸν ἀμελεῖν τούτου μέρους, ἀλλὰ πολλάκις ἰδιώτου χεῖμα λαμβάνοντα καταμίγνυσθαι νύκτωρ εἰς τὰς ὄχλους, καὶ πειρᾶν αὐτῶν ὧν ἔχουσιν [d] ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς λαμβάνειν. τοὺς μὲν οὖν πανταπάσιν [e] ἐξανθαδιαζομένους, ὡς τὸ μὴ [f] συμπεριφέρεσθαι τοῖς ὑπιτηδεύμασι, πάντας ἐπεξῄει τοὺς τρόπους· τὸ δ' ἄλλο πολίτου ὄρκοις ἠξίου πρὸς τὴν πίστιν ὑπάγεσθαι. καὶ [g] συνηνάγκασεν αὐτοὺς ἐνώμοτον τὴν εὔνοιαν ἢ μὴν διαφυλάξειν [h] ὑπὲρ τοῦ ἀρχοῦ ὁμολογεῖν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, καὶ θεραπείαν καὶ δέος, εἶχον οἷς ἠξίου· τοὺς ἢ φρονήματι μεταποιουμένους καὶ δυσχεραίνοντας ὑπὲρ τῷ καταναγκάζεσθαι, παντὶ τρόπῳ σκηπτὸν ἐπιέζει. [i] συνέπιπτε ἢ καὶ [k] τοὺς περὶ Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον καὶ [l] Σαμέαν, καὶ τῶν ἐκείνοις συνδιατριβόντων τοὺς πλείστους ὀμνύειν· οἱ δ' ὑπ συνεχώρησαν, ἀφ' ὁμοίως τοῖς δεηθεῖσιν ἐκολάσθησαν, ἐντροπῆς ἕνεκα τὸν Πολλίωνα τυχόντες. [m] ἀφείθησαν ἢ τούτης τῆς ἀνάγκης καὶ οἱ παρ' [n] ἡμῖν Ἐσ-

p Πρῶτον —— Ηρώδη.] Illa πρῶτον ἀποδίδοι Φιλίας τόπον Ηρώδης accepta debemus *Codd. Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.* ὡσὰ μὲ Καίσαρος ἐδιλεῖτο μετ' Αγρίππαν, ὡσ' Αγρίππα ἢ μὲ Καίσαρος, lib. 1. *de Bello Jud.*

* *Tetrarchiam petiit fratri ſuo Pheroræ,*] *Id eſt*, unam de quatuor regionis partibus.

q Φερώρᾳ —— τετραρχίαν,] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 24. §. 5. SPANH.

r Εἰ καί τι πάθοι,] Sic *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* εἰκέτι in *Editis Aliiſque.*

s Πλησίον ὃν Πανιὰς καλουμένου.] Conf. ſup. lib. VIII. c. 8. §. 4. Πάνιον montem extitiſſe negat, ſed factum Harduin. de Num. Herod. p. 30. Verum mons etiam dicitur infr. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 21. §. 3. SPANH.

t Πανιὰς] Ita in libris omnibus *Joſephi*, tum *Editis* tum *MSS.* & Πάνιον στηλαῖον Παλαιστίνης *Stephano Byzant.* Juxta *Euſebium* tamen (in *Hiſt. Eccl.* l. 7. c. 17.) & *M. Aurelii* nummum Mediceum Πάνιον ſcribendum. Videſis *Scalig.* in *Euſeb.* p. 157. *Salmaſium* in *Exercitationibus* ad *Solinum* cap. 35. *Noriſium* de *Epocha Syro-Maced.* Diſſ. IV. *Spanhemium* de *Præſt. Num.* Diſſ. IX. *Baſnagium* in *Annalibus*, tom. 1. p. 35. & *Relandum* in *Paleſtina S.* p. 918.

v Στάδιον] Πανιὰς ὄρους meminerunt *Euſeb.* & *Philoſtorgius.* nomen tamen hoc nunquam monti tribuit *Joſephus*, nec alii Veterum quod ſciam ulli præter iſtos. Nec eſt quod quis nummum objiciat, qui habet, KAIC. CEB. IEP. KAI ACY. YΠ. ΠANEIΩ. cum illa ΥΠ. ΠANEIΩ poſſint æque referri ad ſpecum ac ad montem; cui nomen *Chermon*, ut oſtendit *Relandus* in *Paleſtina S.* p. 324.

x Ἄφατον] Ἄῤῥατον *Hen.* & *Epiphanius*, ut puto.

y Αἱ πηγαὶ ἢ Ιορδάνου ποταμοῦ.] Vide *Noldium* p. 274. & *Reland.* in P. S. 922. HUDS. in *Add.* Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 21. §. 3. SPANH.

z Καὶ λόγος ἢ πάντων ἐγίνετο.] Καὶ λόγοι ἢ πάντων ἐγίνοντο *Hen.* & *Vat.*

a Ην ἢ —— ἀναγόμενοι,] Idem Zonaras p. 242. SPANH.

b Καὶ λεληθότως] Ita *MSS. Gen.* καὶ. *Cocceius* ν.

c Τρκανίαν] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 8. §. 2. SPANH.

d Ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς λαμβάνειν.] Ita *Busb. Hen.* & *Epiphan.* (ὑπὲρ *Lugd. Bat.* at *Cocceius* conjicit pro οἱ reponendum forte eſſe ἐντεῦθεν) οἱ περὶ in *Editis Aliiſque.*

e Ἐξανθαδιαζομένους,] In *Editis* ἐξανθαδιαζομένους, proculdubio pro (ut & corrigit *Cocceius*) ἐξανθαδιαζομένους. verum ἐξανθαδιζομένους habent *Busb.* & *Hen.*

f Συμπεριφέρεσθαι] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* συμπεραφύεσθαι in *Editis Aliiſque.*

g Συνηνάγκασεν αὐτοὺς] Συνηνάγκαζεν *Vat.*

h Ἐπὶ τῷ ἀρχῇ ὁμολογεῖν.] Ἐπὶ τοῦ ἀρχῆς *Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.*

i Συνέπιπτε ἢ] Ita *MSS.* & *Zonar.* συνεπίπτε perperam in *Editis.*

k Τοὺς —— Σαμέαν,] Conf. ſup. lib. 14. c. 9. §. 4. & ſupr. hoc eod. cap. 1. SPANH.

l Σαμέαν,] Σαμαίαν *Busb.* & *Hen.* ſicuti lib. 1. c. 1. §. 1. Videſis *Caſaubonum* contra *Baronium* p. 56. *Edit. Lond.* & *J. H. Othonem* in *Hiſtoria Doctorum Miſnicorum.*

m Ἀφείθησαν ἢ ταύτης] Ita in *MSS.* ἀφέθησαν in *Editis.*

n Ἡμῖν] *Gen.* ὑμῖν.

o Ἐσ-

σαῖοι καλούμενοι. γένος δ' τοῦτ' ἐστὶ δοκίμη χρώμενον τῇ παρ' Ελλησιν ὑπὸ Πυθαγόρου καταδεδειγμένῃ. περὶ τούτων μὲν οὖν ἐν ἄλλοις συφέστερον διέξειμι. τοὺς δὲ Εσσηνοὺς ἀφ' οἵας αἰτίας ἐτίμα, μείζόν τι φρονῶν ἐπ' αὐτοῖς ἢ κατὰ τὴν φυητὴν φύσιν, εἰπεῖν ἄξιον. οὐ γὰρ ἀπρεπὴς ὁ λόγος φανεῖται τῷ τῆς ἱστορίας γένει, σαφηνιζομένων καὶ τῶν ὑπὲρ τούτων ὑπολήψεων.

ε'. Ην τις [p] τῶν Εσσηνῶν [q] Μανάημος ὄνομα, καὶ πολλα κατὰ τὴν προαίρεσιν ἐξ βίου καλοκαγαθίας [r] μαρτυρόμενος, καὶ [s] προγνωσιν ἐκ θεοῦ τῶν μελλόντων ἔσχων. ὅτε ἔτι παῖδα τὸν Ηρώδην εἰς διδασκάλου φοιτῶντα παιδῶν, βασιλέα Ιουδαίων προηγόρευσεν. ὁ δ' ἀγνοεῖν ἢ καταφρονεύεσθαι νομίζων αὐτὸν, ἀνεμίμνησκεν ἰδιώτης ὤν. Μανάημος δ', μειδιάσας ῥέμα καὶ τύπτων τῇ χειρὶ [t] κατὰ τὸν γλουτὸν, "ἀλλά τοι καὶ "βασιλεύσεις, ἔφη, καὶ τὴν ἀρχὴν εὐδαιμόνως [v] ἀπάρ- "ξεις, [x] ἀξίωσεν γὰρ ἐκ θεοῦ, καὶ μέμνησο τῶν Μα- "ναήμου πληγῶν, ὥστε καὶ τοῦτό σοι σύμβολον εἶναι τῶν "κατὰ τὴν τύχην μεταπτώσεων. ἄριστος γὰρ ὁ τοιοῦ- "τος λογισμὸς, [y] εἰ καὶ δικαιοσύνην ἀγαπήσας, καὶ "πρὸς τὸν θεὸν εὐσέβειαν, ἐπιείκειάν τε πρὸς τοὺς "πολίτας· ἀλλ' ἐγὼ οἶδά σε τοιοῦτον ἔσεσθαι, τὸ πᾶν "ἐπισάμενος. [z] εὐτυχία μὲν γὰρ ὅσον ἐκ ἄλλος δι- "οίσεις, καὶ τεύξῃ δόξης αἰωνίου, λήθην δ' εὐσεβείας "ἔξεις καὶ τοῦ δικαίου. ταῦτα δ' οὐκ ἂν λάθοι [a] τὸ "θεῖον ἐπὶ καταστροφῇ τοῦ βίου, [b] τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀρ- "γῆς [c] ἐπομνημονευομένης." τούτοις αὐτίκα μὲν ἤνιξα τὸν νοῦν προσεῖχεν, ἐλπίδι λειπόμενος αὐτῶν, Ηρώδης. κατὰ μικρὸν δ' ἠρθεὶς, ἕως καὶ τοῦ βασιλεύειν καὶ εὐτυχεῖν, ἐν τῷ μεγίστῃ τῆς ἀρχῆς [d] μεταπέμπει τὸν Μανάημον, καὶ περὶ τοῦ χρόνου πόσον ἄρξει, [e] ἐπιμανθάνετο. Μανάημος δ', τὸ μὲν σύμπαν οὐκ εἶπεν. ὡς δ' σιωπῶντι αὐτῷ, μόνον εἰ δέκα γένοιντο τὰ βασιλείας ἐνιαυτοὶ προσεπύθετο· καὶ εἴκοσι καὶ τριάκοντα εἰπών, ὅρον οὐκ ἐπέθηκε τῷ τέλει τῆς προθεσμίας. Ηρώδης δ' ἐν τούτοις δεχθείς, τόν τε Μανάημον ἀφῆκε δεξιωσάμενος, καὶ [f] πάντας ἀπ' ἐκείνου τοὺς Εσσηνοὺς τιμῶν διετέλει. ταῦτα μὲν οὖν, εἰ καὶ παράδοξα, δηλῶσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἠξιώσαμεν, καὶ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐμφῆναι, διότι πολλοὶ [g] διὰ τοιούτων ὑπὸ καλοκαγαθίας καὶ τῶν θείων ἐμπειρίας ἀξιοῦνται.

cepti fuerunt etiam qui Eſſæi appellantur. iſti autem ſunt genus hominum qui ſimili vitæ inſtituto utuntur ac Græcorum Pythagoræi. Et quidem de illis planius & apertius alibi verba feci. De Eſſenis vero, quamobrem magis iis tribuit quam mortalis fert natura, jam dicere convenit. non enim ab hiſtorica narratione alienus videbitur hujuſmodi ſermo; præſertim cum oſtendat, quam de iſtis opinionem homines habuerint.

5. Erat Eſſenorum quidam nomine Manahemus, præter alia in vitæ inſtituto ob morum honeſtatem bene audiens, & qui futura divino inſtinctu prævideret. Hic conſpicatus aliquando Herodem, puerum adhuc, in ludum literarium commeantem, dixit regem fore Judæorum. Et Herodes, illum aut ſui notitiam non habere aut jocari arbitratus, ſubmonuit *eum*, ſe privatum eſſe. At Manahemus, leniter ſubridens, & ei nates manu feriens, "Atqui & regnabis, inquit, & imperium "(à Deo quippe dignus habitus) feliciter auſpi- "caberis: & memento ictuum Manahemi, ut hoc "tibi ſit indicium mutationum fortunæ. Optima "enim erit hujuſmodi cogitatio, ſi juſtitiam & "pietatem erga Deum amaveris, & erga cives cle- "mentiam: verum ego, totius rei gnarus, ſcio te "non talem futurum. Vitam enim fortunatam tu "quidem; ſi quiſquam alius, ages, & laudem tibi "paries æternam, ſed pietatis & juſtitiæ oblivio- "nem capies. Hæc autem Deum ſane non late- "bunt, dum ſub vitæ tuæ finem de te pœnas ob "iſta ſumet." His verbis mentem protinus minime adhibuit Herodes, quod ejus rei ſpem nullam haberet. ſed poſtquam paulatim ad regnum, & quidem fortunatum, evectus eſt, in ipſo imperii vigore Manahemum accerſit, & ex eo quamdiu regnaturus eſſet quærebat. Manahemus vero omnino quidem nihil dicit: ſed eo tacente quærebat Herodes duntaxat, an decem annorum futurum eſſet regnum: ad quod ille reſpondit, etiam viginta aut etiam triginta, & vitæ nullum certum finem præſtituit. Herodes vero etiam hiſce contentus, & Manahemum dextra ei data dimiſit, ac deinceps Eſſenos omnes habuit in honore. Atque hæc quidem, licet fidem pene ſuperant, nobis tamen viſum eſt lectoribus indicare, & de noſtris id palam facere, quod multi illorum in hujuſmodi rebus propter vitæ honeſtatem honorati erant rerum divinarum peritia.

Manahemus Eſſenus, vates.

Quare Eſſenos in honore habuit Herodes.

ΚΕΦ. ια'.

Ως Ηρώδης τὸν ναὸν μετεσκεύασε, καὶ πρὸς ὕψος ἄρας μεῖζον καὶ ἀξιοπρεπέστερον ἐξετέλεσε· καὶ περὶ τὸ βάρεως, ὃν Αντωνίαν ἐκάλεσεν.

CAP. XI.

Quomodo Herodes templum in aliam formam mutavit, atque altius & magnificentius exſtruxit: deque turri, quam Antoniam vocavit.

XIV.

ΤΟτε [h] γοῦν [i] ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ηρώδου βασιλείας [k] γενομένου ἐνιαυτοῦ, μετὰ τὰς προδηλωθείσας πράξεις,

TUnc igitur decimo octavo regni Herodis anno, poſt ea facta quæ ſuperius dicta ſunt, arduum

o Εσσαῖοι καλούμενοι.] Εσσηνοὶ, qui Εσσαῖοι, Εσσαῖος apud Zonaram p. 243. A. B. conf. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & *alibi*. lib. 2. c. 8. §. 2. item ſupr. lib. 13. c. 10. §. 8. Porphyr. de Abſtin. lib. IV. c. XI. XII. Euſeb. Præp. lib. IX. c. 11. Item *Philo* libro Quod omnis ſtudioſus liber. SPANH.

p Τῶν Εσσηνῶν] Conf. ſup. §. 4. SPANH.

q Μανάημος οὔνομα,] Hunc illum Manahemum eſſe ajunt, cujus meminit Autor *Juchaſin*, tanquam collegæ ipſius *Hillelis*, antequam ei acceſſerat *Schamajas*. Vide *Juchaſin*, fol. 19.

r Μαρτυρόμενος,] Μαρτυρούμενος *Busb.* & *Vat.* Vide *Pricæum* ad *Act.* c 6. v. 3.

s Προγνωσιν ἐκ θεοῦ τῶν μελλόντων ἔσχων.] Conf. *alibi*. lib. 1. c. 3. §. 5. & lib. 2. c. 8. §. 12. SPANH.

t Κατὰ τὸν γλουτὸν,] Κατὰ τῶν γλουτῶν *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.*

v Απάρξεις,] Απάρξεις *Busb. Lugd. Bat.* & *Vat.*

x Ηξίωσεν γὰρ ἐκ θεοῦ.] Sic è *MSS.* ἀξίωσεν in *Editis*

y Εἰ καὶ δικαιοσύνην] Voculam καὶ ex *L. B.* additam eſſe volui. HAV.

z Εὐτυχία μὲν γὰρ] Εὐτυχίας *Busb.* & *Hen.*

a Τὸ θεῖον ἐπὶ καταστροφῇ τοῦ βίου] Τὸν θεὸν ἐπὶ τῇ κατ. *Busb.* & *Hen.*

b Τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀργῆς] Vers. *de te pœnas ob iſta ſumet*, potius *pœnæ ob iſta te manebunt.* vel totam periodum ſic verterem. *Hæc autem Deum non latere, pœnæ ab iſta ſub vitæ finem in te immiſſæ monebunt.* Dele itaque comma poſt βίου. IBBETS.

c Υπομνημονευομένης.] Απομνημονευομένης *Busb.* & *Hen.*

d Μεταπέμπει τὸν Μανάημον,] Μεταπέμπεται *Busb. Hen.* & *Vat.* μεταπαλεῖ *Zonar.*

e Επιμανθάνετο.] Διεπυθάνετο *Hen* & *Vat.*

f Πάντας —— διετέλει.] De Eſſenis & eorum inſtitutis vid. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & *alibi*. lib. 2. c. 8. §. 2. SPANH.

g Διὰ] Abundat. COCC.

h Γοῦν] *L. B.* δ' οὖν.

i Ὀκτωκαιδεκάτῳ] *Sc.* poſtquam Herodes regnum adierat, captis Hieroſolymis, ut dicit *Caſaub.* quem videſis in *Exercit.* XIII. contra *Baronium*, n. 22. & *Lud. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Joan.* c. 3. v. 20. HUDS. Malè ις in Ed. Gr. vid. Petav. Doct. Temp. P. II. p 221. *alibi*. lib. 1. c. 21. §. 1. anno πεντεκαιδεκάτῳ Herodis inſtauratum Templum dicitur. *Zonaras* autem p. 243. C. ὀκτωκαιδεκάτῳ ſeu A. Regni XVIII. id factum dicit. SPANH.

k Γενομένου ἐνιαυτοῦ,] Non de ineunte ſed adulto jam Hero-

De templo Hierosolymitano instaurando cogitat Herodes.

duum opus aggressus est, *scilicet* ut Dei templum sua opera ædificatum iret, eique ampliorem ambitum daret, & in altitudinem magnificentissimam erigeret; cogitans fore id omnibus quæ unquam fecisset præclarius, sicuti erat, si illud perficere ei contigerit, atque futurum ad sempiternam *sui* memoriam. Verum cum populum *ad hoc* minus paratum esse intelligeret, neque facilem habiturum esse ad rem tantæ magnitudinis aggrediendam, in animum induxit prius eos oratione præparare, ac deinde toti operi manum admovere; cumque illos convocasset, verba fecit in hunc modum. "De

Herodis concio ad populum.

"aliis quidem ex quo regnare cœpi à me factis, "viri populares, nihil necesse mihi dicere arbitror, "quanquam ita comparata fuerint, ut vobis plus "securitatis quam mihimet ornamenti attulerint. "Nam cum in rebus difficillimis neque ea negle- "xerim quæ ad vestras necessitates levandas face- "rent, neque in iis quæ ædificavi studuerim ut i- "pse magis quam vos omnes ab injuriis sarti tecti "essetis, mihimet persuadeo quod Dei voluntate "Judæorum gentem ad eam, quam nunquam antea "habuerunt, felicitatem perduxerim. Cæterum, "*ut dixi*, sigillatim omnia, quæ per provinciam "perfecimus, quotque urbes in ea & regione ei "contributa excitando genus vestrum maximis or- "namentis auximus, vobis commemorare, qui ea "probe nostis, supervacaneum mihi videtur. Quod "autem in præsentia mihi in animo est aggredi, "id omnium pientissimum, vobisque pulcherri- "mum fore nunc *paucis* ostendam. Fuit quidem "templum hoc summo Deo à parentibus nostris "ædificatum, cum à Babylone revertissent. Ve- "rum ei ad altitudinem desunt cubiti sexaginta:

Solomonis templi altitudo.

"tanto enim altius erat primum illud à Solomo- "ne constructum. nemo tamen negligentiam pie- "tatis nostrorum parentum accuset. nam per illos "non stetit, quo minus hoc magnitudine prius adæ- "quaret: sed Cyrus & Darius Hystaspis filius hunc "ædificii modum præscripserunt; quibus illi sub- "jecti, eorumque filiis, & post illos Macedonibus, "facultatem non habuerunt * primum *hoc* pieta- "tis *illorum* exemplar ad eandem magnitudinem "perducendi. Quoniam vero nunc ego quidem "Dei beneficio regnum adeptus sum, & longa pa- "ce fruor, & divitiis affluo, & magnis reditibus "abundo: quodque maximum est, cum Romanis, "omnium (ut ita loquar) dominis, in amicitia sum "& gratia, operam dabo, ut, id quod necessitate "& superiorum temporum servitute omissum est "resarciendo, perfectam Deo, pro illius in me be- "neficiis, hujusce regni pietatem reddam.

Populus mœstus & solicitus, ne Herodes opus nimis arduum & impeditum aggrederetur.

2. Et quidem Herodes hæc verba habuit: multi vero sermone ejus attoniti sunt, quod præter opinionem accidebat: &, quia incredibile minime-

ἔργον οὐ τὸ τυχὸν ἐπεβάλετο, τὸν νεὼν τοῦ Θεοῦ [l] δι' αὐτοῦ [m] κατασκευάσεσθαι, μείζω τε τὸν περίβολον, καὶ πρὸς ὕψος ἀξιοπρεπέστατον ἐγείρειν, ἡγούμενος ἁπάντων αὐτῷ τ' [n] πεπραγμένων [o] ὑπερτερον, ὥσπερ ἦν, ἐκτελεσθήσεσθαι τοῦτο, καὶ πρὸς αἰώνιον μνήμην ἀρκέσειν. ὡς ἕτοιμον δὲ τὸ πλῆθος ὑπο- στρέμενος, οὐδὲ ῥάδιον ἔσεσθαι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ὑπο- χειρήσεως, ἠξίου λόγῳ προκαταρτησάμενος ἐγ- χειρησαι τῷ παντὶ, καὶ συγκαλέσας αὐτοὺς ἔλεγε τοιάδε. "τὰ μὲν ἄλλα μοι τῶν κατὰ τὴν βασι- "λείαν [p] πραγμάτων, ἄνδρες [q] ὁμόφυλοι, ῥᾴστα "καταλαμβάνω λέγειν, καί τοι τοῦτον ἐγὼ τὸν "τρόπον, ὡς ἐλάττω μὲν ἐμοὶ τὸν [r] ἀπ' αὐτῶν κό- "σμον, πλείω δὲ ὑμῖν τὴν ἀσφάλειαν φέρειν. ἐπε "γὼ ἐν τοῖς δυχερεστάτοις ἀμελήσας τῶν εἰς τὰς "ὑμετέρας χρείας διαφερόντων, [s] ἅτε ἐν τοῖς κα- "τασκευάσμασιν ὑπιτιθεύσας ἐμαυτῷ μᾶλλον ἢ καὶ "πᾶσιν ὑμῖν τὸ ἀνεπηρέαστον, οἶμαι σοὶ [t] τῇ δὲ Θεῷ "βουλήσῃ, πρὸς εὐδαιμονίαν ὅσον οὐ πρότερον ἀγηοχέ- "ναι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, τὰ μὲν οὕτω κατὰ μέρος "ἐξειργασθένα δεῖ τὴν χώραν καὶ πόλεις, ὅσας ἐν "αὐτῇ καὶ τοῖς ὑπικτήτοις ἐγείραντες κόσμῳ τῷ καλ- "λίστῳ, τὸ γένος [v] ὑμῶν ηὐξήσαμεν, πρείρχά μοι "δοκεῖ λέγειν εἰδόσι. τὸ δὲ τῆς ὑπιχειρήσεως, [x] ἧς "νυῦ ὑπιχειρεῖν βούλομαι, παντὸς εὐσεβέστατον καὶ "κάλλιστον ἐφ' ἡμῶν γένεσθαι νυῦ σκοπῶ. ἦν γὰρ ναὸν "τοῦτον ὠκοδόμησαν μὲν τῷ μεγίστῳ Θεῷ πατέρες ἡμέ- "τεροι, μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος [y] ἀνάστασιν. ἐπ- "δεῖ δ' αὐτοῦ πρὸς τὸ μέγεθος εἰς ὕψος [z] ἑξήκο- "ντα πήχεις· τοσοῦτον γὰρ ὑπερεῖχεν ὁ πρῶτος "ἐκεῖνος ὃν Σολομὼν ἀνῳκοδόμησε. καὶ μηδεὶς [a] ἀ- "μέλειαν εὐσεβείας τῶν πατέρων καταγνώτω. γέγονε "γὰρ ὑπ' ἐκείνους ἐλάττων ὁ ναός· ἀλλὰ τοῦτο "καὶ Κῦρος καὶ Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, τὰ μέτρα "τῆς δομήσεως ἔδοσαν, οἷς ἐκεῖνοι καὶ τοῖς ὑπογε- "νομένοις διελεύσεσθαι, καὶ μετ' ἐκείνους Μακεδόσιν, οὐκ "ἔσχον εὐκαιρίαν τὸ πρῶτον τῆς εὐσεβείας ἐπιτρέπε- "σθαι εἰς ταὐτὸν ἀναγαγεῖν μέγεθος. [b] ἐπειδὴ δὲ νυῦ "ἐγὼ μὲν ἄρχω Θεοῦ βουλήσει, πλείστη δὲ καὶ μακα- "ριότης, καὶ κτῆσις χρημάτων, καὶ μέγεθος "πλούτου, τὸ δὲ μέγιστον, φίλοι καὶ δι' εὐνοίας "οἱ πάντων ὡς ἔπος εἰπεῖν κεφαλαιῶται Ῥωμαῖοι, πα- "ρόμοιμι, τὸ περιμελημένον ἀνάγκη καὶ δουλεία δ' "πότερον χρόνου διορθώμενος, τελείαν ἀποδοῦναι τῷ "Θεῷ τὴν ἀνθ' ὧν ἔτυχον τῇδε τῆς βασιλείας εὐσέ- "βειαν.

β'. Ὁ μὲν Ἡρώδης ταῦτ' εἶπεν, [c] ἐξέπληξε δὲ τοὺς πολλοὺς ὁ λόγος παρὰ δόξαν ἐμπεσών· καὶ τὸ μὲν τῆς ἐλπίδος ἄπιστον οὐκ ἐπήρεν αὐτούς. ἠδημόνουν δὲ, μὴ φθά-

dis anno XVIII capiendum esse *Josephum*, ostendit *Basnagius*, tom. 1. p. 66.

l Δι' αὐτοῦ] Δι' αὐτῶν, id est δι' αὐτοῦ, vel δι' ἑαυτοῦ. Verum δι' αὐτῶν non agnoscunt *Busb.* & *Epiphan.* τ' νεὼν τ' Θεοῦ αὐτῶν legit *Hen.*

m Κατασκεύασαι,] Ita *MSS.* κατεσκεύασε in *Editis.* κατασκεύσας legit *Montacutius.* Exercit. 10. §. 6. *Harduinus* (in *Nummis Herodiadum*, p. 336.) *Josephi* historiam de instaurato ab Herode Templo in augustiorem formam mendacii insimulat: sed frustra; quod ostenderunt viri summi, *Casaubonus*, c. *Baron.* n. 22. *Simsonus* ad A. M. 3987. & *Torniellus* ad A. M. 4032. Vide infra ad §. 2.

n Πεπραγμένων] Πραγμάτων *Gen.* perperam.

o Ὑπερτερον,] *L. B.* πρεσβυτερον.

p Πραγμάτων,] *L. B.* πεπραγμένων. forte melius. HAV.

q Ὁμόφυλοι,] Judæos vocat ὁμοφύλους, quamquam fuit Idumæus ad captandam benevolentiam. SPANH.

r Ἀπ' αὐτῶν κόσμον,] Τὸν ἀπάντων κόσμον solus *Hen.*

s Οὔτε —— ἔθνος.] Instauratio tamen Templi potius, quam Novum Templum ob συνεχισμόν seu continuata sacrificia. vid. Scalig. de Emend. Tempor. lib. VI. p. 635. Eadem Templi hujus structura finita demum LXXXIII. annis tribus ab Herode cœpto anno XVIII. regni & circa belli Judaici initium infra lib. 20. c. 8. §. 7. De Templo Herodis marmoreo loquuntur Talmudistæ Ord. 2. Moëd. Cod. 9. Succ. & p. 9. tractat. Quo tempore antea hanc illi fabulam consignarint, aliàs Deo dante aperimus. Fictam autem ac fabulis refertam Josephi narrationem, de renovatione Ædis ab Herode &c. jamdudum Salianus docuit ad A. M. 4035. Harduin. de Numm. Herod. p. 27. SPANH.

t Τῇ δὲ Θεοῦ βουλήσει,] Illud τῇ è *Codd. Hen.* & *Vat.*

v Ὑμῶν πύξησαμεν,] Ἡμῶν *Hen.* & *Vet. Interpr.* Vide *Casaubonum* contra *Baronium*, p. 32. *Edit. Lond.*

x Ἧς νυῦ ἐπιχειρεῖν βούλομαι,] Ἣν νυῦ ἐπιχειρεῖν ἐπιτίθεμαι *Hen.* & *Lugd. Bat.*

y Ἀνάστασιν.] Ἐπάνοδον *Hen.* & *Lugd. Bat.* quod pro interpretamento habeo.

z Ἑξήκοντα πήχεις·] Ἑπτὰ *Busb.* & *Vat.* errore orto ex similitudine inter ξ & ζ. in *MSS.*

a Ἀμέλειαν εὐσεβείας] Ita cum *Hen. Vat.* & *Epiphan.* ἀμέλει in *cæteris.*

* *Primum* hoc *pietatis* illorum] *Vel*, ad eandem cum primo pietatis exemplari magnitudinem &c. ut πρῶτον subintelligatur.

b Ἐπειδὴ δὲ νυῦ] Sic *Hen.* ἐπεὶ δὲ νῦν *Vat.* ἐπειδὴ δὲ νυῦ in *Editis.*

c Ἐξέπληξε δὲ] Ἐξέπληξε *Busb.* & *Hen.*

φθάσας καταλῦσαι τὸ πᾶν ἔργον οὐκ ἐξαρκέσαι πρὸς τέλος ἀγαγεῖν τὴν προαίρεσιν· ὅ, τε κίνδυνος αὐτοῖς μείζων ἐφαίνετο, καὶ δυσεγχείρητον ἐδόκει τὸ μέγεθος τῆς ὑπαρχούσης. ὄντων δ' αὐτῶν ἀθυμούντων, παρεθάρρυνεν ὁ βασιλεὺς, μὴ πρότερον καθαιρήσειν φάμενος τὰ νεὼν ἢ πάντων [d] αὐτῷ τὰ εἰς τὴν σωτέλειαν παρεσκευασμένων. καὶ ταῦτα προειπὼν οὐκ ἐψεύσατο. χιλίας γὰρ [e] εὐτρεπίσας ἁμάξας, αἳ βαστάσουσι τοὺς λίθους, ἐρχάτας τε μυρίους τοὺς ἐμπροσθίους ὑπαλεξαμένους, καὶ ἱερεῖσιν τὸν ἀριθμὸν χιλίους [f] ἱεραλικὰς ὠνησαμένους στολὰς, καὶ τοὺς μὲν [g] διδάξας οἰκοδόμους, ἑτέρους δὲ τέκτονας, ἧπερ τῆς καθοσκούσης, ἁπάντων αὐτῷ προθύμως προδιαρεπισμένων.

γ'. [h] Ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλόμενος ἑτέρους, ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἦγαγε, μήκει μὲν ἑκατὸν ὄντα πηχῶν, τὸ δ' ὕψος εἴκοσι πρὸς τοῖς, [i] ὡς τῷ χρόνῳ [k] συνιζησάντων τῶν θεμελίων ὑποστῆναι. καὶ τοῦτο μὲν [l] κατὰ τοὺς Νέρωνος καιροὺς ἐπεγείρειν ἐγνώκειμεν. ᾠκοδομήθη δὲ ὁ ναὸς, οὐκ λίθων μὲν, λευκῶν τε καὶ [m] κραταιρῶν, τὸ μέγεθος ἑκάστων πρὸς πέντε καὶ εἴκοσι [n] πήχεις ὑπὲρ μῆκος, ὀκτὼ δὲ ὕψος, εὖρος δὲ πρὸς δώδεκα. καὶ παντὸς αὐτοῦ καθάπερ καὶ τῆς [o] βασιλικῆς στοᾶς τὸ μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ταπεινότατον, ὑψηλότατον δὲ τὸ μεσαίτατον, ὡς περίοπτον οὐκ ὀλίγων σταδίων εἶναι τοῖς τὴν χώραν νεμομένοις, μᾶλλον δ' εἴ τινες [p] κατ' ἐναντίον οἰκοῖεν ἢ προσίοντες τύχοιεν. [q] θύραι δὲ ὑπὲρ τὸ εἰσόδοις σὺν τοῖς ὑπερθύροις, ἴσον ἐχούσας τῷ ναῷ, ποικίλοις ἐμπετάσμασι κεκόσμηντο, τὰ μὲν ἄνθη [r] ἀλουργέσι, κίονας δ' [s] ἐνυφασμένοις. καθύπερθεν δ' αὐτῶν [t] ὑπὸ τοῖς θριγκώμασιν, ἄμπελος [v] διεπέπαντο χρυσῆ, τοὺς βότρυς [x] ἀπηωρημένους ἔχουσα· θαῦμα καὶ μεγέθους καὶ τῆς τέχνης τοῖς ἰδοῦσιν, οἷον οὐκ πολυτελείᾳ τῆς ὕλης τὸ κατασκευασθὲν ἦν. προσελάμβανε δὲ καὶ στοαῖς μεγίστοις [y] τὸν ναὸν ἅπαντα, πρὸς τὴν ἀναλογίαν ὑπερβαλλόμενος, ὡς οὐκ ἄλλος τις ἐδόκει ὑπερεσκευασμένην τὸν ναόν. [z] ἄμφω δ' ἦσαν μεγάλα πέριξ, αὐτὸ δὲ τὸ περίβολος ἔργον μέγιστον ἀνθρώπων ἀκηκοέναι. λόφος ἦν

que sperandum dicere putabatur, nihil animis attollebantur. sed anxii erant & soliciti, ne si totum opus jam dissolveret, non satis opum haberet ad perficiendum quod propoluerit: atque in majus illis crescebat periculum, & augeri visa est rei difficultas ex incœpti magnitudine. Cum autem ita affecti essent, rex eos confirmabat, dicens, non se prius templum diruturum, quam omnia, quæ ad id absolvendum pertinerent, præparasset. Atque hæc præfatus, fidem firmavit. Nam cum mille carros ad vehendos lapides comparasset, & decem peritissimorum opificum millia delegisset, & mercatus mille sacerdotibus vestes sacerdotales, eos partim lapides partim ligna fabricare docuisset, opus aggressus est, omnibus diligenter præparatis.

3. Sublatis autem veteribus fundamentis, & jactis aliis, templum super eis erexit in longitudinem cubitorum centum, in altitudinem *totidem* & viginti amplius, * qui viginti aliquanto post consi-dentibus fundamentis retro cesserunt. atque hoc, *quicquid erat*, attollere decreveramus Neronis temporibus. Ædificatum autem est templum ex lapidibus candidis & firmis; & singulorum magnitudo erat in longum ad cubitos circiter quinque & viginti, in altitudinem octo, in latitudinem vero circiter duodecim. Eratque totum templum (quemadmodum & regia porticus) utraque parte depressius, medio vero editius, adeo ut à multis stadiis regionis incolis conspicuum esset, maxime si qui ex adverso habitarent aut eò accederent. Fores in ingressu cum superliminaribus, ipsi fano æquales, aulæis multicoloribus ornatas habebat, quibus erant & flores purpurei & columnæ intextæ. At † supra hæc sub muri coronulis vitis expansa erat aurea, cum racemis ex illa sublime pendentibus; eâ quasi materiæ profusione facta, ut aspicientibus tam magnitudine quam arte stuporem incuteret. Quin & templo universo circumdedit porticus ingentes, proportionis rationem habens, & sumptibus majores superans, ut nec quisquam alius videretur ita templum exornasse. Ambæ autem magno innitebantur muro: ipse vero murus opus omnium quæ homines auditu acceperunt maximum. Collis erat petrosus, arduus, ad orientale

Templi ab Herode instaurati & exstructi descriptio.

Vitis aurea.

d Αὐτῷ τὰ εἰς τὴν σωτέλειαν] Sic *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* αὐτὰ in *reliquis*.

e Εὐτρεπίσας ἁμάξας,] Ita *MSS.* εὐτρεπήσας perperam in *Editis*, ut & mox προεὐτρεπισμένων.

f Ἱεραλικὰς] Videsis *Seldenum*, lib. 3. de *Synedriis*, c. XI. p. 172, 173.

g Διδάξας οἰκοδόμους,] Vocem διδάξας in suo codice habuisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *sed & quosdam cementarios, alios autem fabros lignarios eruditos ad templi fabricam hortabatur.* Ἐπιτάξας οἰκονόμους legendum esse conjicit *Montacutius* in *Originibus Eccl.* p. 49. & κατασκήνας οἰκ. in *Antidiatriba* p. 247. Verum licet utrumque ferri possit, (aut ἀφώξας ex conjectura *Cotelerii* in *Mon. Eccl. Gr.* vol. 2. p. 545.) vox οἰκονόμους repugnat *Josepho*, qui postea ὃ ὁ ναὸς ἀφὼ τὸ ἱερὸν οἰκοδομηθέντος.

h Ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους] Templum (ut ait *Grotius*, lib. 5. de *Ver. Christ. Rel.*) non ex ruinis resuscitatum fuit, sed paulatim per partes innovatum: qualis mutatio facit idem templum appellari. Non aliud erat templum dicit *Scaliger* (l. 6. *de Emend. T.* p. 500.) quia ἀνέλεγχισμὸς & continuatio sacrificii facit ut unum idemque templum habeatur. HUDS. Ex his verbis nonnulli collegerunt hoc, quod struxisse dicitur Herodes ædificium, habendum esse pro templo novo & quidem tertio, quod distinctum erat à templo secundo, quod ædificarunt Hebræi reduces facti ex Babylonia. Verum Judæi ipsi (quorum tamen maxime intererat hoc templum, si fieri posset, tertium appellare ut ita Messias noster dici non posset veniisse stante illo templo, quod à Zorobabele & sociis ejus conditum fuit) templum hoc, uti ab Herode erat exædificatum & dein a Tito versum fuit, nunquam alio nomine in Talmude & aliis scriptis nuncupant, quod sciam, quam בית שני Templum secundum. Christiani autem nequeunt ullo modo dubitare, quin templum uti Herodes illud renovavit idem fuerit, adeoque templum secundum appellandum, ac illud quod Zorobabel excitavit, quoniam stante eodem illo templo secundo, quod Zorobabelis opera constitutum est, Messias venire debuit, uti Haggai cap. 2. prædictum est. Si autem templum Herodis fuerit templum tertium & plane novum haberi debeat, ac diversum a secundo, quomodo Christus venit stante Templo secundo? Denique, num cultus sacer unquam legitur interruptus fuisse tempore Herodis, quod factum oportuit, si Sanctum & Sanctum Sanctorum plane nova facta sunt, sublatis veteribus. REL.

i Οὗς τῷ —— ὑποσῆναι.] Per tempus fundamentis deficcatis resedisse. *Rufinus.* SPANH.

k Συνιζησάντων] Ita in *MSS.* συνεζησάντων perperam in *Editis*. Hanc rem pro impossibili habet *Villanpandus* ad *Ezech.* tom. 2. p. 577.

* *Qui viginti aliquanto post*] Versio nostra & sensus postulat ut sit ellipsis vocis ἐτῶν ante ὀκτὼ. integre enim καθ' ὃν ὑποσῆναι.

l Κατὰ τοὺς Νέρωνος] Vide lib. 20. c. 8. & *Torniellum* ad A. M. 4082. n. 7, 8. & *Usserium* ad A. M. 3987.

m Κραταιρῶν] Κρυσταλλῶν *Hen. Lugd Bat.* & *Busb.*

n Πήχεις ἐπὶ μῆκος,] Ita *Busb.* & *Hen.* πηχῶν in *ceteris*.

o Βασιλικῆς στοᾶς] Βασιλείου *Hen. Vat. Lugd. Bat.* & *Gall.*

p Κατ' ἐναντίον οἰκοῦντες] Κατ' ἀνατολὴν dicit, ut orientalem plagam designet. *L'Empereur* de *Mensuris Templi*.

q Θύραι δὲ] Cum hæc dicit (inquit *L'Empereur*) non exteriorem, sed interiorem portam, quæ ad fanum ducebat, intelligi vult.

r Ἀλουργέσι,] Ita *Hen.* & *Lugd. Bat.* ἀλουργοῦσι *Gall.* ἀλουργῆσι in *Editis Aliisque*.

s Ἐνυφασμένους.] Ἐνυφασμένοις *Hen. Lugd. Bat.* & *Vat.*

t Ὑπὸ τοῖς θριγκώμασιν,] Ita lego cum *Seldeno*, (lib. 2. *de Jure Naturæ & Gentium*, c. 8. p. 234.) probante *Petito* in *Animadv.* tom. 4. p. 134. ὑπὸ τοῖς πτερώμασι in *Græcis* omnibus. in versione *Epiphanii* omittuntur.

† *Supra hæc sub muri coronulis vitis expansa erat aurea*,] *Id est*, in fronte supra fores, *ut explicat Seldenus*.

v Διεστεφὼ χρυσῇ,] Διεστεφὼ *Hen.*

x Ἀπηωρημένους ἔχουσα·] Ita *Vat.* βότρυας ἀπαωρημένους *Hen.* βότρυς ἀπεωρημένους (ἀπαωρημένους *Coccejus*) in *Editis Aliisque*. Εἶχε δὲ καὶ θύρας πύλη καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτὰς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνθρωπίνης κατηφείας, lib. 1. *de Bello*, c. 6.

y Τὸν ναὸν ἅπαντα,] Est qui sic distinguit, τὸν ναὸν, ἅπαντα πρὸς τὴν ἀναλ.

z Ἄμφω δ' ἦσαν] Videtur esse Ellipsis præpositionis ἐπὶ, ut sit ἄμφω δ' ἦσαν ἐπὶ μεγάλη τείχους.

